HISTORIA
PESTIS SIRMIENSIS

ANNORVM

CIↃIↃCCXCV ET CIↃIↃCCXCVI.

IVSSV REGIO

SCRIPSIT

FRANCISCVS SCHRAVD

M. D.

S. C. R. A. M. A CONSILIIS REGNI HVNGARIAE PROTOMEDICVS MEDICVS DIRIGENS NEGOTIA PESTIS PER DITIONES AVSTRIACAS COMITATVS SIRMIENSIS TABVLAE IVDICIARIAE ASSESSOR SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARVM GOTTINGENSIS MINERALOGICAE IENENSIS SODALIS.

TOMVS I.

BVDAE

SVMTIBVS TYPOGRAPHIAE REGIAE VNIVERSITATIS PESTHIENSIS.

ANNO 1802.

AVGVSTISSIMO

INVICTISSIMO GLORIOSISSIMO

ROMANORVM IMPERATORI

FRANCISCO II.

HVNGARIAE BOHEMIAE DALMATIAE CROATIAE SERVIAE RASCIAE
GALLICIAE LODOMERIAE CVMANIAE BVLGARIAE
SCLAVONIAEQVE

REGI

ARCHIDVCI AVSTRIAE

DVCI

STYRIAE CARINTHIAE CARNIOLIAE CET.

DOMINO DOMINO

CLEMENTISSIMO.

DEVS EST MORTALI IVVARE MORTALEM, ET HAEC AD AETERNAM GLORIAM VIA.

PLINIUS
HIST. NAT. II. 5.

AVGVSTISSIME

IMPERATOR ET REX

DOMINE DOMINE

CLEMENTISSIME!

CVM *multa ſunt, quorum poſſeſsione beatos nos eſſe, poſſumus hungari gratulari; tum vero id eſt vnum e ſummis in nos beneficiis dei optimi, maximi, quod patriam noſtram* TVAE, CAESAR AVGVSTE! *familiae obnoxiam eſſe,* TVAE *gentis auſpiciis regi, atque gubernari voluit. Debemus illius fidei integritatem rei noſtrae publicae; debemus victricibus armis defenſos fines, ſeruatas, adſertas prouincias; debemus paterno animo conſenſionem ciuium, et conſpirantia in communem ſalutem ſtudia; debemus prouidentiae auguſtae opes domeſticas, amoeniores literas, liberales artes, et ſociales cum exteris nexus; debemus* TIBI, TVISQVE *omnia, qui-*

bus gaudemus hungari, emolumenta ornamentaque ciuitatum.

HAEC *de hungaris merita cum* TIBI, CAESAR AVGVSTE! *communia ſunt cum* TVIS *maioribus; tum vero eſt illud proprium* TIBI, *quod inteſtinum malum, omni hoſte atrocius, cuius rapaci vi, atque internecioni toties patria noſtra ſuccubuit, contra quod nil ſatis eſſe praeſidii dudum exiſtimauimus,* TVIS *ſub auſpiciis, atque imperiis ita deuictum denique eſt, vt non modo praeſenti calamitate mature eximeremur; ſed etiam in futuros quosque caſus omni metu periculi, atque domeſticarum cladium*

exol-

exolueremur: posteaquam effectum est paterna cura TVA, *vt breui pestis exularet e Sirmio; prouidentia* TVA *addidit emolumentum non tantum ad subditos* TVOS; *sed ad omnem adeo posteritatem pertinens, vt exculta domandae pestis disciplina patriae posthac certo, et semper seruandae securitatem praestaret.*

QVO *in* TVO *beneficio eo maius paternae solicitudinis specimen repositum est; quo magis temporum vices siue studia* TVA, *siue dispensationem publicorum sumtuum aliorsum videbantur velle auocare. Sed vero animus* TVVS, *super omni rerum difficultate eminens, atque* TVORVM

 prae-

praecipue ſaluti intentus, vti ante omnia occupabatur ſeruandis ciuibus; ita illarum aeris publici impenſarum primam haberi rationem voluit, quae ad principem illum TVVM *ſcopum pertinerent, cumque breui poſt tempore laetiſsimos paternae largitatis e deleta peſte fructus caperes; tamen non prius potuit tali ſucceſſu prorſus acquieſcere ſolicitudo* TVA; *quam et de transſcribendis, quas praeſens vſus probaſſet, ad ſeram poſteritatem cohibendae peſtis artibus prouidiſſet.*

DIGNATVS *es velle, vt auguſti huius conſilii, ac deſtinationis* TVAE *ego miniſter eſſem: qua re vti nil mihi*

mihi potuit accidere in vita honorificentius; ita erit illud denique ſummum momentum beatitatis meae, ſi magnificae expectationi TVAE *ſatisfactum eſſe a me maieſtas* TVA *exiſtimabit.*

ILLA *paternae* TVAE *voluntatis ſpecimina, illas teſſeras regiae ſolicitudinis omnibus officiis proſequentur vniuerſi hungari, grataque memoria aeternum recolent. Mihi, dum hoc de peſte opus* TIBI, PRINCEPS CLEMENTISSIME! *omni cum pietate, ac veneratione offero, liceat ſimul nuncio eſſe, et oratori gratitudinis eius populi, ad quem regia* TVA *in peſte munificentia proxime pertinebat, quem-*

ue

ue TVA *ope leuatum in lacrymas, grati erga* TE *animi teſtes, efundi toties conſpeximus; liceat mihi eorum nomine, quorum ſaluti largitatem* TVAM *impendimus, prouolui ad pedes* TVOS, *et in rege indulgentisſimo patrem optimum,* PATREM PATRIAE *venerari.*

MAIESTATI TVAE

perpetuo fidelis

FRANCISCVS SCHRAVD.

PRÆFATIO.

Multa dies, variique labor mutabilis aevi
Retulit in melius.

VIRG.

Cum multæ possunt esse causæ, quibus illi, qui re quadam gerenda occupabantur, induci solent ad id, ut, serie actorum chartæ commissa, rerum gestarum speciem civibus, posterisque suis transscribant; tum vero illa semper mihi summe probabilis visa est, quæ eo potissimum tenderet, ut non modo condigna eorum, quæ recte acta essent, commendatione; sed etiam fideli, & æqua errorum facta confessione, proposita obstaculorum, quæ feliciorem negotiorum cursum interpellabant, expositione, indicatis consiliorum, quamvis aliqua secundi eventus præstantia commendatorum, næ-

vis aptaret legentes ad eadem negotia, quæ ſeſe alio tempore oblatura eſſent, melius, atque felicius inſtituenda, ut magis uſibus, atque emolumento futurorum temporum; quam præteritorum gloriæ velificaretur. Quicunque verſatus in negotio difficili & ſuper multiplicibus obſtaculis, & ſuper varia obtrectatione hominum una publicæ ſalutis procurandæ cogitatione potuit eminere, ac contra quamcunque cenſuræ acerbitatem ſummam e ſervatis civibus conſolationem haurire didicit, redux ad privata otia, ſuaque ſe conſcientia involvens, non poteſt melius alere humanum ſenſum ſuum, priori labore exercitum; quam ſi, avocatus a cura rerum gerendarum, & præſenti beneficentiæ civibus locandæ occaſione deſtitutus, animum procurandæ poſterorum ſaluti perget impertiri.

Si hanc jucundiſsimam occupationem jam tunc ſibi medicus dirigens deſtinavit, cum ad ipſum peſtis negotium accederet; ſi inde a primis laborum initiis adcuravit, ne quidquam aut fugeret attentionem ſuam, aut negotiorum properatione ſibi ſubduceretur, quod ad illuſtrandam peſtis doctrinam, ad plenam poſterorum hac ſuper re inſtitutionem pertineret; tum vero ſummam ſe conſilii ſui commendationem iniviſſe tunc quidem jure optimo potuit exiſtimare, dum a peſte reverſo rex auguſtiſsimus provinciam ſcribendæ illius hiſtoriæ mandavit, coramque ſpeciatim monuit, ſummam hanc ſuam voluntatem in primis ad poſteriorum temporum ſalutem, atque emolumentum pertinere.

Si

Si eorum, quæ in magno aliquo negotio recte acta ſunt, jucundiſsima expoſitio eſt, libenterque medicus dirigens non modo eximiis eorum, qui in re peſtis gerenda elaboraverunt, meritis; ſed ſuo etiam ſenſui detulit, commendandorum eorum omnium, quæ ipſe optime ſciret, non modo ad ſummum publicum emolumentum; ſed etiam cum præſtantiſſimis liberalis animi, & germani patriæ ſtudii incitationibus acta eſſe; ex adverſo in iis, quæ minus recte inſtituta, aut inita fuiſſe videantur, exponendis adhæret animus, qui, paratus bono publico inſervire, non minus alienus a privatorum offenſione eſt, quando vix ſatis poteſt obtineri, ne, dum errores notantur, homines, a quibus illi errores quacunque cauſa profecti ſunt, reprehendi videantur.

Quo in genere cum univerſim medicus dirigens ita conatus eſt verſari, ut unice ipſo errore occupatum eſſe ſatis pateret; tum vero exiſtimat, ſi uſpiam, hoc certe loco, reprehenſionem erroris minime omnium ad eum, qui quoquo modo ad illum errorem contuliſſet, poſſe pertinere. Propior conſuetudo cum omnibus, qui ad gerenda peſtis ſirmienſis negotia acceſſerant, prorſus docuit dirigentem medicum, omnes præſtantiſsimam voluntatem, eximium publicæ rei ſtudium, mentem rerum aliarum civilium uſu excultam attuliſſe: ſi juxta hæc omnia tamen, quia ipſam peſtis rem prævie prorſus docti non fuerant, nonnunquam humanitus quid iis accidit; omnino non ſua, ſed temporis culpa lapſi in errorem ſunt, cujus curſu factum eſt, ut contagium peſtis prorſus non contra comparatos obrueret, omni-

que jure non indulgentiam tantum; sed etiam publicas gratias deposcunt, quod, cum universos supra metum pestis etiam publica rei hujus gerendæ ignorantia a capessenda cujuscunque hic officii provincia, a manu rei difficili, atque ancipiti admovenda deterreret, maluerunt se ipsos aperto periculo ineundæ reprehensionis; quam publicam rem fortuiti casus discriminibus objectam relinquere.

Ita cum de hominibus sentiret medicus dirigens; de rebus ipsis sic semper existimavit, earum expositionem ita esse comparatam debere, ut minimo quoque in casu intelligerent lectores, quantum ex eo sive commodi, sive incommodi ad provehendum negotiorum cursum accessisset: nullam sui operis particulam sine aliqua ad posterorum usum præceptione, sine aliquo sive agendi, sive omittendi specimine exstare; ubique præteritorum scientiam futuri magistram esse voluit. Itaque, cum omni pene pagina, quid simili casu aut imitentur, aut vitare debeant, inventuri lectores sint, juvat hocce prooemio principes causas generali sermone complecti, quæ negotium pestis sirmiensis præcipuo quodam modo afflixerunt; juvat præsignare posteritati impedimenta, quæ ipsi negotium domandæ, si qua futura sit, pestis grave, atque difficile sint factura.

Prima, atque omnium præcipua plurimarum difficultatum ea causa fuit, quod, ut jam supra memoravimus, malum pestis universos vix quidquam contra comparatos invenerat. Inde vetustæ traditiones malum omni arte humana superius sistebant oculis; hinc nova præjudicia, quæ ipsam pestis

peſtis contagioſam indolem amabant negare, de iis, quae contra contagium agenda eſſent, conſtituendis cogitationem ſuperfluam fecerant. Alios confidentia præcluſionum, limites noſtros longo terrarum tractu contra ditiones turcicas tutantium; alios epidemica peſtis, ut quidem ajebant, natura neceſsitate faciendarum contra contagium domum illatum diſpoſitionum videbatur levare: univerſos cura mali, cujus calamitas quinquaginta annis ab hungaris abſtinuerit, vix quidquam affecerat. Ita factum eſt, ut, cum paſsim nullá habendi conſilii promtitudo exſtaret, apud pleroſque ſolus metus rebus gerendis præeſſet; ut, cum nemo ſatis in aliena ſententia poſſet confidere, ſolicitudo errandi diſcreparet eorum animos, quos defixa dudum, atque ſtabilita principia in communem opinionem facile perduxiſſent; ut malo rapaciſsimo paſsim tergiverſatio conſiliorum opponeretur; ut, quæ in arena decernere oportuiſſet, plurium etiam ſubſelliorum deciſionibus ſubſternenda fuerint. Si quacunque in re gerenda perutile eſt præfixam eſſe normam, cui actiones admetiri oporteat; tum vero in negotio, quod ſumma celeritate amet ferri in pejus, quod occupari, quam domari patientius ſit, quod ipſo malorum incremento intercedat ferendis auxiliis, in quo non conſilio tantum, ſed etiam confidentia conſilii armatos eſſe oporteat, qui velint malis obſtare, videtur prorſus neceſſarium eſſe, ut omnia agendi principia, atque capita minutim definita, deſcriptaque habeamus. Itaque, uti ſumme nobis acerbum fuit, eo nos primario bene agendi auxilio caruiſſe, ita contra ſummopere

poſſumus gratulari poſteris noſtris, quos optimi principis cura, ſubmotis belli viciſsitudinibus, contra omnem malorum peſtis varietatem debite inſtructos, atque communitos eſt præſtitura.

Videri poſsimus non recte accuſare defectum inſtitutionis publicæ de tractanda peſte, qui publicas de peſte præceptiones, qui normativum ſanitatis normam agendorum habuerimus. Sed enimvero ipſum illud ſanitatis normativum magnum rerum cum minima publica moleſtia gerendarum impedimentum fuit, videmurque nil prorſus peccare in divos magni Swietenii manes, ſi præceptiones, quæ anno 1770 omnibus ejus temporis notitiis medicis admenſæ ad ſummam publicam utilitatem, ad ſummam ſui commendationem proditæ a viro cel. ſunt, anno 1795 minus ſatis valuiſſe declaramus. Non potuit vir maximus, qui tantopere adlaboravit, ut perpetua rei medicæ incrementa eſſent; qui artem, quotidie perfici capacem, quotidie novis doctrinis illuſtrari voluit; non potuit, inquam, aut cogitare, nil unquam ſuis de peſte præceptionibus præſtantius fore; aut ſuccenſere iis, qui primam, quæ a quocunque prodita ſit, meliorem doctrinam, exauctorata ſua, optarint in uſum deduci; aut ea denique cauſa dignitatem ſanctionis regiæ præceptionibus medicis inducere, ut poſteri a notandis, emendandis, mutandis iſtis illius reverentia prohiberentur.

Duo in primis magni defectus normativi ſanitatis fuerunt: alter, quod unice in peſte a limitibus noſtris arcenda occupatum vix quidquam ſe ad adjuncta peſtis, inter

ſer lares noſtros ſævientis, demittebat; alter, quod anno 1770 in lucem proditum carere neceſſario debebat omnibus illis melius tractandæ peſtis principiis, quæ ex accuratis obſervationibus peſtis moſcuenſis, & ruſsicæ univerſæ, peſtium tranſilvanicarum, ac variarum per Turciam ab his 25 annis graſſantium depromi potuiſſent, atque a viris magnis omnino ſunt depromtæ. Itaque illinc quidem factum eſt, ut, cum circa peſtem domi tractandam multa oporteret decerni, quæ nulla normativi auctoritate fulcire poſſemus, parum ſatis dicto, aut conſilio audientes haberemus eos, qui ſolo normativo fundari omnia debere exiſtimabant; hinc vero ea fuit ſors politiæ medicæ, ut complures medicæ res non e recentiſsimis, atque optimis principiis medicis, ſed ex antiqui normativi tenore; non ad procurandam ſalutem publicam, ſed ad habendam erroris, ac culpæ a normativi ſcuto excuſationem decernerentur, ſeroque tandem, & lentis tantum paſsibus perveniremus eo, ut plerumque, quod optimum eſſet, non, quod normativo maxime conſentaneum, ageremus.

Triſte fuit nobis videre meliora, probareque; ſequi deteriora debere: triſte fuit peſtem, per ſe acerbam incolis, ſuperfluo ducendi negotii rigore acerbiorem fieri. Oportet conſtituere, ne poſteros noſtros pari cum moleſtia conflictari neceſſe ſit. Unum hanc ad rem præſidium habemus illud, quod, alio loco *) de univerſis legibus medicis a nobis proditum, videmur iſthic appoſite prorſus repetere, ut nempe nul-

larum

*) V. Aphorismi de politia medica.

larum legum medicinalium perpetua ſanctio ſit; ut eædem decimo ſaltem quoque anno revocentur ad trutinam per viros, qui ab univerſa literatura medica comparati nullum uſpiam novum inventum attentionem ſuam patiantur efugere, & judicii maturitate eximii novi cujusque inventi dignitatem cum veteri canone debite contendant; ut publica rei medicæ conditio non infra ſingularem privatorum culturam adhæreat.

Tertium ejus, quam ſirmienſi peſti opponebamus, tractationis generale peccatum videtur fuiſſe illud, quod quantovis pretio debellandam eſſe peſtem, *ſuperfluas cautelas non nocere* exiſtimavimus. Duæ mihi videntur eſſe regulæ rite tractandæ peſtis: altera, ut certo, & breviſsimo tempore, cumque jactura paucíſsimorum hominum; altera, ut minimis ſumtibus, minima cum afflictione ceterorum adjunctorum, atque emolumentorum civilium malum exſtirpetur. Primo in genere ita nos verſatos eſſe, ut non modo antiquas præceptiones rite ſimus executi; ſed etiam novas perquam utiles invenerimus, ipſi etiam poſteri libenter nobis, confido, daturi ſint: alterius generis commendationem quominus adſertam haberemus, in primis multiplicitas cordonum, diuturnitates periodorum contumacialium, non ſufficiens in lavandi depuratione confidentia, cum multarum rerum comburendarum neceſsitate conjuncta efecerunt. Sed ſolent humanæ res pedetentim tantum proficere. Poſteri noſtri, aliquam excultæ, quæ peſti opponi debeat, methodi gloriam nobis adſerentes, libenter dabunt veniam, quod non etiam ſimpliciſsimam, etiam minime aut ſumtuoſam, aut clamoſam methodum dederimus,

deimus, ipſique, uſuri præſtantia noſtrarum præceptionum, reſcindent inutilia, ſuperflua, alioque ſub reſpectu gravantia, ac primam in tractanda peſte non peſtis; ſed vitæ hominis, & emolumentorum civilium rationem habituri, ſuperfluas cautelas multum ſæpe, & graviter noxias eſſe poſſe exiſtimabunt. Ita ſpero eo tandem perventurum humanum genus, ut ſine domeſticis præcluſionum lineis, ſine ſucciſione commercii, ſine plurimis illis curandæ rei familiaris impedimentis, ſola detegendorum, & ſeparandorum ægrorum cura, ſola lavandi accuratione peſtem ſciat in ſuis incunabulis opprimere. Qui opus noſtrum lecturi attentius ſunt, complura data, noſtræ huic ſpei velificantia, offendent.

Ita libenter confeſsi errores noſtros eo magis poſſumus abſtinere ab exponendis iis, quæ videmur labore noſtro ad excolendam tractandæ peſtis doctrinam contuliſſe; quo magis confidimus, lectores, quos ingrata notandorum errorum noſtrorum neceſsitate levaverimus, faciles ad agnoſcenda noſtra qualiacunque merita futuros, quove jucundius futurum nobis eſt, aliorum ſententia dici, quod, a nobis prolatum, non prorſus futurum ſine invidia ſit. Id maximum rei quomodocunque a nobis geſtæ proemium habebimus, ſi poſtero caſu quocunque oboriens peſtis paucifsimas hominum cædes, minimam ſtatus, & commercii civilis perturbationem, paucifsimos ſumtus factura eſt.

Hæc de peſtis negotio præfatus ſi pergo obſervationem ſubnectere tantisper a præſente objecto alienam; debeo excuſationem accipere ab eo ſtudio boni communis, quod, tan-

to tempore altum præſentaneo conſpectu miſeriarum humanarum, jam ne remotam quidem ullam ſui exerendi occaſionem poteſt dimittere. Variolarum morbum, nobis multo ſupra peſtem internecinum, iisdem cum hac uti legibus ſpargi; ita etiam adminiculis coerceri poſſe & ſimilis contagii natura docet, & cum aliæ plurimæ; tum vero complures hoc ipſo tempore in Sirmio captæ obſervationes evincunt. Nullæ fuerunt in oppido Vukovar toto præcluſionis, incolarumque ſeſe domi continentium tempore variolæ, quæ, paſsim per Sirmium graſſantes, majorem ipſa etiam peſte ſtragem ediderunt: nullæ fuerunt inter 44 familias jazakenſes ad contumaciam exmiſſas, quæ in poſſeſsione ipſa paſsim ſævierunt: in Stejanovcze variolas mali moris emergere obſervans medicus Kütl, poſtquam familias infectas ad contumaciam poſuit, mali propagationem ſuccidit. Si variolarum plenariam exſtirpationem ſine omnium europæarum nationum conſenſu ſperare non poſſumus; videmur tamen modum iis poſſe ponere, dum mali moris eſſe, multumque letales fore proſpicimus; videmur poſſe efficere, ne aliquot menſium ſpatio 15—20 millia infantum pereant in uno etiam comitatu, quales triſtiſsimos caſus ex neceſsitatis, fatique opinione incurii hucusque tulimus. Ad hanc poſsibilitatem ſalvandorum tot mille civium ut velit publica res animum advertere, non potuit non hoc loco monere. *)

*) Hæc ſub medium annum 1797 ſcripta ſunt. Nunc efficaciſsimum juxta, ac facillimum, omnique nomine prorſus innocuum inſitionis vaccinæ contra variolas præſidium oportet civibus meis majorem in modum commendare.

Per-

Pervenit ad miſeros damno graviore colonos
Peſtis, & in magnæ dominatur moenibus urbis.
Viſcera torrentur primo, flammæque latentis
Indicium rubor eſt, & ductus anhelitus ægre.
Aſpera lingua tumet, tepidisque arentia ventis
Ora patent, auræque graves captantur hiatu.
Non ſtratum, non ulla pati velamina poſſunt;
Dura ſed in terra ponunt præcordia: nec fit
Corpus humo gelidum, ſed humus de corpore fervet.
Nec moderator adeſt, inque ipſos ſæva medentes
Erumpit clades, obſuntque auctoribus artes.
Quo propior quisque eſt, ſervitque fidelius ægro;
In partem leti citius venit, atque ſalutis
Spes abiit, finemque vident in funere morbi.
Indulgent animis, & nulla, quid utile, cura eſt.
Utile enim nihil eſt. Paſsim, poſitoque pudore
Fontibus, & fluviis, puteisque capacibus hærent,
Nec ſitis eſt extincta prius; quam vita, bibendo.
Inde graves morbo nequeunt conſurgere, & ipſis
Immoriuntur aquis: aliquis tamen haurit & illas.
Tantaque ſunt miſeris inviſi tædia lecti.
Proſiliun, aut, ſi prohibent conſiſtere vires,
Corpora devolvunt in humum, fugiuntque penates
Quisque ſuos: ſua cuique domus funeſta videtur. —
Semianimes errare viis, dum ſtare volebant,
Aſpiceres, flentes alios, terraque jacentes,
Laſſaque ſupremo verſantes lumina motu,

 Mem-

Membraque pendentis tendunt ad ſidera coeli,
Hic, illic, ubi mors deprenderat, exhalantes. —
Quo ſe cunque acies oculorum flexerat, illic
Vulgus erat ſtratum, veluti cum putria motis
Poma cadunt ramis, agitataque ilice glandes.
Templa vides contra gradibus ſublimia longis.
Juppiter illa tenet. Quis non altaribus illis
Irrita thura dedit? quoties pro conjuge conjux,
Pro nato genitor, dum verba precantia dixit,
Non exoratis animam finivit in aris,
Inque manu thuris pars inconſumta reperta eſt. —
Corpora miſſa neci nullis de more feruntur
Funeribus: neque enim capiebant funera portæ.
Aut inhumata premunt terras, aut dantur in altos
Indotata rogos, & jam reverentia nulla eſt.
Deque rogis pugnant, alienisque ignibus ardent.
Qui lacrument, deſunt, indefletæque vagantur
Natorumque, virumque animæ, juvenumque, ſenumque.
Nec locus in tumulos, nec ſufficit arbor in ignes.

Ovidius Metamorph. l. VII.
a verſu 554 *ad* 614.

IN-

INTRODUCTIO. *)

Hungariæ regnum, & affinitate territorii longiſsime excurrente, & communione commercii, & bellorum motibus multum obnoxium ditionibus turcicis, frequentiorem ex tantis miſcendi occaſionibus peſtem ſumſit. Ultima ex iis provinciis ad omnem late patriam noſtram diri contagii vis ante medium hocce ſeculum venerat, quo tempore ingens noſter exercitus, in ipſa ditionum turcicarum penetralia adurgens ſe, evocato ex remotiſsimis barbororum ſe-

dibus

*) Videbatur ad pleniorem de negotiis peſtis gerendis doctrinam ex rerum uſu ſtabiliendum intereſſe, ut non modo ejus, quæ nos occupaverat, peſtis eventus, atque vices omnes ponerentur lectorum ob oculos; ſed etiam præteritarum in Hungaria peſtium, quanta quidem certa haberi poſſet, hiſtoria ad poſteros transſcriberetur. Dignatus eſt auguſtiſsimus princeps deferre humillimæ hanc in rem propoſitioni meæ, mihique aditum ad archivum cancellariæ hungarico-aulicæ patere voluit. Quæ hac introductione proferuntur, in medium ex actis iſthic exiſtentibus deſumta ſint. Exiſtimavi magis in datis hiſtoricis generalibus debite comprehendendis, in eruendis, quæ ad negotiorum curſum ſive dextre, ſive ſiniſtre influebant, adjunctis; quam in obtinenda accurata infectarum poſſeſsionum omnium connumeratione, inveniendis, aut concinnandis mortuorum catalogis verſari curioſitatem meam, atque indaginem oportere.

dibus militi acribus proeliis miſcebatur. Primæ in coronenſi Tranſilvaniæ diſtrictu a contagioſo morbo cædes fuerunt. Quarum cum fama Viennam perlata mandata omnium, quæ ſunt inter Hungariam, & Tranſilvaniam, montium præcludendorum ipſis anni 1738 primis diebus properarentur; interea grünneiana legio, imperatorum juſsibus ex Tranſilvania in temeſienſem banatum profecta, mali fomitem novis ſedibus intulit, ipſamque temeſienſem arcem contagioſo morbo fœdavit, brevi poſt ex hiſce initiis in potiorem vicinæ Hungariæ partem propagato. Prima poſſeſsionis Szeghvar, ad comitatum csongradienſem pertinentis, infectio fuit, medio Aprili menſe renunciata, quam incolæ valachi, e diſtrictu temeſienſi a ſuis cognatis reduces, attuliſſe ferebantur, quamve ſimili origine arces Szegedinum, atque Aradinum acceperunt, communione ſtatus militaris horſum translatam.

Ita cum contagionis diffuſio diſpoſitiones, quæ contra niterentur, eo ipſo anteverteret, quod majora juſto molimina executionis celeritatem impoſsibilem facerent; duplici quaſi illarum arcium ſcaturigine transfertur virus contagii in oppidum militare Szabatka, quod nunc regiam civitatem Thereſiopolin dicimus; in complura comitatus bacſienſis loca; in oppidum Vásárhely comitatus csongradienſis, & vicinum Földeak comitatus coanadienſis; in comitatum békeſienſem, ubi Csaba, ſed in primis Gyula oppidum magnam ex eo incolarum jacturam fecerat; in aradienſem, & biharienſem comitatum. Inſuper exeruit ſe mali vis in comitatu zarandienſi, ex ipſa, ut videtur, Tranſilvania in affinem principatui proceſſum bradienſem translata: obortæ Belgradi, Carloviczii, atque in quibusdam Sclavoniæ, ac Sirmii locis hominum ex peſte cædes ſunt. Oppreſſa in ipſis incunabulis Szeghvarini peſte, eadem in minoribus poſſeſsionibus citius ceſſante, pergebat mali vis Szegedini, Szabatkæ, Gyulæ, in magnis poſſeſsionibus ad ipſa pene initia anni conſequentis, ut Szegedinum primis demum Martii 1739

die-

diebus; Vásárhelyinum menſe Aprili; Aradinum medio illo anno prima ſua ob peſtem præcluſione eximeretur.

Triſtia rerum initia ſtatus magis deplorandus exceperat, præſertim poſtea; quam ingruente hieme etiam miles a caſtris reverſus, qui, quod ſuperioribus annis utilia ad opprimendam peſtem ſervitia præſtitiſſet, procurandæ peſtis diſciplinæ adhibendus videbatur, per omnes late comitatus diſtributus fuit. Erupit contagioſus morbus in legione Franciſci Lotharingiæ ducis, Budam iter per comitatum albenſem inſtituente, ipſaque budenſis civitas, prius repetitim jam in ſuſpicionem peſtis attracta, denique poſt medium menſem Decembrem hujus adhuc anni 1738 conſpicua exanthematibus, contagioſo morbo propriis, funera exhibuit.

Sed enimvero anno 1739 peſtis omnes Hungariæ diſtrictus, plurimos in ſingulis comitatus occupavit.

Exoritur ineunte Januario morbus in ſuburbiis eſzekienſibus, citoque & hic, & in plurimis Sclavoniæ locis invaleſcit. Eandem eodem menſe in Mindſzent comitatus csongradienſis; menſe Februario in Mohács, & Karáncs comitatus baranyienſis; menſe Martio in poſſeſsionibus Thur, Saſs, Ugh comitatus heveſienſis; poſſeſsione Várasd comitatus tolnenſis erupiſſe acta referunt: propagatam eſſe in comitatu biharienſi, translatam ad oppida haidonicalia, & comitatum ſzabolcsenſem. Menſe Aprili peſtem legimus illatam poſſeſsioni Isák, & oppidis Solth, ac Kecskeméth comitatus peſthienſis, quorum ultimum contumaciæ habendæ inſerviverat; oppido Bataſzék comitatus tolnenſis; poſſeſsioni Csoroda comitatus bereghienſis: menſe Majo recruduiſſe Budæ peſtem, quæ aliquanto tempore ceſſaverit, deinceps longiori tempore perſtituram: inde translatam in pleraque circum loca, in comitatum comaromienſem, & ſtrigonienſem, in domum annonariam civitatis cognominis, indeque in ipſam civitatem eſſe: renunciatam denique Peſthini, poſtquam per aliquot

jam

jam ſeptimanas complures e febribus malignis, & petechiis nigris emori magiſtratus ſcripſerant; renunciatam Leopoldopoli, Galgoczii, Nitriæ, Ujvarini, quam longiori tempore, Galgoczii in primis, gliſcentem celare paſsim adlaborarunt; Galgoczio translatam Tirnaviam, regiam civitatem comitatus poſonienſis, eſſe: exortam eodem menſe in ampliſsima trans Tibiſcum civitate regia debrecinenſi, in Török Szent-Miklos, altero contumaciæ habendæ deſtinato oppido comitatus heveſienſis, poſſeſsione Szedlicze sároſienſis, Tállya zemplinienſis, Gibbarth abaujvárienſis comitatus: menſe Junio affectas eſſe comitatus barſienſis poſſeſsiones Kis-Bélad, & Nagy-Hereſztény; propagatam ad plures comitatus baranyienſis poſſeſsiones; ad loca Érd, & Berkáta comitatus albenſis. Menſe Julio ſcripta eſt peſtis præſentia ex comitatu arvenſi, & ſcepuſienſi, quo videtur ſive per circumforaneos olei quæſtores allata ex Hungaria; ſive ex Poloniæ regno ſumta eſſe, cujus inferiores oras eodem tempore idem morbus vaſtaverat: ſcripta emergere in poſſeſsione Romhány comitatus neogradienſis, & in monte Claudio, regni Croatiæ provincia, per complura loca ſævire. Menſe Auguſto obſervatæ peſtis primitiæ ſunt Albæ Regiæ, inque pluribus comitatus peſthienſis poſſeſsionibus. Menſe Septembri didita iterum per plures comitatus baranyienſis poſſeſsiones infectio ipſa denique Quinque-Eccleſiarum ſuburbia penetravit, & 150 Moháczienſes, e poſſeſsione profugi, atque Danubium transmeantes videntur cauſa malorum in comitatu bacſienſi, ipſoque oppido Baja recrudeſcentium fuiſſe: eo ipſo menſe complures comitatus poſonienſis poſſeſsiones vim mali contagioſi coeperunt experiri. Denique menſe Octobri & Peſthini repullulat peſtis, quam jam jam extinctam incolæ exiſtimabant, & civitati ſzegedienſi novum milites ab exercitu reduces contagium intulerunt.

His de didita per omnem late Hungariam peſte relationibus juvat ſubnectere, quæ circa ejus in variis poſſeſsionibus decurſum acta eorum temporum ad noſtram ætatem transſcripſe-

pſerunt: quæ dum omnia componimus, videmur obſervare, peſtem in civitatibus atque oppidis, nunc quidem, magis & internecinam, & diuturnam fuiſſe; *) frequentes ejusdem paſsim recrudeſcentias fuiſſe, ſive ad promiſcuum commeatum, cui cohibendo nullæ diſpoſitiones ſatis idoneæ fuerant, ſive ad neglectum, qui omnino præſcribebatur, mundationis ordinem pertinentes; hiemem verſus malum & in provinciis Danubio appoſitis, & in ipſo cistibiſcano tractu plurimum remiſiſſe, ipſaque adeo vindemiarum tokaienſium occaſione nullibi novam peſtem erupiſſe; dum ex adverſo in transtibiſcano tractu & pergebat multa ſævitie malum iis locis, quæ dudum foedata eſſe memoravimus, & ad complura alia proferebatur: itaque cum menſe Januario anni ſequentis literas ad civitatem debrecinenſem daret majeſtas regia, id in felici augurio cenſebatur, quod tandem jam eo perventum eſſet, ut poſſent infecti, & mortui connumerari.

Anno 1740 ineunte & gratiſsimos undique nuncios paſſim accipiebant excelſa dicaſteria, & jucundiſsima poſſeſsionum antea infectarum reſeratione decernenda occupabantur.

Omnia loca antea infecta comitatuum poſonienſis, nitrienſis, barſienſis, totus mons claudius, menſe Januario peracta mundatione contumaciam agentia, menſe proximo ad communionem cum ſanis poſſeſsionibus redeunt: in comitatu peſthienſi menſe Januario duodecim; ineunte Martio triginta & ſex loca præcluſione eximuntur: ſimilis civitatum regiarum, Albæ, Strigonii, Peſthini, arcis Leopoldopolis, oppidi Baja conditio fuit:

*) Kecskemethini menſe Martio mortuæ ſunt perſonæ 1256; a prima autem Junii usque 18vam 1148. Tallyæ ab initio ad 4tam usque Julii mortui ſunt 1359. Gyulæ ab initio mali usque 17am Decembris 1738 mortui ſunt 3090; convaluerunt 100.

fuit: usque menſem Aprilem literæ publicæ referunt, in ſtrigonienſi, tolnenſi, albenſi comitatu maxima ex parte malum ceſſaſſe; in baranyienſi comitatu unicum locum infectum eſſe; in toto cis Tibiſcum circulo tantum zemplinienſis, & abaujvarienſis quibusdam locis peſtem eſſe; in transdanubiano, poſt ultimæ poſſeſsionis Czegléd mundationem, totum comitatum peſthienſem a contagio immunem eſſe; in ipſo adeo bacſienſi comitatu duorum tantum locorum, Futak, & Szentivány, præcluſionem exſtare, ut ſolummodo trans Tibiſcum gravius inſideret malum, quod licet pluribus locis remittere ſcribebat regius earum partium commiſſarius; tamen & frequentes hinc inde recrudeſcentias facere in ſzabolcsenſi, ac biharienſi provincia, & paſsim ſævire in békeſienſi referebat.

Pergente anno præſente brevi læta ex hiſce relationibus auguria triſtes nuncii ſucciderunt. Namque etſi ad finem usque Junii in cisdanubiano tractu & deleta prorſus omnia contagioſi mali veſtigia fuerunt, & eadem provincia deinceps etiam immunis ab illo perſtitit; tamen ceterorum Hungariæ diſtrictuum alia plures adhuc in annos conditio fuit, & ſpeciatim inferiori Hungariæ grata illa, quam hujus anni exordium præferebat, malacia uti non diu licuit. Menſe Aprili exoritur nova Szegedini peſtis, nonniſi cum anni exitu finita, una autem brevi inde ad vicinas poſſeſsiones Tapé, & Gyö translata: menſe Majo emicat in Tarczal, & Dobſa poſſeſsionibus comitatus zemplinienſis, deinceps Tokainum etiam, & Uihelyinum occupatura: menſe Junio Aradini caput eferens rapaciter inundat, aradienſem, békeſienſem, zarandienſem comitatus: utramque, & ſzegedienſem, & aradienſem, peſtem ad militem, finito bello a caſtris ſine contumacia reducem, acta referunt, qua cauſa etiam Semlinum, Carloviczium, Petrovaradinum, & affinia his Sirmii loca novum hoc tempore contagium accepiſſe poſſunt exiſtimari. Finiente Julio novæ renunciantur in comitatu bacſienſi infectiones,

quæ

quæ deinceps triſtiori omine Vacii primum, deinde Budæ, atque Peſthini deteguntur, ut tamen nunc quidem nonniſi poſſeſsiones Kis-Ujfalu, & Szent-Miklos comitatus peſthienſis, atque Kosd, ac Penéſz comitatus neogradienſis contagium, & quidem, ut videtur, Vacio acceperint, Budenſium, atque Peſthienſium malis poſt paucos ab ortu dies feliciter oppreſsis. Interim gliſcebat toto anno malum varia ſorte in ſzabolcsenſi, ſzathmarienſi, ac biharienſi comitatu, atque, cum finiente anno totus biharienſis ab illo immunis eſſet, eodem tempore illud in ſzabolcsenſi comitatu latius iterum difundebatur.

Venimus ad annum 1741^{mum}, cujus ſub initiis is erat rerum ſtatus, ut, toto cis Danubium tractu alterum jam in annum a peſte immuni, in transdanubiano tractu omnibus inde a bacſienſi usque neogradienſem comitatum locis immunibus, inque civilis communionis uſuram adſertis, ſola poſſeſsio Mogyorod, in comitatu peſthienſi ſita, contagium haberet; in cistibiſcano tractu duæ tantum poſſeſsiones, Lodomer, & Tokai, præcluſæ, atque jam contumaciam agentes exiſterent, plurima mali parte nunc ſolum pene ſzabolcsenſem comitatum obſidente.

Tolerabiles univerſim hoc anno peſtis calamitates fuerunt. Erumpens iterum Szegedini finiente Aprili peſtis ſubſtitit intra illam ipſam familiam, in qua primum emerſit: in comitatu peſthienſi translatum ultra Mogyorod ad Szada etiam, & Vörösegyháza contagium, licet in hiſce poſſeſsionibus ad annum usque conſequentem ſæviret, tamen a ceteris poſſeſsionibus abſtinuit, atque in civitatem peſthanam menſe Octobri illatum finiente adhuc anno oppreſſum eſt: in ſzabolcſenſi comitatu eo perventum denique menſe Septembri, ut, ceteris poſſeſsionibus ad contumaciam admiſsis, duæ tantum, Pályi, & Demeter, in infectarum cenſu reſtarent.

Sequitur annus 1742^{dus}, qui, vi quaſi malorum in comitatus transtibiſcanos coacta, ſumma ibidem internecione ſæviit,

 atque

atque maximam iis provinciis vaſtitatem intulit. Adhuc ultimis anni prioris menſibus translatum ad Alſo - Apcſa, comitatus maramaroſienſis poſſeſsionem, contagium eſt per feminam, quæ, meſsis faciendæ cauſa ad poſſeſsionem Csomaköz comitatus ſzathmárienſis profecta, poſtliminio redux, prima etiam vi morbi contagioſi abrepta eſt: ſerius malum ad notitiam publicam pervenerat: tarda, inertia rapaci contagio poſita obſtacula ſunt: vulgus, fama mali territum, atque in migrationem excitum, quaquaverſum diſunditur, ut vere demum anni præſentis latius jam per comitatus ad, & trans Tibiſcum ſitos, ugocſenſem, bereghienſem, ſzabolcsenſem, ſzathmárienſem, biharienſem, cujus tamen extima loca contagii fomitem etiam ex vicina Tranſilvania ſumſiſſe leguntur, propullularet. Multiplicata infectio, penuria ſumma rei alimentariæ, cui tarde admodum, neque ſic ſatis ſuccurri potuit, protervia hominum omnem peſtis diſciplinam impoſsibilem fecerat. Menſe jam Auguſto 106 trans Tibiſcum poſſeſsiones infectas, 24 ſuſpectas legimus; ferociam mali fuiſſe tantam, ut e centum ægris vix quinque, aut ſex vitam reliquam facerent; in comitatu maramaroſienſi usque ad finem Julii connumeratos eſſe mortuos univerſim 3215, præter 86, quorum mors ad famem relata ſit; in ugocſenſi a 1ma ad ultimam Julii mortuos eſſe 1779; in bihaienſi a 20ma Auguſti ad 14^{am} Septembris 892. Proximis menſibus ſumma rapacitate diſundebatur malum, ut denique in comitatu maramaroſienſi, in quo menſe Septembri ſpatio 20 dierum 1545 mortui, 2035 infecti connumerati ſunt, loca infecta cenſerentur 65; in ugocsenſi 26; in bereghienſi 49; in ſzabolcſenſi 32; in ſzathmárienſi infecta 149, ſuſpecta 5, ut omnino in toto proceſſu ſzamos - közienſi ne unica poſſeſsio immunis a contagio haberetur, & ſola civitas ſzathmárienſis usque 12^{am} Octobris mortuos cenſeret 1059; denique in biharienſi, in quo a 29na Septem-

bris

bris ad 12am Octobris relata ſunt funera 1436, poſſeſsiones infectæ haberentur 113.

Non poterat ſatis caveri, quominus tanta vi deſæviens trans Tibiſcum contagium non etiam cis illum adferretur, præſertim cum infectus comitatus bereghienſis in utramque illius fluvii oram recideret. Sed tamen hic quidem humana auxilia facilius malo ſuperiora exſtiterunt. Comitatuum sároſienſis, abaujvarienſis, zemplinienſis, borſodienſis, heveſienſis nonnullæ poſſeſsiones & tardius acceperunt morbum, & citius eodem exolutæ ſunt, exortamque in unica kis-hontenſi poſſeſsione Ocsgán peſtem advolans commiſſarius regius mature oppreſsit.

Comitatuum Danubio adſitorum felix per hunc annum conditio fuit. Namque, peſte in poſſeſsionibus Szada & Vörös-Egyháza denique circa menſem Aprilem ceſſante, nulla ſe deinceps hoc anno per omnes haſce oras mali indicia etulerunt.

Initia anni 1743tii magnam ubique malorum remiſsionem habuerunt. In eo, quem transtibiſcanum dicimus, circulo debrecinenſis civitas, quæ contagium menſe nuper Decembri acceperat, jam finiente Januario contumaciam inchoavit; loca infecta plurima per ordinem mundationi, & ultimo contumaciæ periculo ſubjiciuntur; in cistibiſcano circulo ſub Maji initiis, præter Füzér in abaujvarienſi, & Török-Szent-Miklos in heveſienſi comitatu, nulla jam poſſeſsio præcluſa habebatur, quæ ipſæ altero poſt menſe civilem liberi commeatus uſuram acceperunt.

Non poterat ſperari, malum, quod omnia pene provinvinciæ transtibiſcanæ penetralia foedavit, ita ad unam vicem extinctum eſſe, ut nullas incolæ recrudeſcentias metuendas haberent. Frequentes illæ in comitatu cum primis bereghienſi, ſzabolcſenſi, biharienſi fuerunt, quorum paucæ aliquæ poſſeſsiones in proximum usque annum contagii pertinaciam experiebantur.

Ne hoc quidem anno peſtis a transdanubianis, quæ dicuntur, oris prorſus abſtinuit, cujus fomes, quocunque demum traduce in comitatum neogradienſem prolatus, poſſeſsionem Szákal foedavit, in qua occultatum licet aliquanto tempore, indeque latius difuſum contagium actuoſa hominum ſolertia ſic ſatis tempeſtive compeſcuit.

Ultima memorabilis oppidi Szolnok, in media Hungaria ſiti, infectio fuerat, menſe Junio hujus anni prodita, quæ eo majorem excelſis dicaſteriis ſolicitudinem, atque curam incuſsit, quod & vicinus civitati peſthienſi locus eſſet, & ad illum magnus undique ſalis vectorum numerus ante compertum mali ſtatum confluxiſſet. Sed enimvero ominoſa infectio nullas triſtes ſequelas habuit, & malum, non rapaci propagatione diditum, facilius intra oppidi ambitum coercebatur.

Ita denique pervenimus ad annum 1744[mum], cujus ſub initiis ceſſante Szolnokini, & in quatuor, quæ adhuc erant infecta, comitatuum beregh, ſzabolcs, & bihar locis ægrorum ex peſte hominum ſucceſsione, cum tranſitum ad mundationis ordinem, ad habendum poſtremum contumaciæ experimentum eſſet; veris exordio negotia eo perducta ſunt, ut 13[tia] Aprilis C. Franciſcus Károlyi, commiſſarius regius, factam omnium poſſeſsionum reſerationem, plenam peſtis ad Tibiſcum ceſſationem annunciaret. *)

Seriem malorum expoſuimus: oportet cauſas tantæ, tamque pertinacis internecionis actorum indicio deſignatas oratione complecti.

Pe-

*) Qui hanc peſtis, ab anno 1738[vo] ad 44[um] per varias Hungariæ provincias graſſantis, hiſtoriam ex actis erutam attentius volvet apud animum, facile omnino miſſam faciet eam ſententiam, quæ ex obſervato, quod dicunt, morbi per certos annos decurſu, & ſequente ceſſatione epidemicum quendam peſtis morbo ortus, progreſſus, intenſionis, atque remiſsionis modum amavit adſerere.

Peſtem morbum eſſe, qui tantum contagio per homines veſtimentaque allato didi ſoleat; ea quodam loco enata efici poſſe humanis viribus, atque adeo omnem etiam publicam curam in eo debere reponi, ut non modo non proferatur ultro; ſed etiam intra eum locum brevi extinquatur; hæc, inquam, prima erant ad domandam peſtem principia ejus ætatis, quæ nihilominus tam infelici plerumque ſucceſſu contra malum, iis principiis certo exſtirpandum, depugnabat, ut, cum multis in humanis rebus a rectis earum gerendarum principiis non parum interſit ad usque idoneam illorum principiorum applicationem, omnino inferre debeamus, hic quoque majoribus noſtris aut theoriæ in actum deducendæ ſive acribiam ſive uſum defuiſſe, aut impedimenta, ſuper quibus eminere eorum induſtria non poſſet, obſtitiſſe.

Varia ſuperiorum temporum ad prohibendam contagii propagationem conamina fuerunt. Vix dum acceptis mali in banatu temeſienſi exorſi nunciis, præcluſionis lineæ ad fluvios Maruſium, & Tibiscum duci imperantur; tolli omnes privati per utrumque fluvium trajectus; transſumi ad citerius litus navigia; in paucis quibusdam, qui relicti ſunt, publicis trajectibus cuſtodes conſtitui, qui neminem, qui paſſualium fide ſuum e loco ſano per mera ſana adventum docere non poſſet, ad citeriores oras admitterent: brevi poſt data mandata erigendarum Aradini, & Szegedini contumaciarum, ut nemo ex toto jam banatu, qui ob nonnullorum locorum infectionem ſuſpectus declarari omnis oportere videbatur, niſi exantlato contumaciali periculo tranſire in Hungariam poſſet.

Secuta proximorum Hungariæ comitatuum infectione, mox a Danubio ad Tibiſcum, Baja Csongradinum ducitur præcluſionis linea, inde verſus Tranſilvaniam ſuper békeſienſi, aradienſi, zarandienſi comitatibus continuata; tolluntur omnes Baja Petrovaradinum, Csongradino ad Titul usque per Danubium, &

Tibi-

Tibiſcum trajectus; contumaciales domus Kecskemethini, & in Török-Szent-Miklos decernuntur.

Omnibus hiſce lineis nil contra mali propagationem proficientibus, cum ultra contagium proferret ſe hinc ad nitrienſem, ipſumque adeo poſonienſem comitatum; inde comaromienſem, ſtrigonienſem, albenſem, tolnenſem, baranyienſem occuparet; illic quidem duplicatis etiam ad Granum, & Vagum cordonibus fruſtra obniſum fuit, ut denique ad ipſam Auſtriam, & Moraviam ab Hungaria præcluſione, atque locatis contumaciæ domibus ſeparandam perveniretur; hic cis-danubianam regionem præcluſio, a Danubio ex Szöny per comitatum veſprimienſem, & sümeghienſem ad Dravum usque ducta, mediam ſecabat, cui parallela altera ad majorem Auſtriæ, Styriæ, Carinthiæ ſecuritatem in harum provinciarum limitibus decurrebat.

Pluribus modis & circa horum cordonum coordinationem, & per eos ipſos peccatum fuit.

Primum peccatum erat illud, quod præcluſionum tramites jurisdictionum civilium confiniis aptabantur, cujus rei cauſa erat magnus ille error, quem ea ætate paſsim negotio peſtis bene gerendo interceſsiſſe uberius dicemus, quod ex more aliorum negotiorum civilium procurari res peſtis debere videbantur. Ita, paucis aliquot poſſeſsionibus comitatuum bacſienſis, & csongradienſis infectis, mox interciſus totis illis comitatibus commeatus fuit: ita, nonnullis cis iſtam lineam in comitatu peſthienſi locis infectis, aliæ primum Ipoli, dein Grano fluvio præcluſiones aptabantur. Iſta ducendarum linearum ratio & cetera ſana loca, quaſi alienæ gentis eſſent, ſorti contagionis accipiendæ ultro objiciebat, & negligere debebat emolumenta brevitatis, atque ſecuritatis, quæ ſola in hocce negotio, ſi ullæ provinciales lineæ ducendæ eſſent, ſumi in conſiderationem debuiſſent.

Alte-

Alterum peccatum erat illud, quod, ſola præcludendi neceſsitate nomine regio imperata, ipſe præcluſionis faciendæ modus, primo certe tempore, prorſus ſive judicio, ſive arbitrio ſingularium jurisdictionum relinquebatur. Itaque alii quidem unice vias tritas, atque publicas obſideri haidonibus debere exiſtimabant; alii præcluſionis tutelam confidebant obequitatoribus; alii, cum primo metu vigiles complures per deſignatum præcluſionis tractum illocaſſent; ſed nil ſatis de ordinata hominum permutatione, de eorum ſubſiſtentia, de debita ſuperinſpectione providiſſent, ſecuritatis publicæ præſidio cito exciderunt: una jurisdictio hanc; alia contermina illam intercipiendi commeatus rationem amplectebatur. Ita denique factum eſt, ut nonniſi altero demum anno cisdanubiana præcluſio, & vagenſis ſub commiſſariis regiis, Joanne Eſzterházy, ac Paulo Balaſſa, harum omnium juſtæ præcluſionis conditionum debitam, atque uniformem coordinationem acceperint. Ergo plenæ etiam querelis reſcitarum præcluſionis prævaricationum plurimæ regiæ ad excelſum conſilium, & comitatus literæ ſunt, fueruntque homines, qui ab extimis Hungariæ ad Tranſilvaniam finibus Budam, Poſonium, ad ipſos Auſtriæ limites pervenerunt, omnesque intermedias & præcluſiones, & contumacias evitaverunt.

Certæ alicui ab his præcluſionibus contra peſtem tutelæ primo tempore illud quoque interceſſerat, quod, dato generali præcludendi præcepto, & deſignato univerſim præcluſionis tramite, nil una aut proviſum, aut conſtitutum fuit circa illa rei familiaris damna, quibus acccolæ illarum præcluſionum ea cauſa exponebantur. Nunquam hic ſatis caveri poterat, ne multi terreſtres domini, aut coloni exciderent uſura fundorum aut propriorum, aut ejusmodi, qui multis in locis communi vicinorum uſui inſerviebant: qui homines, ejusmodi jurium ſucciſionem ferre non ſveti, paſsim excutiebant auctoritatem præcluſionis parum ſatis defenſam, & ultro, citroque commeabant.

Malo pestis trans unam præclusionem translato novam alteram citerius duci solitam esse memoravimus: quo facto sive prior quoque illa conservaretur, sive neglectu publico intercideret, quorum utrumque accidisse legimus; neutri casui sua mala consectaria defuerunt. Uno enim regno, cujus incolæ variis in varias partes commerciis, dudum usu facilitatis, vivere adsveverant, nunc in complures, ut ita dicam, isolatas provincias secedente, oportuit summopere affligi omnia capita curandæ rei familiaris; oportuit homines inimicos fieri dispositionum tanta cum sua jactura conjunctarum; oportuit exacui studia faciendæ prævaricationis; sed una etiam modus ferendi afflictis auxilii, habendæ cujuscunque negotiorum etiam remotioris inspectionis præcidebatur. Neglecta autem post unius, aut alterius loci supra lineam constituti infectionem antiquioris hujus lineæ custodia, quodammodo libera jam adferendi passim in omnes citeriores possessiones contagii via aperiebatur, atque ultro propter unam, alteramque non raro possessionem centum aliæ ea sola causa, quod ad eandem jurisdictionem pertinerent, contagio objiciebantur. Itaque sequioribus annis rarius jam de ducendis per integras provincias præclusionibus cogitatum fuit, solamque illam ego apposite ductam possum existimare, quam anno secundo, & quadragesimo, superioribus trans Tibiscum comitatibus passim infectis, comes Alexander Károlyi commissarius regius Csongradino Transilvaniam versus communivit.

In ducendis ejusmodi cordonibus uti summe arbitrarium; ita longe tristissimum fuit illud, quod numerosa loca eo ipso, quod infectis vicina essent, suspecta decernerentur: istorum incolæ, si ultro, citroque commeare volebant, præter necessitatem subjiciebantur legi obeundæ contumaciæ; dum ex adverso infectarum revera possessionum habitatores ex statuta præclusionum norma

ma excludebantur beneficio unice ad ipſos pertinente, *) neque ſane poterant admitti ad contumacias, quæ ad diſtantes aliquot ſæpe milliaribus præcluſionum lineas, & non raro longius etiam retro eas deſignabantur.

Uti hiſce in punctis exceſſu rigoris peccatum fuit; ita contra parum ſecuritati publicæ proſpectum fuit per eas paſſuales literas, quæ, adventum de ſano loco, & factum per mera ſana loca iter docentes, aditum nonnunquam, præſertim ſub initiis peſtis, etiam trans præcluſionum lineas aperiebant. Quomodo, per quos reſciri locorum ſanitas debeat, nunquam; quis paſſuales iſtas dare poſsit, ac debeat; multis in caſibus non ſatis, neque appoſite aut conſtitutum, aut ex iſtius conſtitutionis tenore obſervatum fuit. Ex Tranſilvania in Hungariam ituris ſolus commendans generalis tranſilvanicus paſſuales dare poterat, magna id incolarum cum moleſtia; nulla ad ſecuritatem publicam utilitate: quanta enim per tempus requirendarum, expediendarum paſſualium, & viæ diuturnitatem mutationes in ſtatu ſanitatis locorum fieri poterant! ut omnino paſſualium fides non ad præſentem; ſed ad præteritam quandam itinerantium conditionem exprimendam valeret. In Hungaria non tantum magiſtratualis quisque; ſed terreſtres domini, parochi locorum, oppidani judices cum notario, officialis quisque militaris, officiales camerarii, & ſalinares aut dabant, aut vendebant paſſuales literas, facileque fuit negatas ab una jurisdictione paſſuales alterius benevolentia obtinere: imo exſtant veſtigia albarum, iter facturis paſſua-

*) Lex, neminem e loco infecto ad contumaciam admitti poſſe, generatim viguit in annum usque ſecundum peſtis, quo tempore poſonienſis commiſsio ſanitatis eleganti, quæ medico Carolo Perbegh honori eſt, repræſentatione, ad ſuam majeſtatem regiam ſcripta, ejus exauctorationem procuravit. Sed admiſsio talium hominum ad contumaciam plurimas moleſtias habet, ſi hujus locus multis ab infecta poſſeſsione milliaribus diſtat.

paſſualium vice a perſona magiſtratuali datarum, ut quo die & loco, cum quibus adjunctis iter inirent, ipſi poſſent inſcribere: cum de accommodo criterio ſanitatis locorum certo determinandæ nil conſtitutum haberetur; libere fiebant migrationes e locis jam infectis, & per infecta toto ea tempere, quo ob illius defectum eadem nondum in cenſum ſuſpectorum reciderant.

Oportet examinare, quantam ſecuritatem publicam contumaciæ, hiſce provinciarum præcluſionibus aptatæ, procuraverint.

Eo ipſo, quod præcluſionibus illis totæ provinciæ ſecernerentur, neceſſarium fuit, contumaciales apparatus magnos, commoditates multas eſſe, ut jure ſubeundæ contumaciæ poſſent omnes, qui vellent, perfrui. In tantos apparatus ſumtus non aderant. Itaque paſsim in ea poſſeſsione, quæ contumaciæ ſtationem dederat, vacuatæ in extremis finibus complures domus contumaciſtarum reclinaculis impendebantur, cumque experientia conſtaret, brevi quoque tempore elapſo una cum præcluſionum tractibus etiam contumaciarum aliorſum transferendarum neceſſitatem ſolere occurrere; in temporarium uſum nil firmi, nil conſummati adparabatur: id ipſum fecit, ut non proxima aliqua præcluſionis lineæ poſſeſsio; ſed major aliqua, licet remotior, contumaciæ deſtinaretur: ideo oppida Török - Szent - Miklos, Kecskeméth, Szexard, Kaniſcha contumaciis aptata ſunt. Facile ex his quisque intelligat, quam parum rigori diſciplinæ contutumacialis tali rerum procuratione ſit ſatisfactum, quamve parum ſufficiens magnis, quas totarum provinciarum domeſticarum præcluſio ſecum ferebat, migrationibus iſta proviſio fuerit. Itaque identidem legimus repulſos a contumacia kecskemethienſi, quæ nonnunquam 250 homines contineret, multo complures eſſe, eoque ipſo factum eſt, ut exercitus noſter a caſtris revertens primo peſtis anno prorſus ſine contumacia transmiſſus per præcluſiones ſit, & peſtis hoc ex incommodo avertendæ ſolicitudo conquieverit in eo, ut, ante transmiſsionem facta omnium viſitatione,

ne, ægri cujuscunque generis intra præclusionem retinerentur, &, locato jam ad hiberna milite, comitatus juberentur attendere, ut prima mali inter milites erumpentis incunabula detegantur. *) Malæ contumaciarum commoditatates fecerunt, ut nobilior quisque, ut militares præcipue officiales, a castris reduces, alias atque alias sibi domos adparari postularent; ut complures belli duces adjicerent animum ad prævaricationem, & citra contumaciam, a qua gregarius miles turmatim veniens dispensatus fuerat, cum ipsis etiam impedimentis suis ad superiorem Hungariam, aut fines austriacos commigrarent.

Provinciarum præclusionibus addebantur præclusiones ipsorum locorum infectorum, eædemque plurimis regiis literis magna orationis severitate commendabantur. Utilissimum mandatum multis e causis non omnes illos efectus habuit, quos apposita ejus conditio jubebat expectare. Carebant illæ plurimis in casibus eo emolumento, ut mature ducerentur, quia de peste in ipsis incunabulis detegenda provisum non erat. Ita, cum gliscens ignotum malum opinione citius in plurimas sese possessiones difunderet, necesse fuit ipso beneficio singularium præclusionum prorsus excidere, quod tristissimo eventu in illa anni 1743 transtibiscana peste accidisse invenimus: ita, cum toties sine optato puohibendæ a vicinia pestis efectu ductæ essent, deinceps quoque vicini in iis rite faciendis parum satis connitebantur. Porro, si una jurisdictio præcludere debebat alteram, mandatum regium, in singulares quosque casus emanans, aut jubere præclusionem,

*) Anno pestis secundo mandatum fuit, ut miles ad Belgradum quatuordecim diebus subsistat, ac tunc demum visitatus cis Danubium transmittatur. Nepue, isthæc solorum hominum contumacia, rerum mundationem negligens, sine malis consectariis fuit: & ipsa illa multis in casibus non observata est. Tam Aradinum quam Szegedinum milites sine hac contumacia receptos esse invenio.

nem, aut cohibere præcludendorum obſtacula non ſine graviſsimis tantæ tergiverſationis noxis debebat. Ipſa apponendorum vigilum ratione non definita factum eſt, ut nonnunquam quinque, ſex haidonum dislocatione ſatisfactum rigori præcluſionum videretur, licet quidem ſerius nonnunquam & arcte circumpoſitas ad mutuum conſpectum excubias, & valla adeo locis infectis circumducta legamus. Denique, an ſolæ poſſeſsiones infectæ; an earum ſimul territoria cingenda eſſent, diu ambiguum fuit, cumque utilitatem prioris præcludendi rationis majores noſtri mature ſatis perſpic erent, amplecti eandem propter aut incolarum obnitentium vim, aut non coordinatam procurandæ eorum rei agrariæ methodum non potuerunt.

Venimus ad ipſam infectorum locorum tractationem, cujus ſumma capita majores noſtri in ſeparatione ægrorum & infectorum, in mundatione rerum a contagioſo fomite contaminatarum recte prorſus repoſuerunt, fuitque prima omnium in Hungaria infectionum, ſzeghvarienſis illa, ita tractata a vice-comite csongradienſi Sigismundo Andráſy, ut ea perpetuo exemplo poſsit exſtare. Valachi neo-coloni poſſeſsionis, in quam nuper demum a comite Alexandro Karolyi collecti incolæ ſunt, comperta in eorum tribu peſte, compelluntur ad inſulam in proximo amne Kurcza poſitam; ibidem diſcernuntur a ſanis ægri; horum in poſſeſsione caſulæ igne cremantur; tota poſſeſsio vigiliis cingitur; malum ſola primorum ægrorum morte ita finitur, ut duobus poſt menſibus ſolutam præcluſione poſſeſsionem ſpeciminis vice ceteris infectis locis literæ regiæ proponerent. Tam luculento oppreſſæ peſtis exemplo primis annis nullum pene aliud potuit accenſeri, paſsimque eo gravior ſæviit peſtis in poſſeſsionibus; quo magis habitatæ numeroſiorem contagio prædam offerebant, nec niſi ſuis malis doctiores civitates, & populoſa oppida illatam deinceps repetitis etiam vicibus peſtem ſciverunt opprimere.

Non

Non paucae omnino fuerunt caufae, quibus efectum eft, ut optimum faciendae non tantum aegrorum; fed etiam fufpectorum feparationis, adcurandae rerum depurationis principium parum fatis aut fpei publicae, aut defiderio refponderet, ipfaque publica fubfellia fruftratis, quae commendatifsima, & probatifsima effent, praefidiis ad peculiaris poenae divinae opinionem converterentur, atque in facra auxilia locata fpe ad negligendam humanarum viriûm efficaciam inclinarent.

Sine quo feparationis faciendae cura multam fui emolumenti, & praefentaneae opis partem amittit, illud eft, ut in fuis incunabulis detegatur peftis in loco antehac fano eruptio; ut in infecto mature refciantur ii, quos feparare oporteat. Utrumque poena mortis in occultatores novae peftis, in occultatores aegrorum fuccrefcentium decreta obtinere majores noftri adlaboraverunt. Sed & parum confulto ferri videntur poenales leges, quarum applicationi fefe homines omni jure pofsint fubducere (quis enim homo in primis non medicus occultatae peftis merito pofsit argui?) & commendabilius eft, difpofitionum accommodarum providentia ad fcopum fuum pervenire; quam, ubi fefellit deftinatio, puniendi hominis occafionem, atque anfam provifam habere. Exigebantur a magiftratibus relationes fuper ftatu fanitatis locorum nondum inter infecta relatorum; fed, qui hunc in ftatum fanitatis debite, & ad habendam bonae renunciationis fiduciam indagarent, non fuerunt. Erat quidem pofteriore tempore introductum, ut, pofsefsione quadam infecta, vicini diftrictus a chirurgo, aut medico, qui tunc demum Vienna, aut Pofonio exmiffus effet, loca feriatim perambulante, vifitarentur. Sed ambulatoria, ad unam vicem inita indago, cuive facile non pauci fe incolae fubducere poterant, parum fatis ad capiendam de ftatu fanitatis adaequatam notitiam valebat, ac potius incuriae in futurum fecuritati procurandae, atque addubitandis novarum peftium renunciationibus inferviebat. In locis jam infectis deerant quotidianae vifitatio-

tatio-

tationes incolarum omnium, & vel chirurgi, vel in horum defectu peculiares ægrorum inſpectores, facta demum devocatione, & morbi cujusdam præſentis renunciatione, ſtatum ægrorum examinabant, ceteroquin tantummodo domorum jam infectarum viſitatione, curandorumque ægrorum ſolicitudine occupati. Per poſteriores annos nonnullis in caſibus medicos ad ſtatum ſanitatis majorum poſſeſsionum, aut civitatum inveſtigandum nomine regio exmiſſos legimus: ſed hi, una loci perambulatione abſoluta, mox ad contumaciam recipiebantur, ea abſoluta ad alius loci inveſtigationem tranſituri. Ita cum ſuperinſpectio medica, trium, quatuor dierum ſpatio finita, necesſitatem contumacialis ſex ſeptimanarum otii poſt ſe traheret, ut novo alicui operi medicus poſſet adhiberi; paucis tantum in caſibus iſta medicorum ſuperinſpectio (tali quidem ſub coordinatione pene inutilis) adhibebatur.

In ipſis etiam ſeparationibus faciendis multi majorum noſtrorum errores, multæ omiſsiones fuerunt. Præceptum quidem fuit, ut oborta peſte vacuatæ in finibus poſſeſsionis domus aliquot recipiendis ægris, & infectis dicarentur: imo majoribus quibusdam locis & lazareta, quod dicunt, peculiaria, & contumacialis aliquis apparatus exſtructus eſt, fuitque ea quorundam providentia, ut etiam in futuram peſtem iſta reclinacula adpararentur. Sed tamen illinc quidem multis in caſibus tantum expulſi e poſſeſsione in campum ægri, atque infecti ſunt, ſuæque ſorti commiſsi; hinc vero ipſa diſpoſitionum indulgentia definivit, ut, qui domi ſuæ aptam curationis durandæ, contumaciæ ſervandæ commoditatem haberet, poſsit ejusdem emolumentis perfrui. Inde nova ſanis, vicinis poſſeſsionibus pericula parabantur; ex indefinita hac educendorum extra poſſeſsionem infectorum diſpenſatione, cum, quomodo comparatæ eſſe illæ commoditates debeant, privatæ æſtimationi relictum eſſet, natæ innumeræ rigoris, quo ſeparatio adcurari debuiſſet, interpellatio-

nes

nes ſunt, & attentionis contumacialis per totas poſſeſsiones diſtribuendæ neceſsitas augebat difficultatem manipulationis, quæ, omnibus ægris, & infectis in deſtinata communia loca coactis, multo magis ſecuritati, & ſaluti publicæ inſerviviſſet. Eadem diſpenſatio ſacravit quodammodo reſpectum perſonarum, quem omni occaſione affectaſſe honoratiorem quemque paſsim indicia ſunt, ut, cum facile fuerit Szeghvarini adventitios illos Valachos in inſulam Kurcza expellere, in populoſis locis, varias hominum claſſes, atque affinitates habentibus, innumeris modis æquabili peſtis opprimendæ rigori interceſſum ſit.

Debeo referre ad omiſsiones cautelarum, in negotio procurandæ ſeparationis obſervandarum, in primis illud, quod, qui demum in infectis cenſendi eſſent, deſcriptum nuſpiam invenio. Solos ejus domus, in qua æger peſte correptus ſit, incolas referre in cenſum infectorum, eo præcipue tempore, parum ſatis ſufficere ad rem bene gerendam poterat, ubi, ægris tarde renunciatis, potuerunt præviam cum illis commixtionem remotiorum etiam vicorum incolæ habere, ut omnino ſeparatis familiis jam infectis novas identidem accreſcere, atque accenſeri neceſſe fuerit, novorum in iis ægrorum obſervatione determinatas.

In cura exſtirpandi fomitis contagioſi, domibus, atque utenſilibus inhærentis, in procuranda mundatione licet pleraque ad noſtrorum etiam temporum normam inſtituerint majores noſtri; tamen duo præcipue videor debere reprehendere: unum, quod mundationis ordinem, ceſſante demum ex integro peſte, inchoari debere præceperunt, neque ab hoc tenore ultimis etiam durantis mali annis receſſum eſt; alterum, quod domus infectas multas, res ægrorum, & mortuorum reliquas omnes concremari ita juſſerunt, ut bonificatio damni poſſeſſoribus, atque hæredibus decerneretur. Cum univerſim cenſeo debere cremandi ſyſtema tolli, & poſſe carere publicam rem neceſſitate præſtandæ indemnitatis; tum vero peſsime videtur decreta rerum combuſta-

rum bonificatio eo tempore, quo plenarius fundi, ex quo præſtari illa debuiſſet, defectus eandem impoſsibilem fecerat: ita namque poterant cives exiſtimare jus ſibi præſto eſſe prohibendæ, impediendæ concremationis, & reſiſtendi magiſtratibus, qui conditioni normaliter ſancitæ non poſsint reſpondere: ita ea, quam lex præſcripſerat, fomitis contagioſi extinctione non inita, alius faciendæ neceſsitas non cogitabatur.

Ad res peſtis intra poſſeſsionem infectam bene gerendas pertinet in primis illud, ne incolæ ob impedimenta curandæ rei familiaris, per diſciplinam peſtis obmota, atque enaſcentia abhinc damna denique ad jugum hujus diſciplinæ excutiendum irritentur. Ea de re primo peſtis illius anno nuſpiam pene cogitatum fuit: & tamen plerasque prævaricationes tam præcluſionis linearum; quam intracordonalis per loca infecta diſciplinæ æſtivis præcipue menſibus factas eſſe actorum indicio comperio, atque ad minora ab hiſce cauſis vulgi irritamenta, promtioresque per hiemis otia ſi non ad ſeparationem; ſaltem ad obſervandum mundationis ordinem, & vitandam commixtionem animos melius videor mitigationem peſtis in primis transtibiſcanæ anni 1742 referre; quam ad quempiam, qui toties a ſcriptoribus, peſtis decurſum obiter æſtimantibus, prætenditur, influxum frigorum, quæ, non raro contemporanea ceſſationi peſtis, non ideo cauſa etiam eſſe ejus ceſſationis debebant exiſtimari.

Sed vero erant alia etiam adjuncta, quæ magnam civium noſtrorum partem minus audientem mandatorum ad opprimendam peſtem pertinentium, minus patientem diſciplinæ præcluſionum, & ſeparationum efecerant. Triſtem fatorum neceſsitatem religioſa multorum principia ſacrabant: nec ægros futuros niſi ex voluntate numinis, cui contra ſtatuenti & parere oporteat, & fruſtra conatus hominum obnitantur; neque morituros ex morbo, niſi quos, & quo tempore æterna, atque immutabilis rerum humanarum coordinatio morti deſtinaſſet. Irritata

repre-

reprehensionibus magistratuum praejudicia obfirmabat pertinax sacrorum ministrorum fervor, quorum utilius in deliniendis animis; quam evellendis opinionibus fuisset elaboratum. Itaque huc quidem videtur internecina in oris trans Tibiscum sitis a peste calamitas magna ex parte pertinere.

Venio ad postremam causam, qua videtur praecipue factum esse, ut negotium opprimendæ intra infectas possessiones pestis passim minus e sententia succederet. Fuit hæc fatalis illa, per quam nostrorum quoque laborum initia afflicta fuerunt, præclusionum lex, quæ ipsos etiam magistratus aditu locorum infectorum prohibebat. Sæpius queruntur acta illorum temporum, nil ad refractarios inclusos incolas valuisse minas, ad præclusionis lineam a magistratu declamatas; nil intentationem mortis, quam illis, facta deinceps reseratione, publica severitas inflictura sit: de ejusmodi loco libere per magistratus, & medicos, provinciam respicientes, adeundo nunquam tamen fuit cogitatum. Sed vero si ad puniendos discolos; multo magis ad instituendos ignaros interfuisset loca infecta a personis rem pestis doctis adiri, & usum ipsum rei gerendæ, una in possessione haustum, ad aliarum procurandam salutem transferri. Itaque sic quique incolæ cultiorum etiam civitatum suo prius malo doceri debebant artem opprimendæ pestis: itaque in possessionibus, quæ tantum rusticos habebant incolas, etiam ultimis annis multum plerumque grassabatur contagium, frustra in quæstionem judiciariam attractis, qui rem sanitatis a capite curandam habebant, pagorum judicibus, qui, legere non docti, factam a loci notario explicationem regiarum patentalium, & currentalium magistratualium, quarum medio negotium pestis dirigebatur, non se satis intellexisse respondebant. Didito per plures possessiones contagio, cum ex hujus normæ tenore suus cuique possessioni chirurgus esse debuisset, neque tamen tantus eorum numerus haberi posset; etiam istius consiliis carere plurimæ debuerunt: atque ubi etiam

 chi-

chirurgus adfuit, hominis plerumque exteri vox, cui domesticæ auctoritatis præsentia nullam procurare audientiam potuit, pauco usui fuit, magisque chirurgi illi querimoniis, & lamentis ad commissionem sanitatis aulicam, cui erant obnoxii, scribendis; quam aut procuranda separatione, & mundatione, aut curandis ægris poterant occupari. Denique personis medicis, cum etiam in loco aliquo infecto adessent, propter ipsam necessariæ a ministerio medico contaminationis opinionem utplurimum unice ad curandos ægros restrictis, earum tam necessarius influxus a procuranda politica pestis disciplina avertebatur.

Hucusque expositionem adjunctorum, quæ exstirpandæ internecinæ illi pesti intercesserunt, ita sumus partiti, ut seorsim diceremus, quæ cohibitionem propagationis; seorsim vero, quæ enati jam mali maturam oppressionem impediverunt. Jam ea nobis adjuncta recensenda sunt, quæ utramque in partem fecisse actorum attentius pensatorum judicio cognovimus.

Maximum negotiorum pestis rite gerendorum impedimentum fuit illud, quod, uti jam alio loco memoravimus, eadem ex more aliorum civilium negotiorum geri non posse nunquam satis fuit cogitatum. Divisum in varias e variis civilibus scopis, atque respectibus jurisdictiones regnum unionem conatuum contra malum, quod universos æqualiter, prorsusque sine ullo jurisdictionum discrimine impeteret, summopere impediebat, & paucus ille, quem remotissima dicasteria, quem commissio sanitatis aulica, sub ipsis malorum initiis Viennæ stabilita, vinciebant, nexus diversarum jurisdictionum parum satis ad præsentaneam auxiliorum communionem valebat. Non tantum id fuit triste, & inimicum salutari rerum procurationi, quod, cum disciplinam pestis personæ non medicæ exequerentur, quacunque difficultate oboriente, quam præscripta ex norma decidere ambigerent, suspenso manipulationis cursu, ex tanto terrarum intervallo requiri novæ instructiones debebant, & quæ, cum

inter-

intereſſet, defectu mandati non fiebant, imperabantur, cum aut ſera jam, aut etiam noxia eſſent; ſed erat illud longe acerbiſsimum, quod, cum in re aliqua notiſsima una jurisdictio alterius vicinæ, imo intra ſuum ambitum degentis aſsiſtentia, aut cooperatione indigeret, ad eam obtinendam conſilii regii, cameræ hungariæ, cancellariæ aulicæ, conſilii bellici mediatus influxus requirebatur. Peſte Szegedinum illata Dorosmenſes, vix horæ quadrante diſtantes incolæ jazyges, negabant ſe alimenta ſubminiſtraturos incluſis civibus prius; quam ea ſuper re literis regiis informarentur: commendans infectæ arcis ſzegedinenſis negabat ſe paſſurum, ut prohibeatur a comitatu mittere Zomborinum milites, permutationem facturos, niſi mandatum in eam rem conſilii bellici haberet: officiales camerales paſsim ſumebant ruſticanas operas e poſſeſsionibus, quas comitatus præcluſiſſet. Infinita exſtant exempla noxarum, quæ a jurisdictionum diſſenſu obortæ ſunt, paſsimque non tantum conſilii præſentia; ſed etiam auctoritatis unio, & laborum conſpiratio rebus peſtis gerendis, domando communi omnium hoſti defuerat.

Non poterant tanta incommoda diu ſe adminiſtrationis publicæ oculis ſubducere. Ut negotiorum curſus, ſua via ad excelſum conſilium perferendus, hic ſaltem omni poſsibili ratione acceleraretur; erecta eſt Polonii ſingularis commiſsio ſanitatis, e conſilii regii, atque cameræ aulicæ conſiliariis, unoque medico conflata, quæ renunciationes ad peſtem pertinentes extra ſeriem evolveret, rerumque dirigendarum conſilia promeret, & normas ſtabiliret: ut autem & unirentur militarium ſtudia cum magiſtratualibus, & moroſa rerum per congregationes comitatenſes adminiſtratio vitaretur, inobedientium tergiverſationes imperii militaris impulſibus cederent, milite per prima hiemis initia e caſtris celeriter revocato, in quolibet comitatu erigitur commiſsio ſanitatis mixta, e duabus magiſtratualibus, & compluribus militaribus perſonis conflata, atque ſub harum præſidio executio-

 nem

nem rerum ad peſtem pertinentium procuratura. Ipſa commiſsio renunciationes ſuas faciebat commiſsioni aulicæ viennenſi; magiſtratuales, commiſsioni adſidentes, negotiorum ſtatum referre & comitatui ſuo, & excelſo conſilio, hujusque commiſsioni ſanitatis jubebantur.

Inſtituta iſta & non omnibus, qui in tractatione peſtis locum habebant, nævis medelam attulerunt, & alia nova incommoda copulaverunt. Pauca admodum rebus gerendis acceleratio acceſsit ex inſtitutione commiſsionis ſanitatis poſonienſis, quæ ipſa omnes propoſitiones ſuas ulteriori totius conſilii regii approbationi ſubſternere debebat, & eo tantum mediante imperia dabat comitatibus, quæve ſolebat plurimas diverſarum jurisdictionum renunciationes, atque quæſita unico protocollo complecti: inter jurisdictiones diverſas comitatenſes non modo major aliqua unionis ratio procurata non eſt; ſed aucta potius apud ſingulas anſa negandi mutui auxilii, quæ, amicæ, & legali vicinæ jurisdictionis requiſitioni parum ſatis deferentes, eo minus mixtæ commiſsionis deſideriis inſerviebant. Inſuper & domi imperia magiſtratualia collidebant cum commiſsionis mixtæ diſpoſitionibus, & externa duplex, illinc a conſilio regio; hinc ab aulica ſanitatis commiſsione, dependentia negotiorum procurationem dubiam, atque ancipitem præſtabat. Itaque non diuturnæ iſtæ in comitatibus mixtæ ſanitatis commiſsiones fuerunt, rurſusque ad res peſtis ex more aliorum negotiorum civilium gerendas reditum eſt.

Neceſsitas jurisdictionum regnicolarium proprius uniendarum novis ſe rurſum indiciis proferebat. Itaque anno 1739 viri domeſtica auctoritate conſpicui deſignantur commiſſarii regii, quatvor pro totidem Hungariæ diſtrictibus: C. Joannes Eſzterházy cisdanubianam provinciam; C. Paulus Balaſſa transdanubianam; C. Thomas Berényi cistibiſcanam; C. Alexander Károlyi transtibiſcanam provinciam curandam acceperat, cui de-

inceps

inceps morte erepto filius C. Franciſcus Károlyi ſuccesſit. Ubique eminebat ſumma hujus nominandorum regiorum commiſſariorum conſilii utilitas, eoque melius pergebant negotia ad rem peſtis pertinentia; quo propius ipſi commiſſarii regii iisdem coordinandis adeſſe poterant, quove magis ſumma adjunctorum, atque laborum omnium apud ipſos concentrabatur. Præcluſionum lineæ, per tractum diverſarum jurisdictionum a commiſſariis regiis coordinatæ, & ad excubiarum proviſionem, & ad ſecuritatem publicam multo melius comparatæ fuerunt: ſatis jam proſpiciebatur, ut aut incluſi incolæ haberent acceſſum ad colendum agrum, ad faciendas meſſes; aut eosdem labores pro illis coloni aliarum jurisdictionum ſub cautione publica facerent. C. Thomas Berényi vindemiis tokaienſibus ea providentia adfuit, ut nulla ex tanta contagii diſpergendi occaſione mala conſectaria naſcerentur. Comites Károlyii curis ſuis efecerunt, ne marmaticis incolis ultra peſtem etiam fames internecina accideret. Si ſeparationis negotium in infectis poſſeſsionibus per ſe inſtituere, atque adurgere commiſſarii regii non potuerunt, quod intra præcluſiones intrare non poſſent; tamen in eodem procurando eo felicius verſati ſunt, quo proprius infecta loca ipſi accedere poterant: huc aliqua ſaltem ex parte videtur pertinere, quod C. Thomas Berényi, & Paulus Balaſſa feliciores in opprimenda intra infectas poſſeſsiones peſte fuerunt; quam C. Alexander Károlyi, qui, linea præcluſoria Csongradino verſus Tranſilvaniam ducta a ſuperioribus comitatibus longius remotus, auctoritatis ſuæ influxu animare diſsitas tanto tractu oras non potuit, dum contra priores illi, nullis jam per ultimos annos præcluſionibus totas provincias reſcindentibus cohibiti, propius adeſſe ipſis locis infectis potuerunt.

Utiliſsima commiſſariorum regiorum inſtitutio omnes, qui ex ea promanare potuiſſent, fructus non habuit eo ipſo, quod ſingulares jurisdictiones non omni prorſus modo obnoxiæ illis fue-

fuerant, aut eam officii conditionem pro lubitu interpellabant. Præſentibus licet commiſſariis regiis tamen jurisdictiones paſsim immediate referebant ad excelſum conſilium de rebus ſanitatis, ipſumque illud immediata ad ſingulares jurisdictiones dabat imperia: commiſſariorum regiorum diſpoſitiones examinabantur ſcrutinio congregationum magiſtratualium, ut illi identidem coacti fuerint orare excelſum conſilium, ut datis ad ipſas jurisdictiones literis idem ipſum procuret efectum diſpoſitionum, quarum executionem ſola commiſſarii regii auctoritas obtinere non potuit: magiſtratus publici, nonniſi cum ſtatuum præſcitu, nonniſi habitis congregationibus ad quæcunque peſtis negotia accedentes, triſtem ſæpe, atque acerbam rebus tergiverſationem induxerant.

Magnum alterum rerum peſtis bene gerendarum generale impedimentum fuit illud, quod, unde argentum in tantas, quæ cum negotio conjunctæ ſunt, erogationes neceſſarium ſumeretur, nulla antiquior ſanctio providit, &, ærario regio ſummopere exhauſto, neque præſentanei ſuccurſus ex hoc benefico fonte haberi potuerunt. Recidebat ſumtuum ſuppeditandorum onus ad caſſas jurisdictionum domeſticas, quæ, nullum promtum argentum habentes, paſsim æris alieni apud privatos contrahendi licentiam a majeſtate regia depoſcere cogebantur. Ob hanc argenti penuriam paſsim negabantur ſalaria chirurgorum, aliusque miniſterii ad negotia peſtis pertinentis; ob hanc penuriam partim expellebantur e poſſeſsionibus infecti, ac ſuſpecti, quibus noſocomium, & contumacia adparari non potuit; partim facile domi ſuæ tenere contumaciam permittebantur: ob hanc penuriam cum etiam in iis erogationibus ſumma parſimonia deberet adhiberi, quas ſuo quemque comitatum, aut civitatem emolumento facere oportuit; jurisdictionum diſcrepantia fecit, ut, qui ſumtus in alius jurisdictionis, diſcretos reditus habentis, commodum faciendi eſſent, aut negarentur prorſus, aut tenuiſsime ſuppedita-

ren-

rentur. Itaque intelligimus, cur paſsim reperiamus querelas de contumaciis, quæ ad cordones erigendæ erant, peſsime comparatis, de earum commoditatibus in paucorum tantum advenarum numerum ſufficientibus; perſpicimus, cur, quæ præſidia in promtu præſto eſſe oportuiſſet, ſerius demum non ſine gravi publica jactura haberi potuerint. Et tamen, multis licet in caſibus nullum, ut modo diximus, ad ſummas neceſsitates argentum præſto fuiſſet, ſumtus in negotium peſtis facti a domeſticis jurisdictionibus, inito poſt aliquot annos erogationum calculo, 4012484 florenos rhenenſes efecerunt.

Non potuit publica adminiſtratio iſtam magnorum malorum cauſam non videre. Coeptum eſt anno 1742do cogitari de fundo publico pignoratitio in Hungaria erigendo, ex quo ſumtus, in rem ſanitatis, in ſalutem univerſorum faciendi, promerentur. Sed enimvero ſaluberrimum conſilium tum quidem intra projectum ſubſtitit, noſtraque demum ætate optimi principis beneficentia fundum aucti ſalis pretii rebus peſtis gerendis deſtinavit.

Videor jam oratione perſecutus eſſe omnes eas cauſas, quibus, ut peſtis annorum 38—44 plurimis caræ noſtræ patriæ oris internecina evaderet, factum eſſe, actorum ejus temporis indicio potui comperire. Quæ tanta, tamque diuturna calamitas quo gravior, atque acerbior debuit noſtris majoribus accidere; eo videmur magis conqueri cum iis poſſe, quod ex tanto rerum uſu, ex tanta, tamque multiplici malorum experientia nil ad prohibendam a ſimili caſu poſterorum ſortem, ad emendandam tractandæ peſtis methodum derivare cogitaverunt, ut omnino duodecim poſt annis, quum imminens ex vicina Bosnia ditionibus croaticis malum habendorum rei peſtis gerendæ normativorum præſentaneam neceſsitatem doceret, norma peſtis anno 1713 elaborata (Peſtordnung vom Jahre 1713) Bano croatiæ obſervanda mitteretur. Duo in primis videntur efeciſſe, ne quid iis malis poſterorum doctrina poſſet proficere: alterum, quod, cum medici

ex more ejus temporis unice cura ægrorum ipforum occupandi viderentur, ab objectis medico-politicis averteretur eorum attentio, qui foli ad rerum eventus rite obfervandos, ad faciendam juftam datorum comprehenfionem, ad derivanda ex his omnibus legitima fuper politia peftis confectaria comparati, atque idonei fuerant; alterum, quod, cum præclufionum lex unum, eundemque hominem a promifcuo plurium infectarum poffefsionum, & provinciarum aditu prohiberet, nemo effet, qui diverfos rerum per diverfa loca eventus poffet uno obtutu comprehendere, & multiplicis experientiæ combinatione fummam rerum complecti, qui fingularia felicis fucceffus obftacula penfando principiorum generalium ad fingulos quosque cafus applicandorum viam, methodumque exæquaret.

Non tamen & illud videtur hoc loco prætereundum, quod diri in id tempus belli acies, ad quam ut Hungari in primis convolarent, eorum in principem fide, atque amore efectum eft, univerfos ita occupavit, ut erepti periculo peftis etiam illius cogitatione libenter exolverentur. Itaque etiam commifsio fanitatis pofonienfis in alterum inde a fine peftis annum ita abftinuit ab omnibus negotiis, ut fine anni 46ti novitus inftauranda effet, a quo tempore Carolus Joannes Perbegh pofonienfis medicus, quod durante pefte identidem commifsioni pofonienfi confiliis fuis adfuiffet, charactere confiliarii fanitatis ornatus, conftanter deinceps illius fefsionibus interfuit.

Proximo decennio commifsionem hanc præcipue lues pecorum contagiofa occupaverat, quæ non minori internecione greges hungaricos; quam nuper peftis regni incolas affecerat. *)

Indi-

*) Luis vagum, atque incertum nomen quam propius affectionem morbofam eo tempore notaverit, non potui fatis comperire: alias pulmonum, alias hepatis gangrænofa affectio; alias bilis exuperantia adfuiffe hinc inde in relationibus fcribitur. Promifcuum luis, ut olim

Indicant elenchi in ſerie rerum geſtarum reperti a me, anno 1762do usque menſem Julium connumerata eſſe pecora 21581; pecudes 17521, quæ lues necuerit; anno 64to & 65to univerſim 31780; anno 1768vo autem 16645, ut tamen ubique adnotetur longe abeſſe ab eo, ut adæquatus haberi cenſus peremtorum potuerit. Separationis methodus, contra hoc malum plurimis toto tempore regiis literis propoſita, atque terminis generalibus expreſſa, paſſim intra commendationem ſubſtitit, & plurimis locis omnia, quæ hic acta publico nomine ſunt, ſola pene enectorum connumeratione, atque inhumatione finiebantur.

Videri poſsint reprehendi majores noſtri debere, qui ſubmota peſte nil ad eam deinceps a finibus noſtris prohibendam ſint moliti: ſed provinciis hungaricis, quæ Turciæ affines eſſent, maximam partem adminiſtrationi vel germanicæ, vel militari obnoxus, ad haſce illius ſcopi procuratio pertinebat: quorum limitum tutamen, ſub ipſis eatis belli turbinibus ex more priorum temporum communitum, deinceps magis, magisque firmatum eſt, jamque anno noſtri ſæculi 55to legimus normativum ſuper inſtituenda confiniorum ratione, habendisque contra peſtem perpetuis militaribus excubiis editum, quod, initio propius ad ditiones auſtriacas mari adriatico affines pertinens, propediem ad omnia militaria confinia, juxta Savi, atque Danubii decurſum inſtituta, transferebatur.

Ab anno quinto, & quinquageſimo per proximos quindecim annos perpetui pene metus peſtis commiſsionem ſanitatis poſonienſem occupaverant. Contagii vis, illo anno in Valachia, Mol-

olim peſtis, ad quæcunque deleteria contagia exprimenda vocabulum ut tandem defixam apud medicos notionem acquirat, videtur plurimum intereſſe. Magis ad hominum attentionem ex horrore excitandam; quam ad procurandam idearum diſtinctionem videtur pertinere, ſi luem pecorum hiſce annis in germania ſævientem peſtem (Vieh-Peſt) cum cel. Fauſtio nominemus.

Moldavia, Polonia, in ipſius Tranſilvaniæ diſtrictu coronenſi efeœrens ſe, ſtudia prohibendæ peſtis, hucusque circa Savum, & Danubium occupata, ad haſce oras convertit. Decernitur perpetuæ in comitatu maramaroſienſi contra Moldaviam præcluſionis, & contumaciæ erectio, qua ex parte usque adhuc liber e ditionibus turcicis in auſtriacas patebat commeatus, atque ita omnis ceterus per tantas oras præcluſionum apparatus eludebatur. Commiſſarii regii, comes Franciſcus Forgács contra Tranſilvaniam; comes Emericus Sztárai contra Poloniam, decernuntur, atque iterum, paucis licet quibusdam Tranſilvaniæ locis peſte contaminatis, totum longe regnum a principatu præcluditur, tantumque menſe Octobri anni conſequentis liber ſine neceſsitate ſubeundæ contumaciæ commeatus indulgetur.

Propior mali ad ipſam Hungariam perferendi metus anno 1762do acceſſerat, quo tempore contagium peſtis, ſumma rapacitate in Servia ſæviens, denique in banatum temelienſem, propria tunc jurisdictione ab Hungaria diſcretum, menſe Novembri penetravit, & poſeſsiones Breſtovácz, Ulma, Paolik, Pancsova, Omolicza, Leopoldova, in diverſis etiam diſtrictibus ſitas, contaminavit. Properata ſub directione comitis Joannis Forgács coordinatio præcluſionum ad Maruſium, Tibiſcum, Danubium ducendarum eſt: ſed locis ipſis infectis mature debiteque cinctis, malo per hæc præſidia intra hoſce limites coercito, adcurata ſedulo diſciplina ſeparationis, prius etiam; quam ipſorum locorum infectorum procurata a peſte immunitas eſſet, ſolutus præcluſionum provincialium rigor eſt, ut appareret, coepiſſe jam intelligi, quod poſsit ſolicitudo publica in ſola ipſarum infectarum poſſeſsionum cinctura acquieſcere.

Peſte in banatu temeſienſi ſub veris initiis prorſus ceſſante, cura illius deinceps avertendæ annis proximis præcipue in Sclavonia, & Croatia occupabatur, quo tempore contagii vis in vicina Serviæ parte, totaque Bosnia ſummas ſtrages edidit:

con-

contra quam quo magis præmunita patria esset; præter lineam præclusionis, juxta Savum decurrentem, & milite confiniario stipatam, altera retro hanc juxta ductum limitum, inter territoria militaria, & ipsos comitatus sclavonicos decurrentium, coordinata est linea præclusoria sub directione commissarii regii, baronis Francisci Balassa, cui in alterum usque annum provinciales vigiliæ e Sclavonia, & vicinis Hungariæ comitatibus sumtæ, adstabant.

Repetita pericula habendæ pestis, quibus hungaricæ, atque austriacæ ditiones exponebantur, non poterant non studia principum ad summos in eam avertendam conatus provocare. Itaque, eo majori factarum undique præclusionum securitati procurandæ, editum anno 1766to normativum sanitatis est, etiam in Hungaria a sanctionis regiæ prærogativa præ ceteris nominatum, quod totum occupatur definienda varietate poenarum, quibus obnoxios oporteat esse eos, qui aut merces citra contumaciam transtulerint, aut aliorum hoc in objecto prævaricationibus quoquomodo inserviverint.

Non satis erat providere, ne qui aut homines, aut merces ex Turcia citra contumaciam ad nos pervenirent: adcurandum erat porro, ut, quos contumaciæ necessitati subjecissemus, illi, hac finita, tuto ad nos possent admitti. Singularium, quæ huc pertinebant, adjunctorum coordinatio, majorem & laboris varietatem offerebat, & judicii cuncta definituri non tantum gravitatem; sed etiam auctoritatem deposcebat. Opus, jussu providentissimæ principis Theresiæ Augustæ sub magni Gerardi Swietenii auspiciis inchoatum, quarto demum post anno consummatum est.

Interea nova mala aliis ex oris patriæ imminebant. Coeperat in Polonia confoederationis bellum; arma turcica russicis, atque polonicis miscebantur: erat vero simillimum, contaminatum iri Russos, atque Polonos peste: eorum, qui facili hucusque in Hungariam commeatu usi essent, deinceps arcendorum neces-

sitas

ſitas videbatur adfutura. Mature, & tempeſtive prorſus initum adparandarum præcluſionum conſilium fuit, quæ, longo provinciarum tractu ducendæ, atque communiendæ, tumultuario in præſentaneam jam necesſitatem labore perfici non poſſe proſpiciebantur. Ineunte menſe Februario anni 1769^{ni} decernitur commisſio localis regia, e membro provinciali, camerali, militari, & directore contumaciæ ſemlinenſis conflata, quæ de ſtationibus commeatus, & contumaciarum per Hungariæ verſus Poloniam limites deſignandis, commoditatibus harum ſtruendis, viis ceteris aut concæde arborum, aut vallato foſſarum præſcindendis, habita cum comitatibus conſiliorum communione, decerneret; eorum, quæ decreta eſſent, executionem procuraret. Tergiverſationibus jurisdictionum omnia per moroſos conſeſſus expedientium, ipſorum commiſſariorum, qui a ſe mutuo independentes eſſent, conſiliis in diverſa abeuntibus factum eſt, ut nil pene in amplo, ac multiplici negotio per totum annum ageretur. Itaque ſub hujus finem ſumma rerum demandatur comiti Emerico Eſzterházy, per ſuperiorem Hungariam armorum præfecto, cujus opera effectum denique ad usque Julium anni conſequentis eſt, ut pasſim concædes, & foſſata parata, atque excubiarum ſtationibus communita eſſent, utque octo domus contumaciales exſtructæ haberentur.

Interea, quam hæc fierent, magis in dies, magisque patebat, quanto conſilio initi iſti apparatus eſſent. Proferebat ſe malum peſtis & longius per fines rusſicos, & verſus mediam Poloniam, atque, bellorum motibus omnia undique miſcentibus frequentato in quasque partes commeatu, omnem Hungaris finitimam provinciam eo magis ſuſpectam reddebat. Sed eodem tempore exercitus noſter hujus ipſius ſuſpectæ provinciæ partem occupaverat, cui promiſcuum ad nos commeatum æquo ocius aperiri multis e cauſis intererat. Hanc ad rem cum id primo initum conſilium eſſet, ut, ducta ad novos limites nova præcluſione, & ſufficienter contra ulteriorem Poloniam communita, incolæ

colæ neo-acquiſtici, inter utramque lineam comprehenſi, 42 dierum contumaciam agant, quo demum periculo nullam peſtis ſuſpicionem evolvente citerior præcluſio tollatur; deinceps neglecta hæc præcautio eſt, ſublatoque ſtatim interiore cordone, cura avertendæ peſtis in extimo communiendo, & novis ædibus contumacialibus inſtruendo acquievit.

Hæc inter properata normativi generalis de re ſanitatis, ſub magni Swietenii auſpiciis concinnati, editio eſt, quod, nonnulla ad univerſum ſanitatis publice curandæ objectum pertinentia expediens, maximam ſe partem iis, quæ ad peſtis negotium referuntur, coordinandis impertit. Inſtitutio contumaciarum, & raſtellorum, quæ ſola legitimam habendi cum Turcis commercii occaſionem ſufficiunt, præcipuum eſt objectum hujus normativi. Illorum hic ſingula requiſita, & leges, peculiaria quæque adjuncta definientes, minutim, eaque cum accuratione exponuntur, ut omnino non ſit mirandum, eam fuiſſe peſtis per has ipſas leges a cæſareis ditionibus avertendæ confidentiam, quæ ſive neceſsitate, ſive cura faciendarum circa peſtem domeſticam diſpoſitionum normalium levaret. Id normativum, ad ſanctionis regiæ dignitatem evectum, definiendis deinceps omnibus apud omnia regni dicaſteria de re medica quæſtionibus inſervivit.

Poſt tantas curas prohibendi a noſtris finibus contagii, quod in vicinis Poloniæ diſtrictibus internecione ſævierat, *) tamen morbo peſtis prorſus carere non potuimus. Ineunte Decembri anni 1770^{mi} in poſſeſsione Rád comitatus zempliniensis complures ejusdem domus incolæ obiisſe referuntur intra paucum tempus;

*) Tantummodo Zomborini novem millia hominum mortua eſſe; quinque ſolum viros ſuperſtites fuiſſe lego in actis noſtratibus.

tempus; obiviſſe in vicina poſſeſsione Szinyér juvenis, qui ex Rád eodem profectus ſit: medicus comitatenſis, ad inquiſitionem exmiſſus, renunciat, morbum multa cum veri ſpecie peſtem eſſe, occludit domum ſzinyérienſem, in qua juvenis occubuit, ex ejus conſilio magiſtratus poſſeſsioni Rád vigilias circumponit. Invidioſa medici, cujus in forum auctoritati, nulla legali ſanctione definitæ, precaria privata ſtudia interceſſerant, renunciatio fuit: mittitur ſtabalis medicus caſſovienſis cum chirurgo regiminis eſzterháziani, qui, non vocato in ſocietatem examinis medico magiſtratuali ad indaginem accedentes, atque cis factos pro aditu territorii rádienſis ignes cum perſonis magiſtratualibus conſiſtentes, ex evocatis, transque eos ignes ſubſiſtentibus loci primoribus ſciſcitantur adjuncta morbi, quo ſeptemdecim homines una in domo perierint: comperiunt paſsim inde a julio menſe ſæviiſſe in poſſeſsione, quam efuſiones fluvii Bodrogh ambierint, febres intermittentes; omnem emortuam familiam iis laboraſſe, quæ deinceps in febrim putridam malignam tranſierint; aliis ex hac febre ægris fuiſſe maculas latas rubri, nigrique coloris; aliis ulcera ſcorbutica, quæ natura ob debilitatem virium maturare non potuerit; in Szinyér familiam, ex qua juvenis mortuus ſit, ſanam eſſe; in quinque rádienſibus actu ægris nil a chirurgo iis adſiſtente notatum referri præter dolorem capitis: inferunt malum non peſtem; ſed morbum ſcorbuticum epidemicum eſſe, ex quo ſcilicet etiam in comitatus ſároſienſis 45 poſſeſſionibus hoc ipſo anno bis mille quadringenti homines decubuerint *); ducenti ſeptuaginta aliquot mortui ſint. Hac inveſtigatione

*) „Ob ejusmodi ulcera" inquit in ſua relatione medicus, „in poſſeſsione Gaboltov compluribus perſonis e pedibus digiti deciderunt; „in poſſeſsione vero Felsö Orlik ob paria ulcera certo juveni pes „integer ſuapte avulſus abſceſsit."

tione facta referatur domus ſzinyérienſis, tollitur præcluſio poſſeſsionis Rád, caſſatur ex ipſa propoſitione ſtabalis medici relatio medici magiſtratualis, eidem, quod peſtem adeſſe declaraſſet, cauſa multa cum acerbitate dicitur.

Gratioſa, quæ peſtis ſuſpicionem tolleret, renunciatio, ambabus ubique manibus acceptata, non tamen diu magiſtratibus ſatisfecit. Cito ſucceſsit primis de ſublato mali metu gaudiis nova anxietas, commota novis ſuſpicionibus; novæ, rariores quidem renunciantur ex aliis etiam pagi domibus mortes cum petechiis; novæ circumdantur poſſeſsioni Rád vigiliæ, quas poſt novas ultimo die menſis in primitus infecta domo mortes etiam poſſeſsio Szinyér accipit; expetuntur Vienna medici; intra poſſeſsiones occluſio infectarum domorum, & rerum præcipitur; mortui cum ſuis veſtibus tumulantur; ægrorum procuratio chirurgo creditur, a cujus relationibus, & mortuorum connumerationibus totius negotii curſus, & directio dependebat.

Non fecit malum eas intra loca infecta ſtrages, quas tam parum ſufficientes contra conatus merito metuendas fecerant. Serpſit quidem in poſſeſsionis Rád alias domos ſeptem, poſſeſsionis Szinyér alias domos duas contagium: ſed & lento admodum progreſſu, & nuſpiam ultra duos, tres incolas affecit, ac denique cujuscunque demum cauſæ influxu, quam omnis a viro gnaro, & ſagace obſervationis defectus obſcuram reliquit, ita ſubduxit ſe, ut, cum initio Februarii medicus Ludovicus Erneſtus Mayer Vienna adveniret, nullis amplius compertis ægris ejus occupatio unice in comburendis reliquiis veſtiariis, depurandis ædibus, adcuranda ſuperſtitum contumacia poneretur: qui ipſe, inſtituto accurato ſuper nuper mortuis examine, nunc demum certam de peſtis præſentia renunciationem, ex omnium adjunctorum comprehenſione, atque combinatione erutam præſtitit magiſtratibus, quos adeo perculit præteriti periculi cogitatio, ut non tantum firmius præcluderent infectas nuper poſſeſ-

ſiones; ſed etiam toti inſulæ Bodrogh, in qua illæ ſitæ fuerant, circumdandas eſſe vigilias decernerent. *)

Unica hinc, atque ea quidem quidem aliquot milliarium intervallo a prioribus diſtans, poſſeſsio Sboina contagium accepit,

*) De contagioſi morbi in poſſeſsione Rád originibus oportet ſpeciatim nos hic nonnulla ſubnectere. Cl. Antonius Caneſtrini medicus, qui zempliniensis hujus peſtis occaſione ſtipendia meruit, in opuſculo, quod paucis poſt annis Caſſoviæ typis landererianis edidit, delatum horſum ex Polonia fuiſſe contagioſum fomitem ſcribit verbis ſequentibus. „ Inaudita noſtra de peſte renunciatione ſupremus regius „ commiſſarius, quo penitus in originem mali indagaret, ad Rád, „ & Szinyér, pagos inſulæ Bodrogh ſibi vicinos, menſe Februario „ anni 1771 confeſtim ire juſsit dilectum meum tum collegam D. „ Mayer, qui, prout mihi ex relatione ad ſanitatis commiſsionem „ aulicam Viennam data uberius conſtitit, facta rigoroſa inveſtiga„ tione, tam ex ſuperſtitum cognatorum faſsione; quam ex paro„ chi matricula clare evicit, incolam rádienſem Lukács, ſalem ex „ infectis Poloniæ confiniis clam invehentem, ſuos ſimul viru peſti„ fero infeciſſe: biduo enim poſt ejus reditum, quarta nempe No„ vembris anni 1770, filiolus ejus, annorum 9, latis petechiis, vibici„ busque totus defoedatus, intra triduum ſumma cum virium proſtra„ tione leto ceſsit, cui 16 aliæ perſonæ intra 19 dies ex eadem „ domo, ſimilibus ſtipatæ ſymptomatibus, præter quod in aliis bu„ bones; in aliis exquiſitiſsimus ad inquina dolor ob virium defe„ ctum non comparentibus bubonibus; in aliis vero intra ſcapulas „ carbunculi, prout ex rudi ſuperſtitum deſcriptione colligere licuit, „ oborirentur, ſucceſſere. "

Hæc cum ita ſint; nihilominus idem cl. Antonius Caneſtrini in opuſculo Salisburgi 1795 edito, quod *diagnoſin peſtis maxime ex ejus contagio hauriendam* inſcripſit, pag. 75ta ſequentem in modum hoc ſuper objecto diſſerit. „ Non defuerunt, qui dicerent, luem in in„ ſula Bodrogh ex Polonia originem ſuam duxiſſe. Imo hoc ipſum „ efatum opuſculo de ea a me conſcripto, & Caſſoviam pro im„ preſ-

pit, quod licet mense jam Decembri finiente anni 1770^{mi} primas strages produxisset; tamen mense demum ineunte Februario anni proximi renunciatum est. Totum eatis pestis decursum verbis cl. Canestrini, quae actis domesticis prorsus consentanea reperi, describam.

h 2 „ Qua-

„ presſione procuranda misso, me inscio, insertum est, quod postea, „ cum in hanc rem uberius inquisivissem, erroneum inveni. Incola „ enim rádiensis, de quo ibi sermo est, non a Poloniæ infectæ „ incolis; sed ab Hungaris salem emerat, quem clam isti, non ille, „ ex Polonia induxerunt: id autem ita contigisse, ipse ejus itineris „ socius chirurgo, qui pestiferis opem tulit, fassus est. Deinde cre„ dibilene, hominem illum, ex infecta Polonia clam invehentem „ salem, in longo suo itinere neminem in diversoriis labe infecisse, „ nec ipsummet primo, vel socium; sed ejus filium post reditum „ suum fuisse peste correptum? Et quomodo curru, insciis vigiliis, „ & sub tanta dispositionum severitate in Poloniam intrare, inde„ que redire potuisset? Per semitas occultas, perque montium cacu„ mina currus transire mehercle non potuit. Ægre forte ferebant, „ me pestis natales non in Ægypto, non in Africæ oris, nec in „ Thracia, ut alias; sed contra communem opinionem ante pedes „ quæsivisse, quam propterea ex Polonia saltem evocabant. "

Pag. 22da. exponit causam, ob quam pestis in insula Bodrogh suapte orta sit, quam ex Polonia allatam esse neget.

„ Videamus parumper, num pestis in insula Bodrogh plures, „ majoresque sui agnoverit causas. Anno 1770 tota Hungaria in„ gentes aquarum exundationes passa est, & agricolæ

„ Ducebant remos illic, ubi nuper ararant.

„ Tibiscus adeo intumescebat, ut fluvium Bodrogh in se reci„ pere non posset, & ideo regurgitatæ aquæ totam quantam in„ sulam inundarunt, quo factum est, ut quique insulanus in horto, „ domique suæ pisces capere posset. Cum autem stagnantes aquæ „ exitum miseris præpedirent, resque domi apud gentem agrestem, „ de crastino minus solicitam, angusta esset; facile colligere est, Ne„ ptunum pro Cerere victum eis subministrasse. Decrescentibus aquis

incre-

„ Quatuor (inquit) post nostrum Vienna adventum diebus retulit chirurgus lazarethi viraviensis, ob pestem occasione belli russici, thracicique in Polonia natam erecti, in pago Sboina, comitatui zempliniensi ingremiato, insolitum morbum grassari, ibi-

„ incredibilem piscium copiam quaquaversus delituisse testes auto-
„ ptæ mihi perhibuerunt, qui dein putrefacti ingentem sparserunt me-
„ phitim, multisque incolis, dira necessitate ductis, cibum subministra-
„ runt. Statariæ aquæ, in putrilaginem solis æstu conversæ, potui
„ inserviebant. Præterea a viro fide dignissimo, & tum circa nego-
„ tia medico — politica versante relatum mihi est, cadaver humanum,
„ cessantibus aquis terræ mandandum, in furno inventum fuisse, quod
„ totam domum horrenda mephiti impraegnarat. "

Si universim domestica apud nos, aliosque Europæos origo pestis referri ad impossibilia non potest; videtur tamen interesse, ut, si dicimus, aut admittimus, domi nostræ suapte natam esse, illud idonee demonstratum habeamus. Liceat mihi proponere animadversiones meas, quibus inducor, ut existimem, quod vir cl. suam de origine pestis bodroghiensis sententiam parum satis comprobatam præstiterit.

1*mo*. Nil refert ad rem, sive incola rádiensis, in cujus domo pestis erupit, sive alius quis hungarus immediatam cum quibusdam Polonis communionem habuerit: nihilo minus dici potest, pestem in rádiensem illum contagio e Polonia sumto derivatam esse, ut, si etiam privata, chirurgo facta fassio, hujusque precarium, & perfunctorie relatum sive examen, sive testimonium sufficientem in tanti momenti quæstione auctoritatem haberet, nil tamen inde contra factam pestis e Polonia transplantationem posset doceri, quæ ex istius relationis fundamento tunc tantum rite impugnaretur, si pestis solummodo per corpora hominum; non autem etiam per vestimenta, & utensilia posset propagari.

2*do*. Non est credibile viro cl., ut ab homine, ex infecta Polonia clam salem invehente, nemo in diversoriis labe infectus esset; & tamen ipse refert, pestem ex Rád ad Sboina, pos-

ses-

„ ibidemque plurimos homines , eo correptos, citiſsime perire.
„ Juſsit itaque ſupremus armorum præfectus, Sboinam peterem,
„ inveſtigarem, & referrem.

ſeſsionem multum diſsitam, translatam eſſe, quin ipſa adeo poſſeſſio Homonna inficeretur, ubi alter juvenum, ex Rád infecto loco venientium, etiam mortuus eſt: & pag. 10ma ipſe dicit „ cum miasma peſtilentiale ad multa milliaria integris viribus circumferri „ potuerit, taliterque domi ad aliquot hebdomadas delituerit; quid „ obſtat, quo minus res veneno fœtæ, ciſtis incluſæ, ad exteras oras „ transferantur, & iis recluſis reſuſcitetur peſtis.

3^{tio}. Non videt vir cl., quomodo rádienſis homo curru, inſciis vigiliis, & ſub tanta diſpoſitionum ſeveritate in Poloniam intrare, indeque redire potuiſſet; & tamen admittit, ab illis Hungaris, a quibus rádienſis incola ſalem emerit, eundem clam ex Polonia inductum eſſe. Non fuiſſe eam præcluſionum contra Poloniam factarum vim, ut omnes omnino prævaricationes prohibuerint, ſatis ſuperque mihi conſtat actorum indicio, ubi repetitæ exſtant ſive præcluſionum non debitis cuſtodiis inſtructarum, ſive deprehenſarum prævaricationum renunciationes.

4to. Exundationes Tibiſci, & Bodroghii, ad quas vir cl. refert peſtis originem, ſi omnino quid eo contuliſſent; epidemicam facere eo loco peſtem debebant: 50 erant in ſola inſula Bodrogh poſſeſsiones: omnes, eadem ratione obnoxiæ aquarum efuſionibus, paſsim ſimilia harum confectaria experiri debuiſſent, quemadmodum paſsim in iis febres remittentes, & intermittentes graſſatas fuiſſe legimus. Magis topciam peſtis cauſam dare videatur potuiſſe cadaver humanum in furno inventum, quod totam domum fœtore ſuo impleverit. Sed quando omiſit adnotare vir cl., an hoc cadaver in poſſeſsione Rád inventum ſit, an in ea ipſa domo, an alibi peſtis eruperit, ipſe ſuæ opinionis procurandæ alicui probabilitati defuit, magis certe; quam Ruſchius americanus medicus, qui morbum contagioſum philadelphium anni 1793^{mi} repetiit a mephitide caffeæ

„ Pagum una cum nonnullis magiſtratualibus ingreſſus,
„ mox in morbi originem inquiſivi, & judicialiter conſtitit, eum
„ ex inſula Bodrogh originem traxiſſe. Bini enim juvenes, ex
„ vindemiis tokaienſibus redeuntes, memoratæ inſulæ domum in-
„ fectam intrarunt, noctem in ea egerunt, & mane, quibusdam
„ denatorum veſtimentis ſecum ſumtis, iter domum verſus pro-
„ ſecuti ſunt. Sed, qui veſtimenta furto ſublata geſtabat, in iti-
„ nere mortuus eſt. Pater, filii morte inaudita, Homonnam, ut
„ juſta illi græco ritu fierent, petit, quibus perſolutis, & filii ve-
„ ſtibus ſecum ſumtis domum reverſus eſt. Poſt aliquot hebdo-
„ madas denati veſtes, quæ hucusque ciſtæ erant incluſæ, induit,
„ & intra aliquot dies una cum tota quanta ſua familia deſide-
„ rabatur. Hac in prima domo peracta ſtrage, mox alia illi
„ contigua, & tertia non ſolum; ſed & aliæ tres *) eandem
„ labem contraxerunt, & omnes inde correpti præter edentu-
„ lam periere.

„ Hæc ante meum adventum acciderant; hæc, antequam
„ cadavera, & decumbentes viſitarem, ſcitu mihi maxime neceſ-
„ ſaria erant. In primo cadavere nullam eruptionem, vel ex-
„ anthema invenire mihi contigit: in ſecundo autem petechiæ
„ nigerrimæ, diſcretæ, lenticulares proſtabant. In juvene cum
„ morte luctante inveni bubonem admodum inflammatum, dolen-
„ tem, ovum parvum gallinaceum magnitudine æquantem, & in-
„ guen dextrum tres circiter digitos transverſos infra commiſſu-
„ ram femoris ſupra muſculum pectineum occupantem. In in-
„ fante, qui in eadem domo decubuit, nil apparuit. Una ea-
„ demque die, tertia nempe Februarii, morbo correpti ſunt; ſex-
ta

putreſcentis, voluitque obſervaſſe primas a morbo clades in iis do-
mibus, quæ proxime depoſitorio illius caffeæ apponebantur.

*) Omnium incolas inſuper etiam cognatione junctos fuiſſe acta in-
dicant.

„ ta autem omnes quatuor deſiderabantur. Alios, qui bubones „ ſub axillis, retro aures, & in inguinibus alebant, quive carbun„ culos, vibices, & lenticulares petechias gerebant, ſilentio præter„ eo. Notandum hic eſt, partim infectorum conſortio, partim „ autem, prout e ſuperſtitum aſſertionibus conſtitit, inquinati fo„ mitis uſu malum fuiſſe diſſeminatum. Præterea ex omnibus, quot„ quot infecti ſunt, unica, de qua ſupra, vetula evaſit. Deinde „ ex triginta octodecim quartam diem, quin perirent, vix ſupe„ rarunt; ſed ſeptem quarta, ſex tertia, & quinque partim vix „ elapſa prima, partim ſecunda incipiente morbi die occubue„ runt: reliqui præter tres ſeptimam non attigerunt.

„ Poſt latam (ex his indiciis) peſtis ſententiam non ſo„ lum infectum; verum etiam undecim alios, illi adjacentes, pa„ gos a ceteris Hungariæ partibus circumducti milites abſcide„ runt; infectos a ſuſpectis; hos a ſanis, quarantenam exantla„ turos, ſeparavi; tres infectæ domus flammis devorandæ tradi„ tæ ſunt; ignes luculentos in diverſis pagi locis, & præcipue „ ante domos infectas diu noctuque exſtrui curavi; ſuffimigia an„ tipeſtilentialia ſuſpectis exhibui, queis cubilia ſua luſtrarent; „ ſupellectilem, quæ denatis in uſum ceſſerat, comburi curavi; „ quæ vero ad ſuſpectos attinebat, nec lotionem admittebat, mul„ toties fumo ſulphuris exponebatur; cubilia, poſtquam feneſtris, „ & januis clauſis fumo ſulphuris fuiſſent repurgata, intus, & ex„ tus noviter calce dealbata ſunt. Hiſce adhibitis cautelis virus „ ulterius ſerpere deſiit, & nemo præter ſuſpectos contagium „ contraxit. “

Morbus, qui tam paucas, atque hocce in caſu, ſtrages edidit, qui tam exiguis ſeſe limitibus paſſus eſt cohiberi, in cenſum peſtis adſeri ſatis non potuit: jamque tunc paſsim negata renunciationis medicæ auctoritate, veritateque, ne ad noſtra quidem tempora publicam aliquam ſui memoriam, & nomen peſtis illa zempliniensis transſcripſit, quæ præcipuo, ut quidem

e trifti majorum noftrorum experientia putabatur, peftis charactere, internecinis per omnem late provinciam cædibus, caruerit. Itaque nil etiam ab hac pefte five ad emendanda vetera præjudicia, five ad publicam pofterorum doctrinam emolumenti profectum eft.

Secuta funt ea tempora, ubi medicorum fententiæ, fervientes auræ populari, peftem contagioforum morborum cenfu eximere velle videbantur. Locandarum per ingentem terrarum tractum excubiarum fumtuofa necefsitas, molefta contumaciarum morofitas, omne hungaricum commercium fummopere affligens, amabilem præftabat opinionem, quam magni reformatoris medici fumma ad univerfos auctoritas probabilem fecerat.

Non poterat quid accidere faventius ifti fententiæ; quam quod eo ipfo tempore, quo maximum cum provinciis turcicis commercium aluimus, quo ingens nofter exercitus longius ingreffus eft regiones, quarum incolas tantis hucusque præfidiis a nobis arcuimus, quo ex iisdem terris ad nos & commeatus patebat undique, & infinitus pene infimæ plebis numerus transmigravit, quod, inquam, hoc ipfo toto tempore nil quicquam ad peftem pertinens in tanto exercitu, in tanto hominum ex omnibus oris confluxu, in tanta aliorum morborum varietate potuit obfervari. Facile præfens a pefte immunitas memoriam priorum temporum, cum bellis turcicis pene femper mala peftis copulantem, obliteravit.

ANNUS

ANNUS 1795.

JULIUS.

Sic erant res, quum primi peſtis nuncii nil tale metuentes percellerent. Forte vice-comes comitatus ſirmienſis, *) Franciscus Jankovich, Irreghinum finiente mense julio advenerat, alius generis objecta altiore juſſu inveſtigaturus, quum ei per occaſionem de incolarum ſanitate percontanti judex oppidanus & ſacrorum miniſter, alii illi inveſtigationi præſentes, frequentiora a pluribus inde diebus funera quererentur; adfuiſſe chirurgum rumensem, qui morbum vehementiorem febrem putridam eſſe dixerit; operam ab illo

*) Ad res peſtis melius, faciliusque intelligendas plurimum conferet, propiorem aliquam comitatus ſirmienſis notitiam habere. Comitatus hic, (vide Tab. I^am^) regni Sclavoniæ pars, magis in longum, quam in latum excurrens, ad ſeptentrionem appoſitum habet comitatum regni Hungariæ bacsiensem, a quo per interfluentem danubium dirimitur, & aliquam particulam comitatus veröczenſis ad regnum Sclavoniæ pertinentis; ad ortum ambitur a regimine confiniario petrovaradinenſi; a meridie habet ipſum illud regimen petrovaradinense, & partem regiminis brodenſis, ab occaſu particulam regiminis brodenſis, & comitatum veröczensem: dividitur in tres proceſſus, a præcipuis oppidis denominationem habentes: vukovarienſem, ilokenſem, rumenſem; etiam ſuperiorem, medium, inferiorem dictos.

illo quibusdam ægris locatam necquicquam fuiſſe; malum in eo vico, qui græcorum diceretur, *) graſſari, & pauperrimis infeſtum eſſe. Subinde chirurgus, **) ſectione etiam cadaveris inſtituta nil niſi phænomena, præteritæ febri putridæ adſcribenda, adeſſe declarans, tamquam mali, cui conſveverimus, nomenclatione producta pacare animos videbatur, & prona cenſebatur adeſſe

---

In 1mo proceſſu ſunt oppida, & poſſeſsiones: Vetus, & Neo-Vukovar, Terpina, Vera, Bobota, Korogy, Antin, Markuſicza, Jarmina, Gabos, Tordincze, Oſtrovo, Nuſtar, Cserics, Parſetin, Berſadin, Marincze, Bogdanovcze, Petrovcze, Jankovcze, Negoſzlavcze, Svinjarevcze, Berak, Banofze, Ilacs, Tovarnik, Csakovcze, Tompojevcze, Lovász, Novák, Sarengrad, Mohovo, Opatovacz, Miklosevcze, Szotin.

In 2o ſunt: Ilok, Babska, Malovin, Szot, Pribina-Glava, Berkaſzova, Shyd, Gibaracz, Batsincze, Kukujevcze, Bingula, Csalma, Erdövégh, Kövesdin, Divos, Siſsatovacz, Mangyelos, Leximir, Grabovo, Svilos, Dipsa, Vizics, Lyuba, Neſtin, Szuſzek, Bánoſtor, Cserevics, Beocsin, Rakovacz, Ledincze, Kamenitz.

In 3tio ſunt: Ruma, Vogany, Veliko-Radincze, Gergurevcze, Sulyom, Beſſenovo, & Pernjavor-Beſſenovo, (pagellos monaſteriis Baſilitarum, græci ritus non uniti monachorum, appoſitos *Pernjavor* vocant.) Stojanovcze, Remeticza, Jazak, & Jazak-Pernjavor, Shatrincze, Ravanicza, Verdnik, Paulovcze, Rivicza, Irregh cum monaſterio Opovo, Neradin, Gergeteg, Veliko-Remete, Krushedoll & Krushedoll-Pernjavor, Maradek, India, Male-Radincze, Putincze, Petrovcze, Kraljevcze, Dobrincze, Szibacs, Szubotiſtje, Breſtacs, Bugyanovcze.

*) Oppidum Irregh (vide Tab. IIda ejus ichnographiam) quatuor vicis (Mala) conſtat: Gretska Mala, Szrednja Mala, Tabanska Mala, Oracska Mala.

**) Chirurgus, iſta occaſione bona fortuna non affectus contagio, quod hac ratione Rumam, in ejus ſtationem, fuiſſet translatum, poſtea vi officii Irreghinum cum familia tranſiit: ibi uxor ejus, & proles peſte correptæ ſunt.

ſe cauſa morborum in pane, e ſiligine ſive non ſatis matura, ſive non ſatis ſiccata piſto negligentius, & voraciter comeso a pauperrimis. Sed tamen coeperat jam audiri vox peſtis *) inter incolas, quorum non pauci, emigrantes turcici, occaſionem videndi morbi ſua in patria habebant, imo aliqui jam ſe more turcico in ſilvas receperant; & ſimile malum ſævire in poſſeſsione confiniaria Kernjesevcze **) rumor ferebat; ac denique malum, plures de eadem familia, ac vicinos occupans, contagii notam habere videbatur. Adhæc Neradini quoque, vicina in poſſesſione, ſimili nece duæ jam familiæ pene extinctæ eſſe nunciabantur.

Quomodo magiſtratus publicos in detegenda peſte verſari oporteat; quantopere interſit hocce in negotio tutiorem partem amplecti, nulla aut ſanctione, aut inſtitutione publica definitum fuit, &, prouti celari malum inter graviſsima delicta leges referebant; ita non ſine piaculo peſtis, quæ non eſſet, adſeri poſſe videbatur. Itaque, comitatenſi quidem medico actutum accito, vicinarum quoque jurisdictionum medicos ad habendam ſuper objecto præſente conſultationem, indolemque morbi accurate definiendam devocandos eſſe in faciem loci vice-comes exiſtimavit.

Interea fama mali diriſsimi celeriter circumferebatur vulgi ſermonibus, brevique vicinas jurisdictiones implevit: quæ ad tutandos fines ſuos converſæ tanto magis, quod eodem tem-

 pore

*) Guga.

**) Kernjesevcze (v. Tab. I^am^) poſſeſsio eſt regiminis confiniarii petrovaradinenſis, in qua, uti & in poſſesſionibus Döcs, & Kercsedin eodem pertinentibus, inſuper autem in oppido militari Carlovicz, pago Bukovacz, & ſuburbiis petrovaradinenſibus, morbus peſtis fuit. Hiſtoriam peſtis in ſtatu militari confiniario graſſantis a cel. academiæ militaris viennenſis profeſſore Joanne a Gabrieli exſpectamus, qui ejus ſcribendæ provinciam ab auguſtiſſimo principe mandatam accepit.

pore officiosæ renunciationes de contagioso malo in Kernjesevcze enato, atque detecto advenirent, excelsum quoque regni dicasterium justo horrore, atque solicitudine compleverunt.

AUGUSTUS.

Medicus comitatensis Andreas Budai, kalendis Augusti Vukovarino Irreghinum perlatus, trium dierum spatio eo pervenit, ut & certam morbi diagnosin vice - comiti substerneret, & de ejus origine atque propagatione referret. „ Homines corri-
„ pi febre cum dolore capitis, & valida inter horripilationes
„ dedolatione corporis, ruina virium tanta, ut jam in prima
„ febris invasione ægri vix pedibus insistere valeant; caput so-
„ mnolentum esse, stupidumque ita, ut ægri nec cibum, nec po-
„ tum sibi dari postulent, nec de ulla re conquerantur, nisi tunc,
„ cum tubercula dolorifica in variis partibus enascuntur; adesse
„ deformationem faciei, mutationem loquelæ, visus; adesse deli-
„ ria, angustias, compressionem in scrobiculo cordis, nauseam,
„ vomitionem, vomitus, nonnullis dolorem lancinantem intra cu-
„ tem, & carnem; oboriri tubercula, aut sic dictos bubones do-
„ lentes, majores, minores, etiam ovi gallinacei magnitudine,
„ in inguinibus, in interna femoris parte, sub axillis, maxillis;
„ visam sibi esse jam parotidem in puero, colore purpureo,
„ & fundo livido notatam; tubercula prodire tertia, imo & se-
„ cunda, plurimis quarta morbi die, eademque fere in omnibus
„ ægris observari; adesse in nonnullis anthraces etiam, tardius, quam
„ tubercula, prodeuntes; conspici petechias variæ magnitudinis,
„ & coloris, rubicundas, fuscas, nigras; agonizantium terribilem
„ conspectum esse; morbum aliquibus secundo, tertio die, ple-
„ risque sexto, & septimo internecinum fieri."

Quod

Quod vero originem mali, atque propagationem attineret; illud tam Irreghinum, quam Neradinum e possessione Kernjesevcze sequenti ratione translatum, isthicque deinceps diditum esse officiose referebat.

„ Angyeliam Nedelkovich (vulgo Kuriak vocatam), audito sororis in Kernjesevcze confiniaria possessione degentis morbo, ejus videndæ causa profectam eodem esse; advenisse ad funus proxime eferendum; planxisse cadaver ex ritu gentis; tumulationi adfuisse: inde acceptis secum mortuæ, quæ nullos jam heredes reliquos habuerit, stragulis reversam Irreghinum, brevi post morbo 14ta Julii occubuisse: secutos proxime domesticos & cognatos esse, qui partim ministraverant ægræ, partim ad plangendum corpus confluxerant: hinc malum diditum esse in familias Joancsevich, Avramovich, Servianacz, Lovakovich, Sretich, Bugarcsich, omnes Nedelkovichianæ vicinas; in familias Csurich, Dishin, Xinoivov affinitatibus perlatum esse." Itaque malum peregre allatum contagione propagari exhibito hominum a 14ta Julii ad 4^{tam} Augusti tumulatorum censu *) medicus ostendit, ut, si una consignationem omnium, qui usque ad id tempus forsitan ex morbo convaluerant, aut actu ex eodem laborabant, addidisset, modumque transplantati ad hos contagii quæstionibus erutum descripsisset, nil certe ad plenam, atque omnigenam sui de contagiosa morbi indole adserti comprobationem passus esset desiderari.

Similia neradinensis mali incunabula fuisse officiosæ, ut diximus, renunciationes perhibuerunt. „ Kernyesevczensem hominem, qui vineæ suæ causa Neradinum, in cujus illa promontorio fuerat, venerit, pernoctasse in domo Aczkæ Popovich; dormivisse in lecto Thodæ Nicolich: hanc 22da Julii mortuam esse: secutas eam fuisse tertio die feminas Saram

*) V. Tom. II. sub A.

„ Xirkovich, & Jekam Theodorovam, quæ cadaver primæ la-
„ verunt: proximis usque finem mensis diebus tredecim fuisse
„ mortes, plerasque feminarum, quæ propter vicinitatem, &
„ cognationis nexum ad ægram, mortuamque Nicolich concursa-
„ verant: ita isthic etiam ex adnexo mortuorum a 22da Julii
„ usque 2dam Augusti catalogo *) contagii vim patere. „

His nunciis Gibaraczinum ad ordinarium vice-comitem perlatis simul etiam Mathias Kercselich, vicini veröczensis comitatus medicus, advenerat, qui talibus indiciis nil amplius de peste dubitandum ratus, pro accepta a suo vice-comite instructione, ne locum contagione foedatum accederet, abstinens a videnda peste, ex medio Irreghinum itinere reversus Eszekinum est, tristemque mali sub ipsis initiis visi, detecti, atque declarati gloriam soli Budaio reliquit.

Sic declarato malo, quum primis suis coram initis dispositionibus novas alias extemplo vice-comes addidisset, exactæque magistratualium effectuationi commendasset, sexta Augusti congregatis Vukovarinum ad particularem congregationem statibus, atque ordinibus tristem rerum conditionem significavit, & eorum, quæ essent gesta, rationem, atque ordinem exposuit.
„ Mandatum esse a se adhuc præsente, ut vicus græcorum, quem
„ rivus a cetero oppido sejungeret, idoneis & sufficientibus vi-
„ giliis præcluderetur, malumque angustiis hisce limitibus cir-
„ cumscriberetur; destinatum esse & Irreghini, & Neradini noso-
„ comium, quo ægri deferrentur; interdictam cadaverum expo-
„ sitionem in ecclesiis, ceterasque funebrales pompas; designatum
„ mortuis cœmeterium singulare; decretam vestium a mortuis
„ sumtarum concremationem; imperatam judici nobilium rumen-
„ si Laurentio Lovrencsich præclusionem territorii infectarum
„ possessionum, quæ incolis & messis, quæ tum ferveret, faciendæ,
„ & agri deinceps colendi copiam relinqueret; provisum esse de
victuali.

*) V. Tom. II. sub B.

„ ctualibus præcluso oppido, & indigæ in primis incolarum claſ-
„ ſi ſubminiſtrandis; curam ſalutis publicæ magiſtratualibus, qui
„ ſe intra concluſionem manſuros ultro ſpoponderant, ita com-
„ mendatam, ut eorum & dexteritate, & præſtanti voluntate
„ prorſus liceat acquiescere.

Hisce diſpoſitionibus paucas tantum aliquot addendas ſtatus & ordines decreverunt. „ Duplex in noſocomium ægros
„ diſtribui, quorum altero ægri peſtem habentes, altero illi com-
„ ponerentur, quorum morbus eodem cum certitudine nondum
„ poſſet referri; tertiam reconvalescentibus domum deſtinari; ad
„ firmandam lineam præclusoriam militiæ in comitatu ſtativantis
„ aſsiſtentiam expeti; ad cohibendam hominum divagationem
„ ſeveriſsime imponi omnibus locorum judicibus, ne cuiquam
„ commeatus ſine paſſualibus, quod e loco ſano veniat, conte-
„ ſtantibus indulgeatur; nundinarum, & encœniarum celebrati-
„ onem per totum comitatum interdici. "

De quibus omnibus cum officioſi a comitatu ad excelsum conſilium nuncii medio curſoris extra ordinem miſsi perveniſſent; tum vero & conſternatio, & ſolicitudo publica, jam prævie vicinarum jurisdictionum literis commota, ad ſummum gradum provecta eſt: nam etſi diſpoſitiones a magiſtratu comitatenſi initæ appoſitæ eſſe viderentur, quæ omni ex parte tenori benigni ſanitatis normativi de anno 1770 reſponderent; tamen triſtis experientia priorum temporum, quæ, nullam felicis qualiumcunque conatuum ſucceſſus publicam memoriam reliquiſſet, triſtiſsimo omine univerſos compleverat.

Approbatis iis, quæ ordinata eſſe literis comitatus docebantur, eorumque rite exequendorum accuratione vice-comiti impense commendata, excelsum conſilium, hac parte acquieſcens, facultatem medicam peſthanam ad dicendam ſuper curatione morbi pene novi, atque inſoliti ſententiam, ad dandas comita-

tenſi

tensi medico eorum, quæ ista in parte salutis publicæ agenda essent, præceptiones provocavit.

Rem difficilem ita conata est facultas medica complecti; magis ut viam, atque modum ostenderet, quo ad inveniendas agendorum indicationes medicus esset perventurus; quam ut certum quendam tramitem, formularumque medicarum consignatione, & coordinatione expressum defigeret, quem ultra, citraque medicus deflectere non posit: hac ratione quam optime se id efectum dare posse facultas medica censuit, ne pluribus posibilibus unius ejusdemque morbi varietatibus uniformis aliqua tractatio minus apposita evaderet, neve in morbo, cujus curandi præcepta tam parum huc usque enucleata essent, therapiæ excolendæ rara utique occasio succideretur. *)

Interea vicinas comitatui sirmiensi jurisdictiones illud in primis summo metu perculit, quod incolæ irreghienses multi, more turcico ad fugam conversi, varias in partes dilapsi esse pasim ferebantur. Primus comitatus veröczensis locatis ad limites opere tumultuario excubiis Sirmienses aditu ad se interclusit; proxime regimen petrovaradinense, comitatus bacsiensis, civitas neoplantensis commeatum interceperant: ipse denique comitatus sirmiensis districtus, vukovariensem, & ilokensem, longius a locis contagio fœdatis disitos, tutaturus, soloque territorii irreghiensis, ac neradinensis recinctu non acquiescens, alteram Mitroviczio, limitaneo regiminis petrovaradinensis oppido, ad usque Danubium duci lineam præclusoriam decrevit, a sede commissarii inspicientis, in possesione Mangyelos defixa, mangyelosensem dictam, **) ejusque coordinationem, & ulteriorem inspectionem Thomæ Bubanovich assessori demandavit.

Sic

*) De his tomo tertio singulatim uberius agetur.

**) Vide Tab. I^am.

Sic novo negotio ad plures jam ſibi invicem non obnoxias jurisdictiones pertinente palam erat, quantopere intereſſet adcurare, ne diverſis etiam ſtudiis, aut diſſentientibus ſive conſiliis, ſive opinionibus gereretur. Itaque excelſum conſilium commiſſarium regium rebus peſtis dirigendis præficere decrevit, qui Neoplantam profectus ſecum uniret vice-comitum ſtudia, rerumque adjunctis propius cognitis, atque perſpectis, ex tenore benigni ſanitatis normativi decerneret ea, quæ quovis in comitatu, atque jurisdictione agenda eſſent; agendorum executionem maturaret; remque publicam communi omnium provincialium jurisdictionum nomine cum vicino ſtatu militari petrovaradinenſi ageret, atque procuraret in iis capitibus, quæ mutuo utrorumque conſensu agi oporteret.

Hæc commiſsio regia illuſtriſsimo baroni Josepho a Püchler, ad excelſum conſilium regium locumtenentiale conſiliario, rerumque ſanitatis ordinario gremiali referenti mandata eſt; adjunctus illi pro conſilio medico profeſſor politiæ medicæ Franciscus Schraud; data in ſumtus, quos primæ neceſsitates depoſcerent, quinque millia florenorum rhenenſium; jurisdictiones, ad quas negotium peſtis pertineret, ad præſtandam commiſſario regio paritionem inviatæ.

Viceſima Auguſti commiſſarius regius cum dirigente medico (hoc forte nomen deinceps profeſſori politiæ medicæ per negotia peſtis datum eſt) Neoplantam pervenerat: quo cum etiam ſubſtituti vice-comites comitatuum bacsienſis, & veröczenſis, Andreas Odry, & Antonius Adamovics, confluxiſſent, id ad primas curas pertinere videbatur, ut, quo loco res ſint, accurate, & ſingulatim commiſſarius regius edoceretur: quem in finem non modo medici, & magiſtratualium irreghienſium expetitæ actutum relationes ſunt; ſed etiam vice-comes ſirmienſis ſub debitis cautelis ſanitatis evocatus ad citerius Danubii litus, ut coram & ſummam relationum eidem hucusque a domeſticis ſubmiſſarum

præſtaret, & ſua circa ulteriorem rerum adminiſtrationem conſilia depromeret.

Longe provecta eſſe Irreghienſium, & Neradinenſium mala primæ ſtatim relationes abunde docuerant: contagium Irreghini dudum exceſsiſſe anguſtis vici græcorum limitibus, inque omnibus jam oppidi vicis caput eferre; utriusque poſſeſsionis incolas partim opinione ſalutis unice in fuga quærendæ; partim fide prædeſtinationis, cujus fato obſequendum ſit, omne auxilium, omnem publicam proviſionem aſpernari; alios deſperabundos ruere in periculum, quod ſe cenſeant evitare non poſſe; alios bacchantes ultro ſe contagio objicere; nonnullos altis per fora, perque plateas ignibus aeris depurationem moliri, cujus contaminationi internecinum malum adſcripſerint; patres, matresque familias ægris ſuis ad noſocomium deferendis paſsim obniti; complures ægros ipsa morbi ingruentis indole amare fugam; in horreis, vineis, prunetis non paucos, ſequiore debilitate collapsos, aliorum ipsa cadavera inveniri; mortuos aut eo loco, quo concidiſſent, paſsim inhumari, aut, ſi domi ſuæ obiiſſent, prorſus ex ſacrorum ritu inter cognatorum oſcula, concurſus, funebralesque epulas tumulari; ſummam in habendis ad publicos labores, ad ægros in noſocomium deportandos, ad miniſteria medica, ad eferenda mortuorum cadavera hominibus difficultatem eſſe; Neradini deeſſe hucdum operas, quæ manum ſtruendo noſocomio admoverent, omnem internam civilium negotiorum procurationem ad unum comitatenſem juraſſorem Joannem Hainovich eſſe delapſam.

Si hæc per ſe erant triſtiſsima; tamen non minus miſerabilis erat ſors, quam comitatus ſirmienſis ob duarum poſſeſsionum conditionem totus cogebatur experiri. Ducta præcluſione, quam hinc comitatus veröczenſis, ac bacsienſis, civitas neoplantenſis; illinc regimen petrovaradinenſe ſtipabant, cujusve majorem partem oculis jam ſuis commiſſarius regius usurpave-

rat,

rat, XCVI possessiones comitatus sirmiensis, nullam contagii notam habentes, septuaginta amplius millia hominum communione civitatis cum cetera Hungaria exciderant; incola sirmiensis, domesticam frugum penuriam e comitatu bacsiensi, segetum divite, supplere solitus, atque aut labore manuum bacsiensibus locato partem messis mereri, aut facta fructuum, quos terra sirmiensis ubertim proferret, versura domesticis necessitatibus prospicere, adsveta hac sui, familiæque alendæ occasione intercludebatur, supraque metum pestis jam & futuræ hiemis famem, atque inopiam metuerat.

Etiam comitatus bacsiensis possessionibus, Danubio affinibus, gravis eodem ex capite jactura rei familiaris imminebat, quarum incolæ potissimam promontoriorum, ripæ Istri sirmiensi appositorum, partem possidebant, qui aut omnino essent a vindemiis prohibendi, aut ad eas non nisi cum necessitate subeundæ in reditu contumaciæ poterant accedere.

Sed denique habebant hæ præclusionis lineæ, a diversis jurisdictionibus non sufficienti, quam vocant, cointelligentia designatæ, id incommodi, quod in tanto hominum ad habendas vigilias impensorum numero tamen scopus ille Sirmiensium ab Hungaria omnimode prohibendorum parum satis obtinebatur. Undique jurisdictiones hungaricæ excubiis suis amplectebantur comitatum sirmiensem; status militaris, suas ipsius possessiones infectas optimo consilio singularibus quoque cordonibus cingens, præclusionem contra comitatum sirmiensem tantummodo juxta limites regiminis petrovaradinensis instituit, ut e brodensi contiguo regimine ad districtus vukovariensem, atque ilokensem, & vicissim liber ad medium pene Septembrem commeatus esset, atque ita, quicunque ex his districtibus Sirmienses commeare vellent ad Hungariam, patentem, facta regiminis brodensis versus comitatum poseganum circumitione, aditum ad eam haberent. Itaque etiam veröczensis linea, contra regimen quoque bro-

 dense

denſe eo ipſo, quod iſtud cum Sirmio, & regimine petrovaradinenſi communionem aleret, inde a principio ducta, necquicquam fuit, & excubiæ, ſine ulla certa publica utilitate hisce cordonibus adſtantes, multo cum privato damno a re rurali abſtrahebantur.

Non poterat non cogitatio priorum in primis adjunctorum graviter percellere eum, qui ſciret, eas demum contra peſtem dispoſitiones plauſibiles eſſe, quæ cum minima poſsibili ceterorum adjunctorum civilium perturbatione, emolumentorum ſuccifione conjunctæ eſſent, neque infrequenter publicæ proviſioni eo ipſo ſolere incolas intercedere, quod, ea proviſione cum multis privatis incommodis conjuncta, cives vitam ipſam, quam cum amiſsione fortunarum, cum amiſsione neceſſariorum, adſvetorumque vitæ adminiculorum [ſervare debeant, parum penſi haberent.

Imo vero ad ipſam etiam peſtem parum ſatis videbatur iſte præcluſionum ambitus, comitatuum confiniis definitus, pertinere: peſtis ingenio, ac divagationi; non jurisdictionum limitibus admetiri oportere eam vim, quæ illi coercendæ opponeretur; nec ſatis ſecuritatis præſtare præcluſiones, quæ, longo terrarum tractu diditæ, æquabilem publicæ vigilantiæ accurationem haud ſatis paterentur: duplices, ac quibusdam locis triplices etiam cordones, qui nunc infecta loca a longe, multorumque adeo milliarium intervallo ambeant, eoque ipſo ſatis obſideri non poſsint, uno aliquo arctiore, ſed ſimul ſtipatiore peſtis ambitu inferiores eſſe: per eosdem ſive negotiorum in locis infectis gerendorum inſpectioni, ſive ſubminiſtrandis aut vitæ alendæ, aut peſtis domandæ adminiculis magnas difficultates oppoſitum iri: prono ad divagandum contagio, cui ampliores, quam ferret neceſſitas, limites circumſcriberentur, quadamtenus etiam occaſionem majoris ſtragis inferendæ aperiri.

Erant

Erant hæc ejusmodi, ut præcipuam aliquam mererentur attentionem eorum, qui, deinceps præfuturi negotiis, in ipso rerum aditu de iis ſubmovendis debeant cogitare, quæ totum deinceps rerum curſum difficilem, atque complicatum eſſent reddititura. Certe hæc præcluſionum conditio una erat earum cauſarum, quarum influxu negotium peſtis præſentis & amplum, & ſumtuoſum factum eſt, & multo magis gravavit incolas; quam ipſa malorum ratio depoſcebat.

Inter incommoda cum illa præcluſionum multiplicitate conjuncta erat illud etiam, cum ſingularium tantum civium jactura conjunctum, quæ tamen cordato viro non poſtrema conſiderationе digna debet videri; illud, inquam, quod, quem ex infecto loco ad ſanam Hungariam iter facere vel rei familiaris adjuncta, vel vitæ ſervandæ ſolicitudo permoverunt, eum duplicem contumaciam obire, duodecim hebdomadibus probare ſuam a peſte immunitatem oportuit. Ita nempe Irreghino exituri ſex hebdomadum exantlato periculo aptare ſe debebant ad id, ut in diſtrictum rumenſem poſſent prodire, in quo ad litus usque Danubii trium horarum facto per montes itinere, cum ſub ipſo e prima contumacia exitu plenam ſani, & ab omni contagii ſuspicione immunis hominis prærogativam habuiſſent, jam nunc eo rurſus reciderant, ut, in comitatum bacſienſem transituri, alteram ſex ſeptimanarum moram nectere in neoplatenſi contumacia debuerint. Iſta conditione fratres, & cives noſtri dirius etiam ipſis turcis habiti ſunt, qui, exacta Semlini una contumaciali periodo, deinceps ipſam adeo Viennam libere poſſunt petere. *)

Utcun-

*) Quam parum ex re eſſet iſta præcluſionum, juxta totas provincias ducendarum, methodus, videtur ipſo etiam ſuperiorum temporum exemplo ſatis comprobari. Exorta ſub finem anni 1737 in diſtrictibus Tranſilvaniæ coronenſi, & fogaraſienſi peſte, per omnia

Utcunque hæc eſſent; ducti ſemel cordones temere ſolvi non amplius poterant, neque, ſi conſilia metu inita, properataque excuſationem habuerunt, novandi levitas in re gravisſimi momenti citra meritam reprehenſionem fuiſſet. Itaque ejusmodi ſe planum proponere debere medicus dirigens exiſtimavit, quod inde quidem omnem, quæ actu ſæviret, peſtem arctis, firmisque limitibus coerceret; hinc vero eam de ſanitate ceterarum comitatus

mnia, quæ illam ab Hungaria dividerent, montium juga locatæ militares excubiæ ſunt: tribus menſibus poſt, malo Temesvarini ſe ſe manifeſtante, confeſtim inde Maruſius; hinc Tibiſcus, & Danubius, „ quaſi naturales etiam limites „ meta præcluſionum deſignati ſunt, omnisque intra hos fluvios, & Tranſilvaniam provincia ſuspecta declaratur. Menſe Auguſto 1738 jam Neo-Aradinum, Szegedinum, & nonnulla comitatus bacſienſis, & békeſienſis loca infecta referuntur: ita neuter naturalis limes, neutra meta ſatis idonea fuit: ducitur nova linea præcluſoria verſus Tranſilvaniam, diſtrictum temeſienſem, Aradinum, Szegedinum, comitatus item békeſienſem, & bacſienſem; in Danubio a Buda usque Temesvarinum omnes trajectus tolluntur; in Tibiſco pauci aliqui relinquuntur; domus contumaciales Petrovaradini, Kecskemetini, & Szolnokini deſignantur; & inſuper, qui ex Tranſilvania, & banatu veniunt, aliam prævie in Somlyo, & Csanád contumaciam obire coguntur. Menſe Novembri jam ad comitatus cſongradienſem, cſanadienſem, zarandienſem, & bihari-enſem, ac quædam Sclavoniæ, & Sirmii loca diditum contagium legitur. Anno 1739 idem & ad trans-danubianas partes usque Rabam fluvium, & ad cis-danubianas usque Tepliczam, ſitam trans Vagum in comitatu nitrienſi poſſeſsionem, perveniſſe acta docent; in provinciis vero, Tibiſco appoſitis, usque comitatum barſienſem, zemplinienſem, ſzathmarienſem, biharienſem. Scilicet: malum amplis limitibus coercentes majores noſtri, atque eminus tantum aggreſsi, eidem copiam ineundi magni incrementi fecerunt, ad quod exurgens contagii vis ipſos illos limites facile perrupit: jamque parum aberat, quin & ipſæ illæ, quæ denique inter ipſam Hungariam, & Auſtriam ducebantur, præcluſiones perrumperrentur,

ſirmienſis poſſeſsionum certitudinem præſtaret, cujus fidejuſſione ad reddendam illis cum cetera Hungaria communionem tuto poſſet accedi. Id planum, primam idearum, quas profeſſor politiæ medicæ a cathedra ad res gerendas attuliſſet, evolutionem complectens, Tomo II^{do} ſub C toto tenore expreſſum lectoribus proponimus.

Non erant omnes plani hujus partes ejusmodi, ut localibus circumſtantiis, a quibus noſcendis medicus dirigens prorſus interclufus eſſet, maxime eſſent admenſæ, aut ut ad ipſum etiam peſtis negotium nil in iis poſſet reprehendi: ſed temporum adjuncta optimam in omnes caſus viam inire tunc quidem non patiebantur. Verum eſt, lineas præcluſorias, ipſis poſſeſsionibus arcte circumductas, quæ vallato muniendæ majorem a ſuggeſtus mole, quam ab excubiarum fide, atque vigilantia ſecucuritatem faciant, præſtabiliores eſſe iis; quæ tota late territoria ambiant: ſed nondum prohiberi agro ſuo incolæ poterant, de quibus aliter, atque ex publica munificentia alendis nulla prævia conſtitutione eſſet proviſum; neque intercipi labores rurales tum maxime ferventes, quorum exequendorum onus vicinæ poſſeſsiones vix, ac ne vix quidem ad ſe devolvi tum quidem eſſent paſſuræ.

Etiam aliis nominibus reprehendendas eſſe præcluſiones non eas tantum, quæ totas provincias; ſed eas etiam, quæ poſſeſsionis infectæ, aut plurium ſimul territorria cingerent, rerum uſus ubertim deinceps commonſtravit: namque territorium unum, longius intra vicina procurrens, aut vario flexu inſinuans ſe, magna excubiarum diſpendia faciebat; alias, partem alieni territorii ſuo ambitu complectens, non ſine vicinorum injuria præcludebatur: ubi autem plurium infectarum poſſeſsionum territoria uno ambitu comprehendebantur, niſi ſingulæ rurſus poſſeſsiones domeſticis excubiis aditum ſibi mutuo intercluderent, non ſatis cavebatur, ne poſſeſsio, in qua magis diditum contagium fuerat, in aliam minus

nus fœdatam repetitim fomitem morbi transderet, aut eam vix dum magno labore depuratam novitus contaminaret: quomodo possessiones Rivicza, & Gergeteg, illam Irreghino; hanc Neradino contagiosum fomitem identidem accepisse suo loco referemus.

Utcunque sit; planum, cujus ope ad eximendam intra duos menses fatali præclusione maximam Sirmii partem, ad beanda civili libertate multa hominum millia, ad aperiendum in Danubio commercium, ad facilitandas Bacsiensium vindemias perventurum se esse medicus dirigens speraverat, cujusve summa capita & commissarii regii, & subinde ipsius etiam excelsi consilii approbatione sancita fuerant, sua destinatione excidit: nil actum ad partes plani stricte politicas, quas locorum adjunctis aptari oportebat, constituendas, atque in efectum deducendas; personis medicis ocius licet accitis, atque ad comitatum sirmiensem transmissis, secundo demum mense ad generalem adcurationem quotidianarum visitationum, ad sedulam vagorum quorumcunque interceptionem, ad certas, atque ordinatas, quæ fidem publicam super his objectis facerent, relationes perventum fuit: jamque malis quotidie increscentibus, cum nil satis proficeret, etiam superfluæ ceteroquin cautelæ ad necessarias pertinere videbantur.

Persistituras aliquo, ut quidem nunc destinabatur, tempore extimas hasce præclusiones ita comparare commissarius regius adlaboravit, ut simul omne, quod rerum adjuncta admitterent, sublevamen inclusis Sirmiensibus pateret. Itaque domorum contumacialium, lineæ illi apponendarum, structura atque coordinatione interea ex excelsi etiam consilii voluntate suspensa, quod spes esset, earum necessitatem intra spatium sex aut octo hebdomadum sublatum iri, exercendo illi commercio, quod cum rebus aut nulla depuratione, aut solius aquæ lotione egentibus haberetur, rastella quinque locis aperuit: Neoplantæ,

Futa-

Futakini, Palankæ, in Novoſello, & ad Kliſſam, *) datisque agendorum regulis, eorundem exſtructionem concernentibus jurisdictionibus demandavit.

Si triſte fuit hisce rebus occupari, tenerique commiſſarium regium, quod optandum erat, ut omnia ipſius cōnamina malis irreghienſibus, quæ celerrimo gradu inſurgerent, compeſcendis impendi poſſent; tamen his quoque rebus, quantum in ſe erat, nullo modo illius ſtudium, atque ſolicitudo defuit. Medicus Joannes Kütl, cui profeſſor Schraud ſcriptas eorum, quæ ſive ad cohibendum in oppido contagium, ſive ad ineunda cum medico Budai curationis excolendæ conſilia pertinerent, præceptiones tradiderat, cuive aliorum negotiorum cauſa Rumæ ſtatio aſsignata fuerat, eo cum mandato miſſus eſt ad comitatum ſirmienſem, ut Ruma per plures conſequentes dies Irreghinum iis cum cautelis profectus, quæ omnem de contagio non aſſumto ſecuritatem præſtarent, cum medico, cum juraſſore Hajnovich, cum primariis oppidanis coram ageret de iis, quæ eſſent ſcripto expreſſa; principia medico-politica, ſua forsan novitate obſcuriora, incolis explicaret; difficultates rei gerendæ ſuis ipſe oculis comperiret; deque & his, & miſſionis ſuæ ſucceſſu ad commisſarium regium referret. Quo magis intererat ſpectari Irreghienſium res ab eo, qui, doctus medici dirigentis principia, de illis optime eſſet ad commiſsionem regiam renunciaturus; eo triſtius accidit huic, iſta quoque deſtinatione excidere. Sirmienſes, normativo ſanitatis innixi, quod ſine diſcrimine exitum intercluderet illi, qui ſe intra lineam præcluſoriam recepiſſet, declaraverunt medico Kütl, ſe eum Irreghino redire non paſſuros. Ille, qui ſe ſciret provinciam inſpiciendarum per diſtrictum rumenſem

*) Kliſſa vocatur diverſorium, in via regia eſzekienſi, in ipſis comitatuum ſirmienſis, & veröczenſis limitibus poſitum. (vide Tab. I^mam^)

ſem viſitationum chirurgicarum habiturum, profectus Irreghinum non eſt, deque fruſtrato conſilio ad commiſſarium regium retulit.

Interea profeſſor Schraud, cui commiſſarius regius provinciam elaborandi rerum deinceps e principiis medico politicis gerendarum ſyſtematis mandaverat, laborem conſummavit.

Primum in eo ſtudium ponendum videbatur, ut erumpens quoquo comitatus ſirmienſis loco peſtis in ipſis incunabulis detegeretur: quod ſequenti rerum ordine introducto ita eſt conſecutus, ut non modo nullo deinceps in caſu latuerint commiſsionem regiam prima pene initia peſtis; ſed ad ejus notitiam immediate pervenirent omnes omnino in toto comitatu ægri, in quos vel minima ſuſpicio contagii cecidiſſet.

1mo. Quavis in poſſeſsione duo, tres, pro incolarum numero, aut plures lecti ſunt moratiores incolæ, qui partem poſſeſsionis ſibi attributam quotidie primo mane luſtrarent; ſingulas cujusque domus perſonas ante ſe ſiſterent; &, ægræ ne, an ſanæ eſſent, viderent; finito labore ad notarium loci adeuntes nomina ægrorum, domorumque indictarent.

2do. Quibusque tribus, aut quatuor poſſeſsionibus pro ratione ſitus plus minus diſsiti unus chirurgus deſtinabatur, quem easdem quotidie adire, renunciatos apud notarium ægros inſpicere, morbi naturam eo in primis ſub reſpectu indagare oportuit, an ſuſpicionem peſtis faciat: hoc finito inſpiciendos habebat ægros, qui a prioribus diebus ſuperſtites erant, aut cadavera eorum, qui ab heſterno die mortui eſſent, quive ſine licentiæ ſcheda a chirurgo ſubſcripta tumulari vetabantur: ut in hac ægrorum indagatione ſcopo deſtinato eo melius ſatisfacerent, ſigna illa, quorum indicio ad conciendam peſtis ſuſpicionem uterentur, brevi ſermone comprehenſa chirurgi acceperunt. *) Quo certius conſtaret, nullos ab incolis ægros celari, deinceps impo-

ſitum

*) Vide Tom. IIdo pag. 11.

ſitum eſt chirurgis, ut ſemel in hebdomada ipſi ſingulas cujusque poſſeſsionis domus obeant, ſtatumque ſanitatis incolarum inveſtigent.

3tio. Chirurgi cujusque diſtrictus uni medico obnoxii fiebant, ad quem tertio quovis die relationes ſuas mitterent, formulis impreſsis inſcriptas, quarum exemplar tenori inſtructionum ſubnexum eſt. *) Is medicus ſemel quavis hebdomada obivit poſſeſsiones ſuas; ægros a chirurgis indicatos inſpexit, cumque expoſito in tabellis morbo contulit; chirurgos in errorem lapſos meliora docuit; correctasque, ſi res ferret, relationes commiſſario regio ſubmiſit.

4to. Si ſuis in viſitationibus chirurgus ægrum comperit, cujus ſymptomata ſuſpicionem peſtis facerent, extemplo vigilia ad domum appoſita, inquilinis communionem cum ceteris incolis ſuccidit, ſtatimque miſſo ad medicum nuncio (qui certo ordine poſſeſsiones obiens facile, ubi forte tum eſſet, ſciri poterat) eundem ad decidendam quæſtionem, & faciendas ulteriores diſpoſitiones invitavit: qui, ſiquidem minus fundata ſuſpicio fuit, præcluſionem domus ſuſtulit; ſin vero exolvere animum juſta contagii ſuſpicione non poſſet, ægrum, & familiam ceteram, quæ cum eo communicaverat, ad contumaciam una cum ſupellectili domeſtica amandavit, occluſæ autem domui usque ulteriorem depurationem cuſtodiam addidit.

5to. Medicis, quorumnam ſymptomatum complexu ad habendam, proferendamque, aut ſubmovendam de peſte ſuſpicionem quoque in caſu uterentur, nulla certa norma defigi potuit: tantumque id ſe eis adcurate, atque aſsiduo inculcare debere medicus dirigens exiſtimavit, eos nunquam peccaturos, ſi erronea, modo probabili, ſuſpicione quemquam amandaturi ad contumaciam ſint, ſolumque in neglecta contumaciæ cautela uti periculum; ita culpam eſſe repoſitam. Poſtea cum medicus Budai ſymptomatum Irreghini vigentium deſcriptionem ſubmiſiſset, eandem

*) Vide Tom. IIdo pag. 12.

dem omnibus medicis in Sirmio exiſtentibus transſcribendam eſſe exiſtimavit.

6to. Intererat ad citam contagii, ſi quod illi homines ejus nunc ſuſpicioni obnoxii haberent, oppreſsionem, ut iidem quantocius a ceteris incolis omni cum rigore, & accuratione ſecerni poſſent. Itaque, ne oborta demum illa ſuſpicione adparandus contumaciæ habendæ locus eſſet, mandatum ſtatim a principio fuit, ut extra quamque poſſeſsionem aliquot erigerentur tuguria, & a ſe invicem ita præcluſa, ne mutuo aditus pateret, & communi foſſa, atque etiam vepribus circumſepta. Eductis eo quibusdam hominibus medicus de circumlocandis vigiliis, de contumaciſtarum alimento ſub contumaciæ cautelis ſuppeditando, de facienda omnis ſupellectilis lotione neceſſaria conſtituit, deque eo facto ad commiſſarium regium retulit. Deinceps autem & chirurgus, & pro re nata ipſe medicus quotidie ſingulatim conditionem contumaciſtarum examinavit, dum non aut in certitudinem aſſurgeret ſuſpicio peſtis, aut ex adverſo omnis tolleretur. *).

Eadem contumaciæ reclinacula utiliter in promtu erant vagis quibusque hominibus recludendis, qui eo ipſo, quod, unde eſſent, docere non poſſent, ſuspecti, hoc facto ſanitatis periculo ſecuritatem incolis, ad quos deinceps admitterentur, præſtabant.

Proximum erat, ut coordinarentur ea, quæ comperta quodam loco peſte agenda eſſent, quæve, ut actutum agi poſſent, prævie conſtituta, atque minutim explicita habere tantopere interſit, quorumve defectu inter deliberationum hoc demum tempo-

re

*) Tantopere per decurſum negotiorum peſtis utilitas diſpoſitionis hujus inclaruit, ut, cum aliquot poſt diſceſſum commiſsionis regiæ menſibus novus contagii metus e prædonum turcicorum inſultibus obortus eſſet, comitatus ſirmienſis contumacialem hunc apparatum, qui pluribus jam locis interciderit, actutum reparandum, deincepsque bono ſemper in ſtatu conſervandum decreverit.

re e benigni normativi ſenſu *) ineundarum tergiverſationes irreghienſis res ad ſummum mali gradum conſurrexerit.

In definiendis hisce agendorum capitibus, quorum ſumma pars in procuranda ſeparatione, ſeparatorumque ulteriore cura poneretur, id animum medici dirigentis afflixit, quod ea noviſsimis medicorum obſervationibus admetiri volens, unaque id habens ante oculos, ut omnes diſpoſitiones ſuæ cum minima civium moleſtia conjunctæ eſſent, non potuit ſe ſatis ſubducere rigori normativi ſanitatis, quod, cum vel in Turcas iniquum eſſe exculta medicinæ ratio indicaret, in domeſticorum tractatione cinoſuræ loco eſſe debere non graviter ferre non poterat.

Nova tractandi methodus, quam nullo antea uſu ſuo exploratam medicus dirigens habuerit, omnibus numeris abſoluta eſſe non potuit. Itaque cum eandem deinceps uſu excultam nova oratione ſit complexus; **) pertinere ad rem exiſtimavit

 ut

*) Paragraphus XXXI benigni ſanitatis normativi hæc habet. „ Quodſi igitur in quacunque civitate, oppido, pago, caſtello, aut domo peſtis ſe manifeſtaverit, ex congreſſu per provinciæ magiſtratum celebrando incunctanter ſuper ejusmodi incidenti conſiliis noſtris locumtenentiali, vel croatico relatio facienda, ſubinde autem deliberandum eſt, qua ratione vel communitates integræ, vel domus privatæ cum omnibus ibi degentibus hominibus, animalibus, mercibus, ſupellectilibus, prouti id cauſæ ratio exegerit, ab omni cum aliis conſortio, & commixtione conſtitutis cuſtodibus, vigiliisque præcludi poſsint, qua occaſione canes, felesque, aut alia animalia, volatilia præſertim, per quæ contagio propagari poteſt, necanda, cunctæque cautiones adparandæ ſunt, quas ſupra pro conſvetis contumaciæ ſtationibus præſcripſimus: qua in re conſtituti comitatuum, & civitatum magiſtratus facilius de caſu in caſum de congruis remediis prudenti providoque conſilio proſpecturi ſunt; quam ut ea per deciſiones particulares valeant circumſcribi.

**) Vide Tom. IIdo ſub DD.

ut ipſas, quæ primo tempore elaboratæ eſſent, inſtitutiones, toto ſuo tenore expreſſas, huic operi adponeret, ad quas *) converſus lector iſthic me facere ſermonis compendium facile ſit paſſurus. Inſtructiones illæ, cum ſupremo armorum præfecto ſclavonico L. B. a Geneyne communicatæ, tantopore viro ſummo, & negotiorum præſentium curioſiſsimo probabantur, ut eas germanico idiomate reddendas interpreti ad præfectoratum conſtituto, Petroſio, mandaret.

De omnibus, quæ in loco infecto gererentur; de eorum qualicunque ſucceſſu eo magis accurate, atque appoſite edoceri commiſſarium regium oportuit; quo triſtius fuit, eundem præcluſionum multiplicitate, ſacratisque ab omni retro tempore præjudiciis ab aditu eorum locorum, a propria inſpectione arceri. Itaque cum medicus dirigens tabellares formulas concinnare aggreſſus eſſet, quibus medici quotidianum rerum ſtatum inſcriberent, eas ita comparatas eſſe debere exiſtimavit, non tam ut ſive de morbi in ſingulari ægro vigentis, ſive de curæ, aut mortis ratione renunciationem facerent; quam ut contagii ſive progredientis, ſive remittentis claram expreſsionem offerrent oculis, ejusque cauſam patefacerent: intimam cum ingenio peſtis, atque manipulatione illi oppoſita relationem habere tabellas ſuas profeſſor politiæ medicæ voluit; contagioſi morbi, non epidemici ſpeciem exhibere; potius ægrorum, qui vel e domibus, vel e contumaciæ territorio adlecti eſſent, diſtinctione; quam complicationum, exanthematum, medicamentorum conſignatione occupari. **) Tabellis

*) Vide Tom. II*do* ſub D.

**) Ad commendationem formularum tabellarium a medico dirigente propoſitarum videtur memorari poſſe & id, quod unice e relationibus, quas hisce tabellis medici inſcripſerunt, concinnatam dare potui hiſtoriam peſtis in ſingulari quaque poſſeſsione graſſantis, quam generali factorum ad omnes poſſeſsiones pertinentium comprehenſioni ſubnexam ſiſto lectoribus.

Tabellis hisce primo tempore a ſe concinnatis, quarum exemplar tomo IIdo ſub E. ponitur, cum alias nonnullas emendationes deinceps medicus dirigens addidit, ut ſerius duabus formulis tabellaribus, ibidem ſub F. exhibitis, medici uterentur; tum vero illam etiam, ut circa ægros e contumacia ſumtos notarent medici, quoto poſt initam contumaciam die morbus erupiſſet: ita nempe videbatur eo perventurus, ut ipſe quoque ſuam ſymbolam poſſet conferre ad deciſionem ejus quæſtionis, quodnam eſſet illud ab habita contrahendi contagii occaſione temporis intervallum, intra quod morbus, cujus fomite imbutum corpus ſit, erupturus eſſet, quove elapſo ne contractum quidem eſſe contagium poſsimus affirmare. Inſpectæ omnes, quæ ex eo tempore ſubmiſſæ ſunt, medicorum tabulæ ita intra 14 ſemper dies enatum eſſe morbum teſtantur, ut unico tantum in caſu 17mo ab exordio contumaciæ die æger primis contagioſi mali ſymptomatibus legatur eſſe affectus. Facultas medica peſthana varietatem etiam aliquam formularum tabellarium, relationum præſtandarum uſibus deſtinatarum, concinnavit, eaque cum ſignificatione transmitti ad commiſsionem regiam propoſuit, ut ex iis unam aliquam „ quam fini ſuo „ reſpondentem eſſe adinvenerit „ deligat commiſſarius regius, medicisque adhibendam deſignet. Tabellares hasce formulas operi huic adnectendas eſſe futurorum temporum uſibus exiſtimavi, ut, quibus noſtra exempla minus probarentur, facilem etiam aliorum optionem haberent. *)

Illis, quæ ad domandam peſtem pertinerent, eæ diſpoſitiones immediato nexu jungi debere videbantur, quæ debitam incluſorum quocunque nomine incolarum alimentationem procurarent: certe, cum ſeveriſsime eſſemus animadverſuri in eum, qui transgredi lineam præclusoriam attentaſſet; merito debebamus

*) Vide Tom. IIdo ſub G.

mus illi sustentando prospicere, quem nostra causa commeatus libertate, quaerendisque vitae mediis exclusissemus.

Ita definitis novae manipulationis partibus, de eadem in efectum deducenda erat cogitandum. Pronum erat prospicere, rem & novitate hic sua invidiosam, & singulis, quos separationis necessitas feriret, illo in primis curandae rei familiaris tempore gravem, atque molestam, & cum eorum, qui imperia exequerentur, periculo conjunctam non paucas difficultates habituram. Itaque commissarius regius, qui ipse propius adesse rebus non posset, vice-comiti sirmiensi, viro & auctoritate, & rei gerendae dexteritate apud suos conspicuo, negotiorum in districtu rumensi procurationem juxta stabilita principia faciendam mandare decrevit, eamque ob rem 27ma Augusti ad Gollubincze, confiniariam regiminis petrovaradinensis possessionem oppido Ruma vicinam, *) profectus eundem, deinde Rumae stationem habiturum, una cum nonnullis sirmiensibus magistratualibus, in eodem districtu rem acturis, evocavit, ut habito ad lineam praeclusoriam petrovaradinensem conventu coram commendaret negotium, unaque & partes novi muneris uberius explicaret, & singulorum adjunctorum quam optime coordinandorum consilia iniret.

His commissarii regii dispositionibus molesta hoc loco comitatus sirmiensis auctoritate, se se etiam benigno sanitatis normativo fulciente, intercessum est. „Vice-comitem, quo totius „comitatus salus nitatur, non posse uni districtui rumensi addi„ci; eum, si Rumae stationem esset habiturus, cordone mangye„losensi a ceteris districtibus prohibitum, ab horum cura exclu„sum iri: eadem de causa interdictum illi publico nomine ad „Gollubincze accessum esse, qui, ut eo perveniret, ultra lineam mangye-

*) V. Tab. IIam. Isthic statio colonelli regiminis petrovaradinensis a Milutinovics, & regiminis chirurgi Colli fuit, ex qua proxime locis infectis, hinc & inde sitis, adesse poterant.

„ mangyelosensem descensurus, inde vigore sanitatis normativi „ reverti non posit. "

Itaque commissarius regius, mutare coactus consilium, si judicem nobilium rumensem Laurentium Lovrencsich eum esse comperit, cui plena cum fiducia rerum omnium processus rumensis imperia, negotium pestis attinentia, deferret; tamen debuit metuere, ne, si contagio in plures possesiones distributo is, unico jurassore stipatus, omnia unus complecti non posset, rei difficilis multiplices partes in eorum denique manus debeant devolvi, quorum sive zelo, sive dexteritate non satis acquiescere liceret.

Eo magis hæc acerba commissario regio, pestis negotia intimius complectenti, acciderant, quod eodem tempore erupisse Jazakini pestem judex nobilium retulit, & Neoplantam reverso possesiones Gergeteg, & Rivicza, hanc Neradino; illam Irreghino proximam, ad censum infectarum accesisse nuncii publici Irreghino misi retulerunt. Possesiones Rivicza, & Gergeteg communi cum Irregh, & Neradin præclusionis ambitu actutum judex nobilium comprehendit; possesionis Jazak, Irreghino remotioris, territorium propriis, atque singularibus excubiis circumseptum est.

Tot in possesiones ab una scaturigine derivato contagio, eo magis jam aliarum plurium metuenda infectio fuerat, quod mala irreghiensia continuo increscere nunciarentur. Submisit medicus Budai catalogum quadringentorum amplius hominum, qui usque ultimos Augusti dies decesserant, quorum in cadaveribus visa aut bubonum, aut carbunculorum, aut solarum etiam petechiarum exanthemata accurate notata legebantur: addidit contagium per omnes oppidi partes ita diditum esse, ut nullam pene domum amplius a fomite immunem liceat existimare; multitudine cadaverum, quibus promte sepeliendis ministerium deesset, pluribus locis concitas mephitides esse; ipsa cadavera, tumultuarie pasim inhumata, fœtorem spargere; incolas vim etiam oppone-

D re

re iis, qui ægros ad nofocomium deducturi effent; commendatas contagii non contrahendi cautelas contemtui effe; nil medici hortationes, aut preces, nil minas proficere: quæ omnia folicitum de publica falute animum commiffarii regii eo magis perculerunt; quo felicior contra rerum fucceffus nunciabatur in ftatu militari, ubi indefefsi, atque efficaces conatus fupremi armorum præfecti fclavonici, excellentifsimi Georgii a Geneyne, qui univerfum peftis negotium inde ab initio ad finem usque rerum omnium eminenti femper, atque appofito zelo eft complexus, propediem ad exftinguendam in Kernjesevcze peftem effent perventuri.

Si horum malorum caufa præcipua in hominum aut ignorantia, aut indocilitate, atque infolitarum legum impatientia, & avitaram confvetudinum amore ponebatur; tamen non parum ipfa quoque oppidi conditio ad exaggerationem deplorandi ftatus conferebat. Populofum oppidum, quod quinque circiter hominum millia numeraret, multam rapaci, diuque per infidias progreffo contagio prædam obtulit; incolæ, maximam partem commercio circumforaneo viventes, perpetuis concurfationibus adfveverant; pauperes (& collabente in dies oppidi ftatu, qui effet antea florentior, horum numerus magnus fuerat) ditiorum domos frequentabant adire, neque domefticæ, quæ in promifcua mali difufione plurimis verbis commendabatur, contumaciæ locum fecerant; anguftæ plateæ, & angiportus; numerosæ in exiguis cafis familiæ; domus domibus arcte appofitæ, atque commiffæ; rara arearum difcrimina; frequens communio fecefsuum; *) pauci, iique communes toti oppido aquarum fontes; maxima e rivulis, oppidum perluentibus, hauriendæ aquæ fedulitas; macella locata in angiportibus, fororum anguftiæ; verbo: omnia ita prorfus comparata, ut pronifsimum fuerit, non modo incautos, quales erant

*) In medio foro tredecim domibus unus communis fecefsus fuerat.

erant plurimi, contagio fœdari; ſed etiam attentiſsimum quemque poſt longam ſui, ſuorumque ſervandorum accurationem quaſi ex inſidiis obrui.

SEPTEMBER.

Prima Septembris medici Vilhelmus Seele, Michael Gellei, Franciſcus Haaſz, ab excelſo conſilio erga præviam commiſſarii regii petitionem cum majore chirurgorum numero miſſi, advenerant, quos, a dirigente medico ſyſtema rerum gerendarum edoctos, commiſſarius regius ad ſtationes ſuas promovere properavit. Medicus Seele curam poſſeſſionum Neradin, & Gergeteg accepit, ut comitatenſis medicus rebus Irreghienſium, & Riviczenſium ſolis plenius vacare poſſet: Franciſcus Haaſz, Joanne Kütl poſſeſsionem Jazak procuraturo, inſpectionem medico-politicam proceſſus rumenſis mandatam accepit, brevi nihilominus Jazakinum translatus, poſteaquam anteceſſorem ſuum hepatis, colicique dolores a faciendo munere prohibuerunt, deinde vices prioris acturum. Medicus autem Gellei Vukovarinum miſſus eſt, ut interea proceſsibus vukovarienſi, & ilokenſi præeſſet, dum alterum hunc alius medicus propediem adventurus transſumeret. Chirurgi partim faciendo in locis infectis miniſterio; partim quotidianis per proceſſus viſitationibus admoti ſunt.

Aucto miniſterio medico, procurato ſufficienti numero veſpillonum, ſuppeditatis, quæ tum in promtu erant, vitæ adminiculis, renovata procurandæ ſeparationis, ægrorumque non celandorum commendatione parum ſatis conſultum eſſe perturbatis Irreghienſium, atque Neradinenſium rebus videbatur, neque præcepta chartæ commiſſa apud rude, & indocile vulgus, jamque ſua ipſius calamitate inſaniens quidquam profutura. Itaque medicus

dirigens, qui hinc quidem universi negotii causa a commissione regia decedere non posset; inde vero operam suam apud Irreghienses experiri satageret, identidem optabat, ut ei ita liceret Irreghinum proficisci, ne reditu ad commissionem regiam excluderetur. Quo magis certus erat, posse se id non cum sua tantum, sed cum omnigena adeo publica securitate exequi; quo magis in dies singulos patebat, quam aut incertæ essent, quas coram recensere non possis, renunciationes, aut vilia, quæ eminus darentur, imperia, quam parum tergiversationes accipiendorum, & mittendorum nunciorum rapaci malorum progressui admensæ essent; eo magis dolebat, hac sibi in saluberrima destinatione sua tenorem benigni sanitatis normativi adversum esse, cujus fundamento cum nuper jam obmotæ medico Kütl difficultates essent; sibi Neoplantam plane, extra omnem præclusionum ambitum, reversuro majora adhuc obstacula imminere intelligebat. Jam affulgebat spes dirigenti medico, ut generalem illam præclusionum normam, unice ad turcicas ditiones pertinentem, apposita imperia limitarent: sed denique tunc quidem metus consilio superior fuit, ac multo demum tempore post perventum est ad infringendam legem, quæ, peste per provinciam distributa, superinspectionem, si uspiam, hic certe, summe neccessariam, impossibilem reddat; quæ una ex causis fuit, consiliorum nostrorum successum diu cohibentibus; quave ultro observata vix, ac ne vix quidem ad finem malorum nostra certe opera accelerandum pervenissemus.

In

*) Quidam homines, ignari præteritarum rerum, tribus mensibus post ad ipsum excelsum consilium formidinis insimulaverunt dirigentem medicum, qua is ab aditu locorum infectorum prohiberetur. Ille, qui tunc quidem dudum jam infecta loca adiisset, respondit „ suis tantum interpellationibus denique sublatam esse le-
„ gem, qua tutus potuisset suæ illi formidini obsequi; certum se
„ esse, quod omnibus non dirigentis tantum, sed etiam curantis me-
„ dici

In id tempus professores academiæ militaris chirurgicæ celeberrimi, Joannes a Gabrieli, & Vilhelmus Böcking, Petrovaradinum advenerant, quos Augustissimus rei medicæ in confiniis militaribus procurandæ præfecerat: cum quibus, & præstantissimo viro, ac fortalitii petrovaradinensis medico Vincentio Künstler inito illo amicitiæ nexu, quem & consentientia circa instituendum negotiorum cursum consilia, & par salutis publicæ studium concire debebant, medicus dirigens se ad formandam commissionem medicam perventurum speraverat, quæ & collata plurium symbola agendorum indicationes magis ruminatas proponeret, & ipsa consiliorum conspiratione, atque consensu majorem datis indicationibus auctoritatem conciliaret, inque difficilis decisionis casibus levaret necessitate requirendarum, quas remotissimi daturi essent, opinionum medicarum, quæ si non aliam, moræ certæ, tardatorumque negotiorumque reprehensionem, atque quamvis majorem semper ad publica subsellia auctoritatem; tamen

„ dici partibus satisfacere possit, quin corripi contagio necesse sit; „ medicos negotia pestis tractantes non pestem formidare, quæ „ ignaros tantum, aut improvidos afficiat; sed censores, e longo „ terrarum intervallo factis vellicandis tuto occupatos, detrectare. „ Medicus Kütl gnarus & omnium obstaculorum, quæ libero per cordones commeatui opposita fuerunt, & mearum contra complurium perorationum, cui demum ego ipse facultatem ex uno infecto loco ad alterum per sanas possessiones libere commeandi exoperatus sum, sequentibus verbis super hac re scripsit mihi mense Novembri ex Veliko-Radincze „ Gratias tibi pro omnium, „ quæ egisti, maximo maximas agere debeo, quod irradicatam „ — — — opinionem feliciter superaveris, per quam nemini ab„ solute intra, extraque cordonem ire licebat. Aliquot certe in „ vivis essent, si mihi ab omni initio pro arbitrio huc venire li„ cuisset: nil demonstrationes, contestationes, nil preces profuerant, „ postquam loco clauso sermone, & literis agere omnia debebam. "

men non infrequenter minorem ad ipſa rerum adjuncta admenſurationem eſſent habituræ. Negotiorum a diverſis dicaſteriis gerendorum indoles huic medicorum, raro ceteroquin, conſensui intercesſit, brevique e vicinia etiam profeſſorum viennenſium, & medici petrovaradinenſis dimotus medicus dirigens ſuis ſe ſolius conſiliis relictum eſſe dolebat.

Iis, quæ proxime imperanda eſſent, tantiſper coordinatis commiſſarius regius, & præſentibus, qui undique renunciarentur, defectibus anxius, & futuras necesſitates tempore proſpiciens, mature ad implorandam optimi principis beneficentiam eſt converſus. Nil huc uſque legibus domeſticis circa ſumtus in peſtem neceſſarios proviſum erat; in apparanda ea, quæ univerſæ Hungariæ ſalute, atqe emolumento gererentur, paucorum comitatuum reditus, etiamſi impendi potuiſſent, non ſuffecerant; dominia terreſtria, quorum officiales non pauci difugerant, parum de ſervandis ſubditis, quorum caducitates ad eos lege devolverentur, ſolicita, ſubducebant ſe pasſim ferendo auxilio, primaque domeſtica peſtis ſubſidia a græco homine præſtari patiebantur, cujus munificentiam publicis tabulis conſignaſſent. *) Ita adflictis patriæ rebus ſola regis clementia ſupererat, quæ, omni in caſu ſolita eminere, ne difficillimis quidem rerum adjunctis largitatem ſuam eſt paſſa cohiberi. Non modo ſumtus omnes ærarii regii nomine faciendos eſſe Auguſtisſimus decrevit, atque magna annonæ in comitatu bacſienſi promtuaria Sirmienſium necesſitatibus dicavit; ſed huic beneficentiæ raram inſuper illam, atque iſto in primis tempore magnificam conditionem addidit, ut, cum rapacis mali indoles moroſas ſingularum erogationum asſignationes via

*) In congregatione generali comitatus ſirmienſis, Mangyeloſini 6ta Septembris anno 1795 celebrata, Joannes Lazarevich, mercator mangyeloſenſis ſuum commercio vivens, mutua obtulit VI millia parati aeris in uſus negotii peſtis ſine præſtandi, quamdiu peſtis duraret, cenſus ſtipulatione.

via dicasteriali faciendas non satis ferret, sola commissarii regii afsignatio ad quantamcunque argenti, aut annonæ quantitatem depromendam sufficiens haberetur.

Alterum ad rem bene gerendam adminiculum desiderabatur illud, ut ii, quibus imperia daret commissarius regius, quorumve opera ad singularium quarumque dispositionum executionem uteretur, non tantum officii sensu; sed etiam futuri emolumenti spe ad eam, quam ista negotia deposcerent, alacritatem atque afsiduitatem incitarentur. „ Medicis, qui se in curandis „ epidemia affectis peculiariter distinxerint, pro circumstantia„ rum ratione de fatigiorum suorum remuneratione, & gratia, ac „ clementia regia nuper jam assecuratis „ singulatim magistratuales, tenuifsime soluti, & nunc a privata etiam œconomia prorsus abstracti, atque præsentaneo insuper vitæ periculo obnoxii, regiæ vocis exstimulatione videbantur indigere. Huic quoque desiderio commissarii regii Majestatis Suæ clementia ultro, libenterque detulit. Jussus est commissarius regius „ magistratuales omnes, „ qui cum periculo vitæ in supprimenda modo grassante epide„ mia operam suam sedulo locaverint, affidare, certosque reddere, „ quod eosdem non solum gratiæ, & clementiæ regiæ recommen„ daturus; sed etiam condignam laborum suorum remuneratio„ nem, meritorum prœmia, ac gratiæ complacentiæque regiæ „ tesseras exoperaturus sit. „

Denique, cum præclusoriæ lineæ, ad quas soli coloni excubarent, non satis tutæ contra omnes prævaricationes esse viderentur, quod metuendum esset, ne custodes, cognatione, affinitatibus, commercii communione juncti custoditis, in istos indulgentiores sint, proque coercendæ pestis adminiculo ejusdem propagationi inserviant, eamque ob rem peraccommodum fore visum esset, si miles & stricte doctus obsequium, & alienigena domesticis vigiliis interseretur, huic quoque commissarii regii petito, ferventibus licet cum diro hoste prœliis, optimus princeps accefsit

accefsit. Locatæ primum ad extimos cordones, bacfienfem, & veröczenfem, quorum fufferendorum fpes brevi conciderat, centuriæ jellafichianæ quatuor; ferius integra phalanx gyulaianæ legionis, in ipfum comitatum firmienfem transpofita, cordonis mangyelofenfis, & alterius, qui circum oppidum Vukovar fubinde ductus erat, fecuritati profpexit.

Actis iis, quæ ad externa fubfidia procuranda pertinebant, ad domeftica felicis fucceffus adminicula in primis illud intereffe palam fiebat, ut populum dicto audientem haberemus. Plebs, tenax facrorum rituum, deteftabatur imperia, quæ pugnarent cum illis ritibus, atque in iis etiam, quæ præter religionem effe videri poterant, libenter ad facerdotes fuos refpiciebat. Itaque excellentifsimus archiepifcopus carloviczenfis Stephanus Stratimirovich, (ad græcum enim ritum potifsima Sirmii pars, pofsefsiones infectæ omnes pertinebant) a commiffario regio ea de re interpellatus, incunctanter omnem illi fuam in fuos auctoritatem mutuatus eft, datisque publicis literis populum non necefsitatem tantum, fed utilitatem etiam obediendi, & officium antiquandorum rituum docuit; facerdotes, ut & verbo fingulatim parochianos hortarentur ad parendum, & exemplo ipfi præirent, commonuit: cumque ipfe, qui tum extra comitatum degeret, omni in cafu adeffe rebus non poffet; abbati gergetegenfi Stephano Avakumovich, qui vicaria facrorum poteftate in Sirmio fungebatur, hac quoque in parte vices fuas mandavit. Qui vir & fub ipfis initiis, & deinceps, cum translatæ in Sirmium commifsioni regiæ perpetuo ad latus effet, ea promtitudine, ea prudentia regendorum animorum, ea vi orationis, qua non infrequenter ad populum verba fecerat, omnibus commifsionis regiæ difpofitionibus velificatus eft, curfuique negotiorum promovendo infervivit, ut omnino fummam & boni civis laudem, & egregii paftoris commendationem meruerit.

Infeli-

Infelices non minus, quam parum appofiti fuperiorum temporum conatus contra peftem, uti fummum mali horrorem, ac metum; ita necquicquam locatæ omnis, qua contra niteremur, operæ triftem, atque defperabundam perfvafionem ad pofteros transfcripferunt. Ita cum alii contemnerent difpofitiones, quas eodem irritorum conatuum charactere comprehenderant, nollentque fruftra obniti morti, quam efugere non jam amplius poffent; alii internecinum malum ad caufas non fuas referentes, uti hifce aut vitatis, aut oppugnatis nil proficiebant; ita avocabantur ab eorum ufu, quæ veram utilitatem esfent habitura. Undique præjudicia hominum, undique ignorantia eorum faluti intercefferat. Itaque profeffor politiæ medicæ popularem de pefte inftitutionem, aliquam quafi catechifmi fanitatis particulam, fibi elabarandam exiftimavit, quæ hominibus, inani metu folutis, vitæ fervandæ confidentiam faceret, mediaque facile parabilia commonftraret. Utroque fcopo cum ita potitus esfet, ut incolæ, cum quibus deinceps confveverat, fe illa inftitutione & plurimum eruditos, & in ærumnis fuis magis confirmatos effe pafsim profiterentur; facile potuit eminere fuper eorum cenfura, qui in populari inftitutione nova, nefcio, quæ inventa defideraverunt, eoque nomine auctoris apud excelfa dicafteria commendationi intercefferunt. Ea inftitutio, quam tomo II^{do} fub H. adnectimus, omnibus per provinciam, & vicinas oras indigenis linguis expreffa, multis exemplorum millibus distributa inter incolas eft. Hominibus legendi ignaris ut vifitatores, chirurgi, medici magiftratuales, loca identidem adeuntes, eadem principia inculcarent, provifum fuit.

Eodem tempore forte dirigenti medico normativum contra peftem in manus convenerat, quod a celeberrimo Chenoto elaboratum, locupletatumque iis fanctionibus, quas exculta a viro fummo peftis doctrina fecum ferebat, rerum a fe deinceps gerendarum aliquam normam effe eo magis defideravit; quo minore & fumtu publico, & fingularium civium cum moleftia geri

a ſe negotium debere exiſtimavit. Sed præceptiones, quæ, etiam fide peſtis pene obſoleta, ad ſanctionis publicæ dignitatem non pervenerant, medias inter procellas quaſi ignotum numen arripi non potuerunt, cumque quantovis pretio depellenda peſtis eſſet; exaggerati, quantumvis acerbi, veterum ſanctionum canones pleno cum rigore ſervandi cenſebantur. *) Ita ſubductum nunc utilitati publicæ opus viri immortalis ut ſaltem in futuros humani generis uſus pateat, thecarum e pulvere erutum hisce actis noſtris inſerendum exiſtimavi, multam, ut mihi blandior, lectorum gratiam initurus. **)

Hi commiſſarii regii, & dirigentis medici labores triſtibus per initia Septembris novarum peſtium nunciis interpellabantur, id unum habentibus ſolatii, quod, malo per primas pene medicorum viſitationes detecto, novi harum viſitationum, per comitatum ſirmienſem introductarum, inſtituti utilitatem mature comprobatam dederunt.

Prima de productis in Pernjavor-Krushedol ***) a morbo contagioſo cædibus facta renunciatio eſt. Pagus in colliculo poſitus ita, ut areæ, hortulique citeriorum domorum in vallem ſe demitterent, in ipſa valle juxta viam regiam, Carloviczium ducentem, appoſitum habebat diverſorium, cujus arendator, mercator græcus Janko Nedelkov, cum una domum teneret in Kernyeſevcze, finiente menſe Julio, nullis dum aut contagioſi morbi ſignificationibus, aut præcluſionibus exiſtentibus, eodem excurrit, indeque reverſus eſt: proximis a reditu diebus, ipſa ultima Julii,

*) Et tamen ſolo eo, ſi contumaciæ terminus non ad 20[mum], ut Chenotus vult; ſed ſaltem ad 28[vum] diem defixus fuiſſet, duorum menſium innocuum prorſus compendium in ſumtuoſo, pluriumque comitatuum incolas & occupante, & gravante negotio feciſſemus, quod hiſtoriam depurationis oppidi Irregh lecturi facile intelligent.

**) Vide Tom. II[do] ſub I.

***) V. Tab. I[am].

lii, moritur parva illius proles, biduo ægrotans: 10ma Augusti moritur proles altera, brevi morbo defuncta: 15ta sequitur proles tertia cum viro, & femina, in domo cohabitantibus: sola repetitæ mortis suspicio (neque enim aderant, qui morbum discernerent) fecit, ut vigiliis diversorium circumstiparetur: 26ta Augusti uxor arendatoris; 28va ipse ille mortem obivit, contagioso morbo ultima Augusti, & proximis Septembris diebus jam in familiis pagi ipsius sese eferente, primaque medici Haasz visitatione in familia Tosics declarato.

Multis nominibus tristiore sensu perculit commissionem regiam ille nuncius, qui de primario comitatus sirmiensis oppido Vukovar infecto advenerat: namque, tam remoto a ceteris infectis possessionibus loco ad acerbam illam classem relato, nil pene jam de toto longe comitatu boni sperari poterat, & populosum oppidum, atque sive incolarum mercatoria indole, sive domorum coacervatione Irreghino simillimum, plurimam internecinæ stragis occasionem oblaturum videbatur, & tam quod affine esset Danubio; quam, quod antiquiores quoque pestes hinc potissimum in cis-danubianas partes distributæ essent, maximum contagii in Hungariam transferendi metum faciebat.

Proxime metum ea solicitudo exceperat, ne malum, suapte indole sævum, culpa hominum exasperaretur. Res irreghienses, proprioque causarum, quæ tales illas præstitissent, notitia solicitudinem illam debebant excitare. Videbatur præsentia commissarii regii, si ullo, hoc certe in casu sive ad consolandos infelicium animos, sive ad excutiendum pavorem, sive ad finiendas tergiversationes, uti summe necessaria esse, ita plurimum valitura. Quare medicus dirigens permovit denique commissarium regium, ut seposito, qui hic tantis emolumentis intercederet, rigore normativi, quo a præclusionibus subintrandis prohiberetur, ipse proficisceretur Vukovarinum cum iis cautelis, quæ eum ab omni contagii contrahendi occasione tutum præstarent, & comi-

tiva perſonæ magiſtratualis extracordonalis, quæ comitatibus cis præcluſionem exiſtentibus fidem faceret obſervatarum illarum omnium cautelarum, dum non melior publica ſanctio juſſerit ipſa commiſſarii regii, & perſonarum negotia peſtis dirigentium fidejuſsione acquieſcere, atque perſonas has, quibus patria tam momentoſi negotii procurationem mandaverit, iſta alienæ fidejuſsionis ignominioſa non minus; quam ſuperflua neceſsitate exolverit.

Itaque profectus Vukovarinum commiſſarius regius cum medico dirigente eſt, inſpectaque vici infecti (Brdo) præcluſione, cum denique vetuſta hominum præjudicia a ſpectandis ægris, refellendis ex hoc ſpectaculo, quæ contra præſentiam peſtis iſthic obmovebantur, argumentis, indagandaque ſeparationis accuratione medicum dirigentem prohiberent; in poſteram diem pro ulteriori agendorum deliberatione magiſtratuales, & medicum, negotia Vukovarini curantem, ad raſtellum novoſellense evocavit: *) unde Eſzekinum in negotio plene coordinandæ præcluſionis veröczenſis, & contumaciæ ad Kliſſam erigendæ facto itinere, ob violatam præcluſionis lineam pene aditu magiſtratualis domus intercluſus eſt, factæque, quod dicebatur, prævaricationis publicam accuſationem inivit.

Omnia hæc in negotio ad ſalutem publicam gerendo eo magis deploranda fuerant, quod ipſæ illæ agendorum interceſsiones ex officio fieri ita debebant cenſeri, ut ii ipſi, qui hæc impedimenta ponebant, ſi contra feciſſent, etiam piaculo ſe obnoxios redditum iri potuerint metuere. Nil circa tractanda peſtis negotia ultra normativum ſanitatis definitum fuit; magiſtratuales commiſſario regio in iis tantum, quæ ſecundum normativi tenorem mandarentur, parere ſe debere exiſtimabant; apud viros, rem medicam, politiam medicam non doctos, ſalutari legum interpretationi locus non fuerat; neque illa in tantis undique meti-

*) Quæ hic acta ſint, in ſpeciali peſtis vukovarienſis hiſtoria referentur.

metibus, ipſa naturæ mali ignorantia altis, exaggeratisque, cito reddi probabilis potuit.

Erat his temporibus illud quoque nimis inimicum idoneæ rerum adminiſtrationi, quod, quæcunque agenda proponerentur, domeſtico legalium congregationum ſcrutinio prævie penſanda exiſtimabantur. Utiliſsimum, & maxime accommodum penſandis legibus civilibus, dicendo juri inſtitutum parum idonee transferebatur ad inſtituenda peſtis negotia ab iis, qui principia ferendarum ſuper hoc objecto legum, ineundarum diſpoſitionum ſcire non poterant, & neceſſaria congregationum moroſitas minus reſpondebat rapaci contagionis ingenio, atque ſummam, quæ hic deſiderabatur, executionis procurandæ celeritatem tam per ſe; quam etiam ex eo tardabat, quod, quæ prævie a commiſsione regia expensa protinus jam in efectum deduci oportebat, nova iterum ruminatione egere cenſebantur. Itaque omnibus hisce cauſis omnino nutrimentum peſtis frequentatæ per initia congregationes fuerunt.

Redux ex itinere vukovarienſi medicus dirigens, adque ulteriorem negotiorum procurationem converſus poſtquam intercluſum ſibi denique ad oppidum Irregh aditum intellexit, ubi mala in dies ſingulos increſcere pene quotidie nunciabantur; nil jam ei ad ſalutem publicam reliquum erat, quam ut chartæ committeret, quæ ſibi deinceqs agenda viderentur. Sed vero, quid demum agendum, quomodo afflictiſsimis rebus accommoda medela ferenda eſſet, difficile fuit decernere. Pro locorum, ad quæ proxime translatum contagium eſſet, tractatione, pro initiis peſtis & commendatam, & pluribus exemplis probatam ſeparationis methodum ſcriptores reliquerunt: ubi contra paſsim ſæviret malum, lateque didito fomite internecinum eſſet; ita nil celeberrimi noſtrorum etiam temporum ſcriptores, ita nil ipſi illi, qui priorem illam methodum morbi incunabulis tam appoſitam ſcripſerunt, contra moliti ſunt, ut etiam noxia eſſe, quæ contra niterentur,

conamina afferereut, malumque, aut fuis ipfius cædibus exhauriendum, aut mutata annorum tempeftate corrigendum, fupra vires humanas eminere pronunciarent. Nil ifta diræ necefsitatis cogitatione acerbius fuit. Sed denique hinc ardor ferendi auxilii; inde virium humanarum confidentia defperandi auctoritatem indignata eft. Profeffor politiæ medicæ, certus non difficilem locorum nuper demum infectorum tractationem effe, cœpit cogitare, an non ad modum, viamque aliquam effet perventurus, qua locum pafsim infectum ad conditionem poffefsionis neo-infectæ perduceret. Hanc ideam perfecutus elaboravit denique planum fuper fomite peftis in Irregh, & Neradin exftirpando, quod cum ftatim ad medicos Budai & Seele transmiffum effet; nihilominus expetenda effe fuper eo facultatum medicarum judicia medicus dirigens exiftimavit, cum, ut in rei gravifsimæ novitate collegiorum illorum auctoritate fulciretur, quorum aciem vis illius ideæ fugere videbatur non poffe; tum vero, ut propofita cadaverum exhumatio, cui domeftica præjudicia adverfatura effent, eorundem confenfu ftabiliretur. Facultatis medicæ viennenfis opinio finiente menfe Octobri; pefthanæ medio Novembri ad commifsionem regiam in Sirmium pervenit. Juvat & planum meum, & facultatum opiniones toto fuo tenore expreffas huic operi accludere. *)

Sed vero hæc medici dirigentis confilia in id tempus inciderant, quo Irrrghienfes omnium minime dicto audientes evadebant. Fiebat prunorum collectio: proximæ inftabant vindemiæ, quas fubinde fagopyri mefsis exciperet: in his fummæ incolarum divitiæ ponebantur; his pauperum maxima pars & alebat vitam, & exhilarabat: nemo fe ab his laboribus finebat abftrahi, qui, quinta jam pene hominum parte abfumta, copiofiores in fuperftites devolvebantur: extranei in territorium, quod undique aut cadaveribus, aut ægrorum, mortuorumque exuviis fcateret, deduci ad operas non poterant. Itaque ab hoc tempore maximas conta-

*) Vide Tom. II^do^ fub K.

contagii virulentia ſtrages edidit, ſoloque menſe Septembri quingenti amplius homines victima internecinæ calamitatis fuiſſe nunciati ſunt. *)

Hos inter generales labores commiſsionis regiæ menſis September ad finem properaverat, quo tempore duo novi medici, Ioannes Skudek, & Paulus Czörfux, ab excelſo conſilio ad oras ſirmienſes exmiſsi, advenerunt, acceptisque a dirigente medico rerum gerendarum medico-politicis præceptionibus, ille proceſſus ilokenſis; iſte vukovorienſis inſpectionem medicam transſumſerunt, medico Gellei unice jam multiplicibus vukovarienſium ærumnis dicato.

OCTOBER.

Ea, quæ optatum in Sirmio rerum ſucceſſum magna ex parte aut ſucciderant, aut certe morabantur, auguſtiſsimum principem latere diu non potuerunt. Itaque primis Octobris diebus venit ad commiſſarium regium ea altiſsima diſpoſitio, ut, diu levatus procuratione negotiorum extracordonalium, ipſe cum dirigente medico quanto ocius ſtationem ſuam figeret intra comitatus infecti ſirmienſis limites, atque ita poſſet & omnia ipſe uſurpare oculis, & in promtu rebus undecunque adhærentibus medelam adferre, & præſentia, atque auctoritate ſua obſtare difficultatibus quacunque demum ex parte ſe ſe offerentibus, & denique ſacratiſsimæ ſuæ majeſtati

*) Jam magis, atque magis præceps agit omnia fatum.
Nec medii dirimunt morbi vitamque, necemque.
Sed languor cum morte venit, turbaque cadentum
Aucta lues, dum mixta jacent incondita vivis
Corpora: nam miſeros ultra tentoria cives
Spargere funus erat.

M. Annæi Lucani Pharſal. L. VI.

ti fideles rerum ftatus renunciationes ex autopfia depromtas fubfternere. Rerum curfui impenfius adurgendo addita fupremi comitis illuftrifsimi Jofephi a Szápáry domeftica auctoritas eft, qui, accepta „ fovendæ cum commiffario regio cointelligentiæ „ altifsima inviatione, Pofonio, ftatione fua directoris fcholarum regii, continuo advolans, quavis deinceps occafione fummo ftudio, maxima promtitudine, omnique cum auctoritate fua infervivit promovendis, adurgendisque commiffarii regii difpofitionibus, atque five comitate fua, five adhortationibus magiftratuales fuos ad communem rem toto pectore provehendam perduxit, cunctosque, qui intercurrerant, obices exæquare adlaboravit. Denique rerum extra comitatum firmienfem ulterius gerendarum provincia illuftrifsimo Sigismundo Lovász, confiliario aulico, & comitatus bėkefienfis fupremo comiti, qui occafione poftremi belli turcici fupremi provincialis commiffarii regii dignitate eminuit, demandata eft.

Ita in duas jam partes fecedente rerum imperio, antequam eorum, quæ in Sirmio deinceps acta funt, expofitione lectores occupemus, juvat uno tenore illa præmittere, quæ extracordonalis commiffarii regii alacritas, & vigilantia ad arcendam a cetera Hungaria peftem coordinavit.

Omnino enim, rebus firmienfibus nulla ufquam ex parte in melius vergentibus, multiplicatis Irrighini ad fummam confternationem necibus, contagiofo fomite in plures, atque etiam remotifsimas poffefsiones dilato, major etiam; quam fub primis initiis, metus aderat, ne ad ipfos Hungariæ comitatus, nulla jam fluviorum intercapedine discretos, contagii fomes proferretur, & omnia etiam nimis videbantur indicare, felicis exitus expectationem in longum aliquod tempus defigendam effe, ut apparatum omnem, qui videatur effe neceffarius, non modo ad fecuritatem; fed etiam ad diuturnitatem inftructum effe oporteat.

Magnas

Magnas has destinationes viri, in omni administratione publica versatissimi, par contentio brevi tempore executa est.

Primum erat, ut excubiæ juxta civitatis neoplantensis, comitatuum bacsiensis, & veröczensis limites locatæ stabilirentur, & partim equestri milite czartoriczkyano dudum in provincia existente, partim nunc erga præviam prioris commissarii regii intercessionem adventitia phalange jellachichiana firmarentur.

Magnum comitatus bacsiensis, & civitatis neoplantensis contra pestem tutamen Danubius fuit, qui, bona fortuna per mitem hiemem glacie non obductus, securæ defensionis constantiam procuravit. Itaque facile multo hic rariora esse vigilum tuguria potuerunt, ut pro varia soli inæqualitate tamen ad 200, 300 amplius orgyas a se mutuo distarent: universim 159 tuguria per totos longe limites comitatus bacsiensis, & territorii neoplantensis locata erant, cujus pars, ultra Petrovaradinum juxta Danubium procurrens, contra positum ex adverso Carloviczium peste fœdatum, & regimen petrovaradinense communienda erat. Cuilibet tugurio attribuebantur coloni septem, qui alternatim sese per intermedia tuguriorum spatia ita dividentes, ut invicem se contueri duo quique possent, atque furcis, ligonibus, sclopis etiam instructi continuam vigilantium lineam faciebant; noctibus perpetuo castrensi clamore & excitabant, & significabant attentionem suam; apparentibus in quocunque loco trajiciendi fluminis conatibus socios, ipsosque milites, rarioribus spatiis excubantes, in auxilium facile vocabant. Coloni isti omni hebdomada sese novi exceperant, successionis ratione per processuales judices nobilium coordinata; victualia adferebant secum; ligna, tunicas contra frigus defendentes a commissione regia accipiebant: eorum autem inspectionem habebant commissarii quatuor, Neoplantæ, Futakini, Palankæ, & in Novosello stationem habentes, qui adcurabant, ut justo numero semper adessent vigiles; incertis die, nocteque temporibus eorum attenti-

onem investigabant; iisdem contra illos, qui præclusionis leges prævaricari præsumerent, aderant, omnique tali in casu ad locum delicti accurrebant, accepta eo modo vocatione, ut vigil quisque vicino suo nuncium traderet, ulterius perferendum: atque adeo & hac causa, & propter varias alias commeandi necessitates per totum Danubii litus, antea ad fossas, lacunas, rivulorum efluxus, saliceta non pervium, via facilis exscissa, & exæquata est.

Has inter provinciales excubias varia proportione, prout quibusque locis facilior, aut difficilior per Danubium trajectus fuit, speciatim autem ad permissa actu trajectuum loca illocatæ excubiæ militares sunt & pedestres, & equestres, quæ continuo ultra citraque commeantes vigilandi adcurationem exacuabant. Quo magis omnis per Danubium transitus succideretur, cassati sunt privati quique trajectus, solo neoplantensi, futakensi, palankensi relicto; naves omnes e sirmiensi litore transsumtæ in citerius; molæ traductæ in sinistrum Danubii alveum, præmissaque depuratione per homines in bacsiensi comitatu conductos administratæ; piscandi libertas ad solum diurnum laborem, in facie excubiarum faciendum, restricta.

Ne vero commercium, quod superior Hungaria cum inferiori medio Danubii faceret, pestis causa prorsus intercideretur, constitutum fuit, ut liberum quidem esset navibus secundo flumine descendere: sed oportebat diurna tantum navigatione perfrui; oportebat legere sinistrum litus; insuper autem, ubi navis quæcunque ad Apatin, quo nempe loco Dravus cum Danubio confluit, pervenerat, primo quidem tempore famulus publicus addebatur navigio, cum eodem per totum præclusionis tractum descensurus; deinceps autem excubiæ ipsæ, per suæ quæque stationis intervallum, defluentem navim comitabantur. Ascensum navigiis difficilem faciebat litoris bacsiensis conditio, quæ, humilis, efundi aquas, fluviumque in ingentes lacus explicari admittebat, qui equis, trahendo impendendis, locum ambulandi succidebant,

cidebant, ut turgentiore Danubio omnino ſola anchorarum ope pluribus locis attrahendæ naves fuerint.

Linea præcluſoria comitatus veröczenſis, contra comitatum ſirmienſem ducta, in ipſo Danubio cœperat, ne Vukovarienſes, levi navigio litus legentes, altius provehi, deincepsque ultra excubias exſcendere poſsent. Navis major, per anchoram in medio flumine fixa, ſtationem vigilibus dedit, qui minoribus ſcaphis communicationem cum ſuo litore alebant (altera ibidem navis in ſimilem obſervandi uſum comitatus bacſienſis fuit): inde juxta ſicci confinii decurſum, partim foſſa exaratum, partim concædibus munitum, tuguria multo magis; quam in comitatu bacſienſi, coacervata pergebant numero 145, quorum quolibet tres coloni continebantur, pone ipſa tuguria per alternas vices agros vicini Sirmii obſervantes: vigiliis provincialibus militares tantum ad Kliſsam uſque interſerebantur, unicum locum, quo inter comitatum ſirmienſem, & veröczenſem contumacialis communicatio locum habebat: ultra Kliſſam partim raritas, partim difficultas commeandi ob lacuum, & uliginis frequentiam; partim denique conditio vicini Sirmii, illic a contagioſo malo maxime immunis, aſsiſtentiam militarem minus neceſſariam fecerat.

Proximum erat, ut modus exercendi commercii cum iis rebus, quæ, contagii non capaces, ſola lotione prævia e locis præcluſis ad loca, ſanitatis prærogativam habentia, transſumi poſſent, ea ratione coordinaretur, quæ homines, ea mutua commercia exercituros, ſatis a ſe invicem ſecluderet. Locus iis conditionibus proviſus, ut huic ſecluſioni, ut rerum lotioni idonee inſerviat, apud homines negotio avertendæ peſtis occupatos raſtellum dicitur. Ejusmodi raſtellis cum anteceſſor commiſſarius regius ſtationes quinque deſignaſſet, quarum nomina alibi jam nominata ſunt; ex harum cenſu nunc novoſellenſis ſtatio exmiſſa fuit, oppido Vukovar, jam infecto, nimis vicina, quod & longius abeſſe hujusmodi ſtationes a locis infectis commiſſarius regius voluit,

& aliæ tres, in comitatu bacſienſi exiſtentes, ſuffecturæ videbantur, utique ſuperioris Sirmii incolis, quibus novoſellenſis ſtatio inſerviret, majorem cum comitatu verözenſi; quam cum bacſienſi, commercii communionem habentibus, cui raſtellum kliſſense eſſet ſuffecturum.

Quomodo raſtella ſua commiſſarius regius inſtruxerit, data raſtelli palankenſis deſcriptione, cujus imaginem Tab. III^tia^ exhibemus, facile lector intelliget.

In ea ripæ bacſienſis ſtatione, ad quam naves Ilokino trajicientes appellebant, exſciſſa fuit area CC ejus capacitatis, ut 300 amplius homines cum ſuis ſarcinis locum haberent: eodem in loco vini dolia e Sirmio transpoſita lavabantur; ibidem pecora per trajectus navigium allata, & ad aliquam a ripa diſtantiam inde exacta, ut eandem natando attingerent, congregabantur. Hanc aream murus ligneus quatuor pedes altus ambivit, ex toto aſſeribus præſeptus, ne aut animalia penetrare, aut homines quid ſubtus clanculum tradere poſsint: ad hunc parietem libere Sirmienſes accedebant.

Parallele ad hunc murum extimus alter, itidem aſseribus factus, ejusdem altitudinis ducebatur, ad quem Bacſienſibus promiſcuus acceſſus patuerat: ſic area *deded* nata eſt, quam ducta in æquali utrinque a muris diſtantia clathra bifariam dividebant. Hujus areæ pars interior, iſta diviſione obtenta, commeatui famulorum expoſitorum patebat, res a Sirmienſibus transſumentium, atque lavantium; exterior a contumaciæ directore (nam idem & raſtello præerat), a cuſtode, & chirurgo raſtelli tenebatur, ut tamen extra tempora frequentioris hominum concurſus & Sirmienſes honoratiores, a quibus exceſſus aliquis metuendus non erat, ad interiorem; & Bacſienſes ad exteriorem aream in præſentia officialium, raſtellum inſpicientium, admitterentur.

In interiore area erant plures cadi (22) pro rerum minorum ad comitatum bacſienſem transponendarum lotione; erat

(ſed

(sed in iis rastellis tantum, ubi simul contumacia fuerat) tugurium (19) pro fumigatione literarum; domuncula, cujus unum cubile (18) hospitio famulorum expositorum; alterum autem (17) usibus commissionis regiæ, ad litus bacsiense transeuntis, inservivit: in clathris erant mensulæ (21), in quas pecunia sirmiensis aceto lota, & a famulo exposito cochleari ferreo excepta effundebatur, a custode rastelli connumerabatur, deindeque bacsiensi homini, ad quem pertineret, tradebatur: in exteriore demum area erat tugurium (20), ubi literæ, a famulo exposito fumigatæ, & medio forcipis officiali rastellari traditæ, per eundem proprio contumaciæ sigillo obsignabantur.

Peculiare erat instrumentum, quo fumigatio literarum perficiebatur. Scilicet cadus ligneus, conum resectum latiori basi insistentem referens, tegebatur operculo ligneo sese circum super coni ambitu demittente, & manubriis ferreis utrinque affixis levando, subtus quod, neque multo infra, intra conum ipsum expansa erat crates ferrea, super qua literæ thecis exceptæ a famulo explicabantur: infra cadus portulam habuit, per quam acerra prunis candentibus plena immittebatur: huic injiciebatur suffimigium russicum: claudebatur hic portula; illic apponebatur operculum: ita chartæ omnes fumo accensi e prunis suffimigii penetrabantur, levato operculo, forcipis ope excipiendæ.

Omnes illi recinctus superius descripti in medio portam habebant currulem, per quam currus, impedimenta majoris molis, vasa, animalia &c. ultra citraque traducebantur.

Ut majorem sive emtores, sive venditores, e plurium sæpe milliarium distantia ad rastellum accedentes, spem habere possint faciendæ, quam destinaverant, emtionis, venditionisque, singulares, quoque in rastello diversæ, nundinarum dies, singula hebdomada duæ, designatæ sunt, contemporaneum vendentium, & ementium confluxum procuraturæ.

 Quo

Quo major prævideri poterat hominum ad raſtella confluxus; quo magis quisque properabat finire ſua negotia, & ſucceſsivum aliquem faciendarum verſurarum ordinem interpellabat; eo magis erat providendum, ut accuratio, & vigilantia perſonarum raſtellari aliquo officio fungentium ſuper multiplicibus, quæ hinc naſcerentur, recti, & immutabilis ordinis interpellationibus emineret. Itaque & minutim omnes ſui muneris partes cuique ad raſtellum conſtitutæ perſonæ commiſſarius regius definivit, & inſpectionis tum per ſe, tum per magiſtratuales comitatenſes, ac inſpicientem medicum procuratæ ſeveritate earum exactiſsimam efectuationem conſecutus eſt.

Sequebatur, ut hominibus e comitatu ſirmienſi in Hungariam profecturis; ut mercibus, quæ contagii contenti ſuſpicione non vacarent, legitime depurandis proſpiceret, ut contumacias idoneas exſtrueret commiſſarius regius, & coordinaret. Tres eum in ſcopum deſignatæ ſtationes contumaciales ſunt, præcipuis trajectuum, & publici commeatus locis: Neoplantæ, Palankæ pro iis, qui vellent ad comitatum bacſienſem; pro illis autem, quos ad comitatum veröczenſem rei familiaris adjuncta vocarent, in diverſorio kliſſenſi juxta viam regiam, quæ e Sirmio Eſzekinum, principem comitatus veröczenſis locum, duceret.

Maximum eſſe Neoplantæ contumacialem apparatum oportuit. Cum enim Bacſienſes plurimi in amplis inferioris Sirmii promontoriis, juxta Danubii latus Cſerevicſio Petrovaradinum uſque decurrentibus, numeroſas vineas haberent; multi illorum ad eas colendas, ac faciendam denique vindemiam tranſire debebant, qui, laboribus finitis multi iterum, atque eodem inſuper tempore inde redituri, & ampla, & ob ingruentem hiemem etiam bene communita reclinacula depoſcebant. Itaque hanc in primis contumaciam, cujus ichnographiam Tab. IV^{ta} exhibet, ſpeciminis loco deſcriptam lectoribus ob oculos ponemus, etiam

contuma-

contumaciæ palankenſis ichnographia, Tab. III[tia] inſculpta, ad rem illuſtrandam uſuri.

A tempore poſtremi belli turcici exſtabant Neoplantæ ſupra recinctum civitatis non longe a Danubio tres domus magnæ, excipiendis ægris militibus ab imperatore Joſepho exſtructæ, quas a quadrata arearum forma (quarrées) vocabant. Earum domorum unam commiſſarius regius a ſtatu militari transſumſit, in contumaciales uſus commutandam. Primum erat, ejus ambitum ita præcingi, ne quisquam ſine officialium conſcientia aut intrare, aut exire poſſet. Itaque cum hinc quadrati ipſius latus J aream ſepiret; inde in eundem uſum latus K quadrati proxime vicini traheretur; anterius, & poſtrorſum ab uno latere ad alterum ducta eſt foſſa octo pedes lata, & profunda, L, M, cujus ſuggeſtum extrorſum factum vepres ad trium pedum altitudinem aggeſtæ armabant: illa unica porta curruli (N) patebat; hæc portis aliquot minoribus (n), ad ſingularia ægrorum, & reconvaleſcentium atria ducentibus, ſera obfirmandis, diſtinguebatur.

Latera (A), (B) ipſis contumaciſtis excipiendis impendebantur, quorum illud in decem, hoc in undecim repagula, intermedio duplicato aſſere diſtincta, dividebatur, ut quodlibet quindecim ad viginti homines facile caperet. Cuique repagulo propria area (O) juſtæ magnitudinis, quæ incluſis uſuram liberi aeris, & obambulationem concederet; proprius acceſſus (n); propria culina (p); proprius ſeceſsus (q) fuit; ſumma arearum foſſa ſex pedes lata, & profunda claudebatur; ſingulas alia, totidem pedes ſimili ratione menſurans, diſtinguebat: utrique uberius munimentum a vepribus fuit: pone portas arearum interius locabantur cadi, in quos aqua, e fontibus (r) per famulos non expoſitos hauſta, medio canalium ligneorum derivabatur: *) per areæ ſpatium funes complures perticis extendebantur, quibus ſuspen-

*) confer ichnogr. contumaciæ palank. Tab. III[tiæ].

quibus ſuſpenſam rem veſtiariam contumaciſtæ ventilationi, ſiccationique exponerent.

Ultra has commoditates erant alia quoque duo ædificia (C), (D) ad contumacialem normam inſtructa, quibus honoratior quisque contumaciſta cum ſuo famulitio excipi poſſet; erat hoſpitium (E) directoris contumaciæ; (F) chirurgi non expoſiti, & coci communis, apud quem, qui contumaciſta vellet, peculiares ſibi cibos apparandos curare poterat; erat (G) domus vigilum militarium, qui per ordinem pro ſepimento foſſarum obibant, & contumaciſtas die nocteque obſervabant; denique depoſitorium mercium (H).

Omnem hunc contumacialem apparatum poſteaquam commiſſarius regius & Neoplantæ, & Palankæ etiam, ubi ipſum adeo ædificium funditus erigi oportuit, intra quatuordecim dies perfeciſſet, kliſſenſi contumacia ad finem usque Octobris coordinata; addidit ſimul leges rigoris contumacialis ad amuſsim obſervandi; deſignavit directoris, utriusque chirurgi, famulorum utriusque generis officia; contumaciæ diuturnitatem ex tenore benigni ſanitatis normativi ita definivit, ut quicunque e locis infra lineam mangyeloſenſem ſitis tranſire vellent, quos omnes neoplantenſis contumacia exceperat, per 42 dies tolerandam recluſionem haberent; qui vero e poſſeſsionibus ſupra eam lineam poſitis, tamquam provincia minus ſuſpecta, advenirent, ſtatione palankenſi, aut kliſſenſi exciperentur, & 21 dierum moram facerent: quod temporis ſpatium medio menſe Decembri ejus anni auctoritate, & conſilio facultatis medicæ peſthanæ ad 30 dies prorogatum eſt. Denique ea circa recipiendos ad citeriores oras homines addita cautela eſt, ut nemo ex ipſis locis infectis illuc admitteretur, & omnes ante ſuum e comitatu ſirmienſi exceſſum a chirurgo officioſe viſitati ab eo teſtimonium nullius notæ, præſentem peſtem arguentis, acciperent, eo certius ne ipſas quidem contumacias contagioſo fomite contaminaturi.

Non

Non poſſunt contumaciæ ſive inſpectione, ſive conſiliis, ac directione perſonæ medicæ carere. Itaque tres contumacias totidem medicis, neoplantenſem eati phyſico Vincentio Stephani; palankenſem phyſico comitatus bacſienſis Joſepho Büky; kliſſenſem phyſico comitatus veröczenſis Mathiæ Kercſelics, probatæ dudum & doctrinæ, & fidei viris, commiſſarius regius inſpiciendas dedit, eorumque ſedulitate, & dirigendi prudentia per totum negotiorum curſum expectationi ſuæ omni ex parte ſatisfactum esſe libenter, & identidem eſt confeſſus.

Directores coutumaciarum fuerunt viri egregii, Joſephus Soppran neoplantenſis; Gregorius Krſtics, eoque ſubinde ad irreghienſem contumaciam translato, Stephanus Kramarics palankenſis; Joſephus Fonyó kliſſenſis.

Inſtructiones, negotia contumacialia, & raſtellaria coordinantes, una cum tabellarum, in quas director catalogos contumaciſtarum inſcribere debebat, formulis Tom. II^{do} ſub L accludimus.

Si hisce modis tutari Hungariam ab inferenda peſte oportuit; curandum inſuper erat illud etiam, ut, ſi qua forte illata esſet, ſtatim reſciretur, & viciſsim, nullis illatæ peſtis ſignis ſeſe eferentibus, certitudo de initis idoneis ad eam excludendam dispoſitionibus obtineretur. Itaque viſitationes hebdomadales earum ſimiles, quæ ex inſtituto dirigentis medici quotidie fiebant per comitatum ſirmienſem, commiſſarius regius per omnes præcluſioni adſitas provincias inſtituit, & medicorum domeſticorum ſedula inſpectione adcuravit.

Atque hæc erant ſumma capita dispoſitionum ad peſtem pertinentium, quarum tenore res extracordonales ad finem uſque præcluſionum feliciter, atque ad omnigenam publicam ſecuritatem geſtæ ſunt, quinque amplius millibus hominum contumacia defunctis; ſabellicorum ſeptuaginta amplius millibus partim quidem in bacſienſem; ſed plurimum in veröczensem comitatum

 trans-

transpulſis, ubi in Vukæ fluvii, & Palocsæ lacuum efuſionibus peracta pecorum tranatio fuit: minima mercium transſumtarum quantitas fuit, ſirmienſium activo commercio maximam partem in vino, potu cremato, fructibus, fagopyro, ſabellicis poſito.

Itaque licet jam nunc unice occupari rebus intra Sirmium geſtis, quo profecturus commiſſarius regius intracordonalis baro Joſephus a Püchler, ut virorum rei domeſticæ gnarorum conſiliis propius uti poſſet, literis Neoplanta datis præter ordinarium vice-comitem nonnullos alios viros primi in comitatu nominis, & auctoritatis Ilokinum, futuram ſtationem ſuam, evocavit, ut eos, ibidem deinceps habitaturos, perpetuo ad latus haberet: abbatem græci ritus non uniti gergetenſem Stephanum Avakumovich; Emericum Koczo emeritum plurium annorum vice-comitem; Joſephum Szalich eme itum fiſcalem comitatus, & dominiorum gremialium; Joſephum Parcſetich primum notarium comitatus.

Ilokinum pluribus de cauſis ſtationi commiſsionis regiæ maxime idoneum videbatur, quod & medium teneret comitatus, ut tam mandata, atque ſubſidia commiſsionis regiæ facillime ex eo loco in omnes partes diſtribuerentur; quam etiam relationes e cunctis partibus eodem æqua celeritate advenirent, & trajectui palankenſi, atque Danubio appoſitum procurandæ ex locis extracordonalibus quarumcunque neceſsitatum celerrimæ ſubminiſtrationi optime inſerviret.

Sed vero nullus erat in Sirmio locus, qui ſtante ea conditione, quæ commiſsionis regiæ introitum præ primis neceſſarium facere videbatur, idoneam illi ſtationem offerret. Lex, quæ cuicunque, ipſisque adeo publicis perſonis reditum e præcluſione, quam vi officii ſubintrarint, vetabat, videbatur depoſcere, ut commiſſarius regius, quem negotia propius intueri debere ſatis apparebat, ſemper intra præcluſionem bacſienſem, & veröczenſem eſſet: ſed, ipſo comitatu ſirmienſi per præcluſionem iisdem, quibus extima

illa

illa, legibus obnoxiam bifariam diviſo, utravis in parte mangyeloſenſis lineæ ſtatio commiſsionis regiæ defixa eſſet, conſequens erat, commiſſarium regium, quamdiu lex illa ſtaret, alterius partis acceſſu excludi, ut omnino eadem illa vetuſtis præjudiciis innixa lex fruſtrata ſit maxime ſalutarem Majeſtatis Sacratiſsimæ deſtinationem in eo poſitam, ut negotiorum curſus ipſis commisſarii regii non tantum conſiliis, atque præceptis regeretur; ſed etiam oculis, & obtutui pateret, atque ejus in Sirmium transitus non omnino habuerit omnia illa emolumenta, quæ ſibi ab eminenti ejus zelo, ſummoque ſtudio ineundæ altiſsimæ complacentiæ merito poterat Auguſtiſsimus polliceri.

Septima Octobris veſpere commiſſarius regius cum ſupremo comite, & dirigente medico Ilokinum pervenerat, ſtatimque triſti nuncio erumpentis in poſſeſsione Shyd, magna, & populoſa, peſtis percellitur. Vir, qui ante quatuordecim dies a vigiliis in cordone mangyeloſenſi habitis redierit, in tertium diem æger, mortuus eſſe, magnique anthracis in cadavere veſtigia habere nunciatur. Poſtridie primo mane commiſſarius regius cum ſupremo comite eodem excurrunt, medicumque Gellei inſpectione cadaveris occupatum inveniunt. Erat tumor ingens, totus gangrænoſus, & lividus, a colli parte ſiniſtra verſus parotidem ejus lateris excurrens: cum præviorum adjunctorum primum, & tempeſtivum examen nullam claram prægreſsi morbi notionem evolveret; bubonis, aut parotidis anthracicæ ſuſpicionem medico fecerat. Itaque cadaver cum omni eidem ſuſpicioni admenſa præcautione ſepelitur; ordo domorum ejus plateæ *), in cujus forte medio is homo habitaverat, in contumaciam ponitur; vigiliis & anterius,

 &

*) Plurimæ Sirmii poſſeſsiones a duodecim inde, & quod excurrit, annis ita regulatæ ſunt, ut omnes domus ultra, citraque latas plateas parallele ad ſe mutuo locatæ, & idonea diſtantia, ac interſepimentis etiam, hortos poſtrorſum poſitos ambientibus, diſcretæ ſint, atque ita plane contumacialem ſtructuram, & ſeparationem referant.

& per medium hortorum tractum locatis circumdatur; quotidiana & contumaciſtarum, & ceteræ poſſeſsionis viſitatio a medico Skudek transſumitur; contumaciſtæ ſtatim ad dom orum, & ſupellectilis mundationem adſtringuntur; miſsis per omnes circum posſeſsiones literis ſevere præcipitur, ne uſque ulteriores ordines, ulteriori circumſtantiarum evolutioni admenſurandos, ullus quoquam ſhydenſis incola admittatur.

Contumaciale periculum cum ſuſpectis initum ſubmovit deinde ſuſpicionem peſtis in hac proceſſus ilokenſis poſſeſsione, & iteratæ medici Skudek indagines multa cum probabilitate eruerunt, hominem angina, potum & ciborum deglutitionem præfocante, laboraſſe, atque applicito ad externas partes pipere cum aliis acribus irritantibus ſtatum gangrænoſum concitum eſſe. Tribus ſeptimanis elapſis poſſeſsioni facultas liberi commeatus redditur; tribus aliis evolutis familia, & veſpillones hominis mortui contumacia ſolvuntur.

Proximis diebus commiſſarius regius, & ſupremus comes Vukovarinum profecti ſunt, inſpectaque ægrorum in lazaretho exiſtentium, contumaciſtarum, ipſorum in oppido reliquorum incolarum conditione, inveſtigato viſitationum quotidianarum ordine, indagatis incluſorum neceſsitatibus, eorum deinceps coordinatione occupabantur, quæ in quovis capite ulterius deſiderari judicaverunt, quemadmodum id ſuo loco uberius exponemus.

Collegium virorum, quos, localitatem ſirmienſem optime doctos, ad latus ſuum habere commiſſarius regius deſideravit, ejus tabellarii errore non convenerat, qui literarum cuique reddendarum provinciam a commiſſario regio accepit. Solus abbas gergetenſis Stephanus Avakumovich primo ſtatim adventu commiſsionis regiæ eidem ſeſe adjunxit, fixaque Ilokini ſtatione per totum deinceps negotiorum curſum in illis, quantum ex ſua parte poſſet, promovendis adlaboravit. Mutato ſubinde habendi illius collegii conſilio, commiſſarius regius ordinarium vice-comitem

tem ſubdelegati commiſſarii regii charactere condecoravit, ea ducendi negotii coordinatione inſtituta, ut rerum gerendarum imperia daret commiſſarius regius ſubdelegato ſuo, iſte & eadem ſingularibus locorum quorumque adjunctis accommodaret, & functionis cujusque executores deſignaret, & coram etiam efectuationem adurgeret; ſimul autem renunciationes a ſingularibus perſonis magiſtratualibus venirent ad vice-comitem, nova hac prærogativa negotiis intimius devinctum; iſte extractum ſignificationum officioſarum commiſſario regio ſubſterneret.

Hæc dum geruntur penes commiſsionem regiam, moderamine peſtis in diverſis poſſeſsionibus diverſo ſucceſſu pergente, quem ſuis locis relatum daturi ſumus; res irreghienſes, jam inde a priori menſe illum ad mali gradum provectæ, ut vix pejor cogitari poſſet, eodem triſti, & internecino tenore pergebant. Sola farinæ diſtributione, ſola mortuorum non tumulatione (passim enim jam, quo fere quis loco concidiſſet, ſubverſa tantiſper humo contegebatur); ſed pene tantum connumeratione omnis publica peſtis procuratio abſolvebatur: ipſam medentis medicam opem, & emolumenta noſocomii pauciores quidam amplectebantur: omni propemodum civili ordine reſoluto triſtis anarchiæ ſpecies tenebat oppidum, quam hoc menſe 683 homines morte ſua luiſſe cenſi ſunt.

Medicus dirigens, qui projectum de contagioſo fomite in oppido Irregh extinguendo, a ſe priori menſe elaboratum, fruſtra fuiſſe doluerat, neque per propius ſibi cognitas negotii ducendi difficultates ſperare poterat, fore, ut etiam finito vindemiælabore ſeria manus operi admoveretur, cujus executioni in amplo, & ad auarchiam delapſo oppido adurgendæ pauca illa, quæ rerum intelligentiam habebant, individuaparum ſatis ſuffectura licebat proſpicere; cum nil moliri non poſſet, id denique conſilium amplexus eſt, ut, erecta extra præcluſionis lineam capace contumacia, perordinem educantur irreghienſes incolæ, illis tantum ſolis denique

relictis, qui vacuati oppidi, relictorumque in eo utenſilium legitimam depurationem ſub medici Budai, & juraſſoris Hainovich directione eſſent peracturi. Huic contumaciæ ſubdelegatus commiſſarius regius locum pro ſua regionis notitia in terreno ſhatrinczenſi defixit, utque ejus deſignationem, & delineationem vice-judex nobilium Antonius Polyák, vocato in laboris ſocietatem geometra comitatenſi Joanne Virth, faceret, demandavit. Qui cum laboris a ſe peragendi ſchema paratum eſſe renunciaſſent; medicus dirigens cum ordinario vice-comite profectus ad raſtellum eſt præcluſionis mangyeloſenſis, quæ etiamnum aditu proceſſus rumenſis prohibebat, & advenientibus eodem magiſtratualibus ſcopos, principia, cautelas hujus contumaciæ coram expoſuit, quas deinde ſcripto complexus ſubſtravit commiſſario regio, qui easdem, auctoritate ſua ſancitas, ſubdelegato commiſſario regio efectuandas transſcripſit, in origine Tom. II^{do} ſub M accluſas. Contumacia poſt medium Novembrem apparata 226 Irreghienſes excepit.

Appropinguabat hiems, jamque de ægris, quos hucusque ſingulos aut binos uno tugurio, aſſeribus, aut viminum textibus facto, non incommode repoſuimus, meliori quadam ratione contra futuram intemperiem defendend s erat cogitandum. Medicus dirigens, huic neceſsitati mature proſpecturus, elaboravit planum noſocomii hiemalis, ſubinde etiam a facultate medica peſthana approbatum, idque commiſſarii regii penſationi ea ratione deſcriptum ſubſtravit, quam Tom. II^{do} ſub N exhibemus.

Poſt tamen, neque ita multo, facile intellexit medicus dirigens, planum illud non omnino ita comparatum eſſe, ut peſtis neceſsitatibus ſingulatim admenſum cenſeri debeat. Primo enim ſuperfluum eſt, velle ægros peſtem habentes a ſe mutuo diſcretos tenere: non enim aliter illi ſibi, quam quicunque ægri ulceroſi nimis

mis accumulati, nocere possunt: *) deinde, quod præcipuam aliquam in tractatione pestis attentionem meretur, ne ægri apud quos dubia tantum pestis est, cum eos a sanorum consortio segregatos præstare oporteat, ægris certo pestem habentibus commisceantur, & sic postea demum contagium assumant, quod aliquoties nulla certe medicorum culpa factum novi, id, inquam, non satis ista provisione obtinebatur, ubi, si etiam suspectis singulatim jacentibus alter; alter certo pestem habentibus famulus assignatus fuisset, tamen in tanta vicinia vel famulorum ope noxiam contaminationem ali oportuit: præterquam quod necessarium sit, cuilibet suspecto proprium ministerium esse, ne, si suspectorum unus omnino pestem haberet; alter ab ea immunis esset, medio communis famuli contagium iste acciperet.

Itaque cum erigendum deinceps medicus dirigens hiemale nosocomium haberet; non dubitavit illud ita coordinare, ut plures ægri in eodem cubili essent: de iis autem ægris, qui suspecti essent, ita disposuit, ut, destinato illorum cuilibet singulari tugurio contumaciali, unus eidem ex ipsius familia sumtus minister adderetur, ac tunc demum æger transferretur ad nosocomium, cum medicus nil amplius de præsentia pestis dubitandum statueret, ministro, qui hucusque fuit, jam deinceps contumaciam acturo: sin autem observatio morbi ægrum suspicione pestis exemisset; libere, tutoque una cum ministro ad suos, sive domi, sive in contumacia existentes, remitteretur.

Non satis erat, nulla pene ex parte mala nostra hucusque succidi; plura adhuc, eaque variis ex causis multum terren-

tia

*) Nec metus, ne ægri exanthematici ægris morbum sine exanthemate durantibus novum contagium communicent, videtur hoc loco considerationem mereri: 1mo, quia rarissimi sunt casus ægrorum non exanthematicorum; 2do, quia probabile est, uti solam febrem variolosam; ita solam pestis febrem sufficere ad temporariam a novo contagio impenetrabilitatem.

tia ad priorum cumulum finiente Octobri, & ſub Novembris initiis acceſſerunt. Uno pene tempore nunciata Kameniczii, in Veliko-Radincze, Gergurevcze, Beſſenovo, Beſſenovo-Pernjavor, & Shatrincze peſtis eruptio eſt. Oppidum Kamenicz peſtem, hucusque trans montes coactam, cis eosdem ad ripam Danubii, urbibus majoribus Petrovaradino, Neoplantæ vicinam, transtulit eo triſtiore præſagio, quod etiam ante quinquaginta annos hac via iisdem civitatibus communicatam eſſe peſtem ſeniorum traditio docebat. Poſſeſsiones Veliko-Radincze, & Gergurevcze, ipſi jam præcluſioni mangyeloſenſi appoſitæ, proceſſui ilokenſi, cis eam ſito, proxima contagii transplantatione minari videbantur.

Commiſſarius regius, matura malis ſedandis auxilia pro ſua promtitudine adparaturus, ad oppidum Kamenicz transpoſuit medicum Skudek, hucdum inſpectione proceſſus ilokenſis occupatum, & in negotio peſtis exercitum; poſſeſsiones Radincze, Gergurevcze, & utramque Beſſenovo medico Kütl, hucusque proceſſum rumenſem inſpicienti; poſſeſsionem Shatrincze medico Seele, hanc provinciam ultro expetenti, curandam demandavit; posſeſsionum infectarum præcluſiones judicibus nobilium faciendas commiſit; vice-judicis nobilium Polyák ſtatione in Ledincze defixa, ex qua proxime Kameniczenſium rebus adeſſe poſſet, proceſſus ilokenſem, & rumenſem inter medicos noviſsime advenientes, Thaddæum Pirkler, & Matthæum Petrovich, partitus eſt; ac denique Banoſtorinum, proximam penes Danubium cis cordonem mangyeloſenſem poſſeſsionem cum ſupremo comite, & dirigente medico profectus, inde cum iisdem Kameniczium ad negotiorum curſum ſua præſentia animandum excurrit, in noctem proximam reverentia normæ, moram non contumacialem intra lineas vetantis, Banoſtorinum reverſus.

NOVEMBER.

Jam aderat menſis November: ad priores incluſarum poſſeſsionum, & hominum ad lineas præcluſorias excubantium neceſsitates acceſsit majus lignorum deſiderium, atque etiam victuaria res in plures menſes, in longam fortaſsis, atque aſperam hiemem, & ſuppeditandis per montoſum ſolum vitæ requiſitis inimicam adparanda eſſe intelligebatur. Efecerunt ſermone ſuo, atque hortatibus commiſſarius regius, & ſupremus comes, ut denique dominia terreſtria, quorum ſubditi malo peſtis affligerentur, gratis ſuppeditarent omnem pene lignorum quantitatem, quæ in multiplices illos uſus requirebatur. Procurata caulium fermentatione ſubactorum, lentium, piſorum, fabarum, olei *) magna quantitas, eorumque inter poſſeſsiones, talium indigas, repartitio commiſſa judicibus nobilium proceſſualibus, judice nobilium Joſepho Szalai, qui, Thoma Bubanovics dudum inſpectioni cordonis mangyeloſenſis renunciante, eidem præfuerat, omnem transportuum, ad proceſſum rumenſem per ejus cordonis raſtellum faciendorum, rationem dirigente. Frumentum regia benificentia, uti dudum memoravimus, depromtum Eſzekini, ſumtuque itidem regio in farinam actum, quod favente cœli clementia ſub finem menſis Decembris, & initia Januaria 1796 ſecundo Danubio advectum ad litus palankenſe eſt, indeque per facilem miti hieme in ipſis etiam montibus commeatum, quacunque neceſsitas ferebat, devectum, imminentem alioquin ex tanta procurandæ rei familiaris interpellatione famem avertit.

Præcluſionem mangyeloſenſem commiſſarius regius hoc menſe peculiari ſe cura complecti debere exiſtimavit: namque, didita nunc, ut memoravimus, in proxime vicinas poſſeſsiones peſte,

*) Hisce potiſsimum vivit incola Sirmii.

pefte, magis jam metuendum erat, ne eo modo transferretur fomes contagii extra præclufionem, fortaffe parum fatis communitam, quo in illas poffefsiones per irreghienfis cordonis prævaricationes translatus eft; & coloni, nunc foluti laboribus in propriam œconomiam impendendis, plures jam adhiberi ad firmandam longam lineam poterant; & denique peculiari cura illocanda erat phalanx gyulaiani regiminis, quæ ad ftipandas colonorum excubias hoc ipfo tempore in Sirmium advenerat.

Linea mangyelofenfis *), a cordone regiminis petrovaradinenfis, juxta hujus limites ducto, non longe Mitroviczio fumens exordium, transfecta media firmienfi planitie ad montes excurrens, per horum finuofa juga progrediebatur continua, tandemque medio inter Banoftorinum, & Cfereviczium loco fe fe in Danubium demittebat, novem mille amplius orgyarum longitudinem emenfa. Ejus lineæ præclufioni firmandæ per omnem longe planitiem agger ductus eft, veprium munimine defenfus; per ipfa autem montium juga, & valles intermedias concædes pene fesquiorgyam altæ, majuscularum arborum ftrage congeftæ, provinciam infectam a fana discrepabant. Cis iftud munimentum tuguria pro reclinaculo vigilum erecta funt fubterranea, contra omnem aeris intemperiem magna præclari, & asfidui judicis nobilium Jofephi Szalai adcuratione fatis comparata, centum per omnem longe cordonem, inter quæ mediæ ftabant cafulæ excubiales, una-tres, arbufcularum, fruticumque textu conflatæ, quæ fingulorum vigilum ftationem defignabant, eosque in adverfam præclufionem profpectantes contra ventorum vim, aut imbrium, niviumque moleftias defendebant: juxta omnem longe tuguriorum tractum exæquata via patebat commeatus infpicientibus, qui, ubi fe præclufionis directio per præcipitia demittebat, exfectis in arduo monte gradibus, & lignorum ftrato, fulcroque firma-

*) Vide Tab. I^am^.

firmatis procurabatur: in tuguria milites, & coloni provinciales ita distribuebantur, ut decimum quodque tenerent milites; pro ceteris coloni excubarent: utrosque singulis hebdomadibus novi excipiebant: namque, media parte trium centuriarum*) in excubiis existente, pars altera in vicinis cordoni possessionibus se se ab excubandi molestiis reficiebat: coloni ex toto late processu ilokensi, & propiore districtus vukovariensis parte sumebantur.

Tolerandæ per hiemem, quæ in summis præcipue montibus non aspera esse non potuit, excubiarum sorti omnia præsidia commissarii regii providentia, & humanus sensus adparavit. Erant sui vigilibus duplices centones; erat longum pallium, quo stantium corpora satis contegebantur; erat semper in promtu res victuaria, & ordinate adferebatur: vinum etiam refocillandis a frigore corporibus aderat: panis nonmodo militi; sed colono etiam excubanti ex regia munificentia sufficiebatur, in quo pinsendo duæ pistrinæ, una Mangyelosini; altera Banostorini erecta, desudabant.

Ista cordonis coordinatio cum commissarium regium, & supremum comitem per plures dies Mangyelosini teneret; inde excursio ad inspiciendam, cujus tum maxime perturbata conditio fuit, possessionem Jazak, ad videndum item negotiorum in Veliko-Radincze progressum ab utroque inita est.

Etiam præclusionis lineis, ipsas possessiones infectas intra processum rumensem ambientibus, mutatio hoc mense inducta fuit. Cum enim illa, quæ possessiones Rivicza, Irregh, Neradin, Gergeteg complecteretur, per æstatem ita ducta esset, ut omnes inclusorum agri, longe Rumam versus procurrentes, eadem comprehenderentur, sicque isti curare rem suam familiarem possent; finito omni labore agrario, ingruente hieme, ad minuendum excubiarum numerum terminus harum præclusionum ex parte plani-

*) Quarta centuria circum Vukovarinum excubabat.

nitiei una pene quarta milliaris parte propius infecta loca ductus eſt, eodemque novis, ad hiemem comparatis tuguriis, ceterisque vigilum commoditatibus inſtructo additum etiam aggeris præſidium eſt, quem uno milliari longiorem judicis nobilium Lovrencſich infatigabilis conatus perfecit. Reductum iſtum cordonem Tab. I^{ma} exhibet.

Menſe Novembri aliquid jam ultra ægrorum in noſocomium perlatorum curationem, & mortuorum tumulationem actum Irreghini ad opprimendam peſtem eſt. Eriguntur prope caſarnam, quæ medicum Budai, juraſſorem Hainovich, & chirurgos hoſpitio excipiebat, tuguria contumacialia, hoc modo majori inſpectionis vigilantiæ obnoxia, quæ & reconvaleſcentes, & ſuſpectas de aſſumto uſpiam contagio familias exciperent; vico græcorum juxta dudum præſcripta a commiſsione regia principia depurando ſedula manus admovetur; inchoat caſarum humilium, annoſo luto fictarum, & putri ligno male nitentium ruina, quæ nec pretium laboris depuratorii merebantur, nec ſine multo mundantium periculo adiri poterant; familiarum, quæ erant emortuæ, reliqua ſupellex ſubducitur rapinis, multiplicandoque contagio, & certis elenchis ſignata in commune depoſitorium defertur; incolarum non pauci, nunc nulla re œconomica occupati, domeſticæ mundationi incipiunt vacare. Itaque cum hiſce cauſis; tum magna jam incolarum in magno oppido raritate, horumque ipſorum non paucis per exantlatum morbum a nova contagii asſumtione ſic ſatis immunibus & minuitur, & minus diditur contagii fomes; pauciores, ſi quidem ad priores menſes computes, ægri ſunt, pauciores moriuntur. Horum numerus ad 360 aſſurrexit.

Sub finem menſis Novembris ſupremus comes, quem negotia literaria diſtrictus poſonienſis, iterum inchoata, ulterius abeſſe ſtatione ſua non patiebantur, poſteaquam rebus peſtis ex mente, atque deſtinatione commiſſarii regii gerendis omni auctoritate ſua velificatus eſſet, Poſonium reverſurus, tranſivit ad contuma-

tuma-

tumaciam neoplantensem, suique apud bonos omnes, quos & sincero boni publici, quem unum præferebat, amore, & humanitate sibi obnoxios reddiderat, desiderium reliquit.

Aliquo post tempore etiam ordinarius vice-comes Franciscus Jankovich statione sua decessit, Budamque est profectus, quo eum publica negotia, apud excelsum locumtenentiale consilium pertractanda, avocarunt.

Minutæ mense Novembri Irreghini mortes si partim ad minutum eorum, qui mori possent, numerum referendæ poterant existimari, tamen aliis plerisque locis, & ipsis illis, quæ non ita multo ante infecta nunciabantur, is erat negotiorum decursus, ut satis appareret, quantum humani conatus ad coercendam pestem possent; quam salubri consilio introducta esset a dirigente medico separationis methodus; quamve felici successu medici omnes, hujus methodi principiis innixi, artem habendorum paucorum ex peste ægrorum exercerent. Quo laborum suorum fructu si universim potuerunt medici acquiescere; tum vero in eo singulatim gratulari sibi potuit medicus dirigens, quod propositam a se nullo prævio exemplo methodum opprimendæ per loca passim infecta pestis, quam Irreghini a promtissimo ad bona omnia Budaio iniri non potuisse summopere dolebat, medicus Seele primum in parva possessione Gergeteg; deinde vero in majore etiam Neradino eo successu executus est, qui omnem ejus de re nunquam prius probata expectationem superabat.

DECEMBER.

Omnia hæc mense Decembri magis adhuc luculenta fuerunt. Sopita primis pene separationibus in Radincze, Gergurevcze, Bessenovo utroque pestis fuit; extincta in Gergeteg, Krushedoll Pernjavor, Rivicza; extincta Vukovarini, Kameniczii; minuta in Jazak, ipsoque Neradin: Irreghini depuratione domorum jam ad

ceteros quoque vicos translata, ægris majori proportione deportatis ad nosocomium, incolis, & reconvalescentibus contumaciæ tolerantibus, hominum ex peste per mensem Decembrem mortuorum numerus ad 110 consurrexit: nonnullis hinc inde recrudescentiis promtà medicorum vigilantia feliciter ubique restitit: jamque præcipue in depurationibus rerum, atque domorum rite faciendis negotium adhærebat.

Medium mensem Decembrem commissarius regius visitandis, quæ erant in districtu rumensi, possessionibus infectis omnem impendit: in quo visitandi officio ut ita versaretur, ut tamen etiam legi, præclusionis linearum transgressionem sacranti, quantum ullo modo liceret, obsequeretur; Mangyelosini, proxima ad cordonem possessione, temporariam stationem fixit, ex qua mane quovis profectus, iter ad aliam quotidie, atque aliam possessionem direxit, ibi, quæ videbantur, inquirenda cum omnibus vitandi contagii cautelis inspexit, rursusque in noctem reversus Mangyelosinum est

Ista possessionum visitandarum ratio uti cum summis commissarii regii molestiis conjuncta fuit; ita parum omnino bono publico poterat inservire. Brevissimo die, tempestate incommoda, viis pessimis, ad duorum, trium milliarum distantiam iisdem equis eundum, redeundumque fuit commissario regio: maxima diei pars legendis viis; minima inspiciendo rerum cursui impendi poterat: vix videri omnia, nedum indagari, & causæ perquiri malorum; nedum idonea emendandorum, quæ oportebat, consilia iniri, aut adminicula definiri; nedum, quæ se offerrent, obstacula exæquari poterant. Sic optimam commissarii regii voluntem, quovis suo sacrificio procurandis publicæ rei emolumentis litantem, fatalis illa integras provincias præcludendi methodus frustrata est.

Singulas possessiones ita, ut nunc diximus, obiens commissarius regius cum eo imprimis afficeretur, quod a tanto in-

de

de malorum tempore tamen Irreghini nondum ſatis accomodum excipiendis, providendisque ægris noſocomium extare cerneret; libenter in rem humanam uſus dispenſatione largitatis regiæ, ſummam quingentorum florenorum noſocomio quantocius ad omnem commoditatem inſtruendo deſtinavit.

Reverſus ab iſta functione circa ultimos menſis Decembris dies commiſſarius regius, poſteaquam eorum, quæ hac occaſione ab ſe ſunt geſta, expoſitionem Majeſtati Suæ Sacratiſsimæ ſubſtraviſſet; ipſa ultima anni die accepit emanatam interea clementiſsimam optimi principis reſolutionem, quæ illi altiſsimam ſuper prægeſtis ad publicam ſalutem negotiis ſatisfactionem gravibus verbis teſtaretur, eumque ulteriori adminiſtrandarum rerum ad peſtem pertinentium, ſolicitudine levatum miſsione ſolveret, atque ad procuranda penes excelſum locumtenentiale conſilium ſanitatis negotia, dandasque, quas unus ille in gravibus quibusdam huc pertinentibus objectis dare poſſet, dilucidationes revocaret, ulteriori rerum intracordonalium provincia commiſſario regio extracordonali demandata. Primis Januarii diebus proficiſcens e Sirmio commiſſarius regius publicam eximii zeli, & præclari, atque indefeſsi rerum feliciter gerendarum ſtudii opinionem ſecum abſtulit.

Sic uno quaſi tramite expoſitis iis omnibus, quæ a menſe Julio ad finem uſque anni 1795 ita ſunt acta, ut eorum ratio, atque influxus ad totum late peſtis negotium, ad quasque infectas poſſeſsiones pertineret; commemoratis tantum iis, quæ rerum irreghienſium decurſum, menſium ſerie diſtinctum, ob oculos lectorum ſiſterent; id jam reliquum eſt, ut ad ſingulas poſſeſsiones converſi, quæ in illis contagioſo morbo initia, quis progreſſus, atque exitus, quæ incrementi decrementive cauſæ fuerint, explicemus, talique ratione & contagionis propagandæ indolem, & ejus coercendæ methodum ſpecificorum caſuum enarratione, ac ſingularium adjunctorum conſignatione illuſtratam proponamus.

PE-

PESTIS IN POSSESSIONIBUS *NERADIN ET GERGETEG.*

Ordimur a possessionibus Neradin, & Gergeteg, quod in iis contagii vis sive proximo post Irreghinum tempore caput etulisset; sive pari passu ad summum intensitatis gradum properasset: omnino enim eo solo istarum possessionum mala diferebant ab irreghiensibus, quod, multo minores, tantum contagioso fomiti corporum afficiendorum numerum; tantas morti victimas non offerebant. Neradinum, ante pestis eruptionem 163 domibus conflatum, 968 incolas; Gergeteg, 48 domorum capax, 248 incolas numerabat.

Modum perlati ad Neradin fomitis contagiosi dudum alibi *) ex officiosarum renunciationum fide retulimus. Infecto Neradino possessio Gergeteg diu ab eodem immunis esse non potuit, & vicinia, & affinitatibus, & dominii terrestralis communione, & latifundiorum mutuis quasi commissuris continuas commixtionis occasiones sufficientibus. Itaque si prima, quae refertur pestem Gergetini habuisse, familia Dobrisich contagium Neradino ita acceperat, quod perones ex infecta domo ablatos domum attulisset, tempusque primae hic eruptionis in Augusti 13^{am} diem refertur; non ideo existimandum est, ab una hac scaturigine diditam per ceteras omnes, quae deinceps infectae fuerant, possessionis

*) Tom. I^{mo}. pag. 5.

nis familias pestem esse: licet enim id multam incolarum commixtionem procuraverat, quod rivulus, rapacius per mediam possessionem decurrens, unico pene loco aquae liberius hauriendae locum dederat, ad quem frequentiores plerumque puellae confluebant; tamen passim explicatum in possessione sub Septembris initiis contagium justam facit suspicionem ejusdem per plures quasi canales Neradino derivati.

Medicus Seele, nona Septembris ad possessiones perlatus, tristissimum utrinque rerum statum offendit. Centum unam Neradini; viginti Gergetini domus, incerto ordine per possessionem dispersas, omnino infectas invenerat; ceteras altis sive ob viciniam, sive ob cognationis, aut œconomicos nexus commixtionibus identidem contaminatas esse merito debebat suspicari: connumerati sunt mortui ad eum usque diem Neradini 175; in Gergeteg 31: nullum fuit in Gergeteg nosocomium: paucis Neradini eodem delatis, utroque loco plerique aegri in vineis, prunetis, campis, fagopyretis jacebant: incolae detractabant officium ministri nosocomialis, cum plurimos paucorum dierum spatio perire viderint: nullus vel tumulationis ordo aderat: passim eo, quo conciderant, loco homines suffossa tantisper terra, aut detracto super devolutum in fossam cadaver aggere tumulabantur: incolae desperatione salutis fugiebant auxilium, vixque sive adhortationum medici, sive promissionum, spem vitae servandae facientium, audientes fuerant.

Vir humanae rei studiosissimus novo hocce tristissimi status spectaculo animum labi passus non est; sed continua emolumentorum, quae procuraturus esset, peroratione, quando alia auctoritatis publicae fulcimenta deerant, erigere animos incolarum ad spem, invitare ad obsequium adlaboravit.

Citius apud Gergetenses; tardius multo apud Neradinenses ista conamina valuerunt. Exstructo pro recipiendis aegris tugurio obtinuit medicus, ut a 20ma Septembris nemo jam amplius aeger gergetegensis domi teneretur, quod apud Neradinenses mense

tandem Novembri efectum fuit, quando exemplum depuratæ possessionis Gergeteg, & minor incolarum per curas œconomicas distractio eos ad parendum promtiores præstiterat.

Non tantum ad opprimendam pestem; ad ipsos eos, qui jam morbo correpti essent, salvandos non parum ista Gergetegensium observantia profuit: cum enim in nosocomio neradinensi, & gergetegensi media amplius ægrorum pars sanitati redderetur, licet multi mortui, qui jam semianimes ad nosocomium deportati sunt, tamen vel hoc ipso in censum mortuorum nosocomialium referendi fuerint; contra in ipsis possessionis Neradin domibus solo mense Octobri perierunt 79; quinque tantum sanitati redditi connumerabantur.

In possessione Gergeteg primum medicus Seele periculum fecit cum eo plano, quod medicus dirigens ad depurationem possessionum passim infectarum elaboraverat: cujus successus licet collectione fagopyri interturbaretur, ad quam quo minus & sanæ, & contaminatæ familiæ prodirent, cumque Neradinensibus commiscerentur, prohibere non potuit; tamen ita luculentus fuit, ut nil in eo genere videatur potuisse melius desiderari. Dirutis domibus infectis quatuor, incolis & harum, & ceterarum omnium in suis aeris degentibus per tempus depurationis, labor omnis huc pertinens tam quoad domos; quam quoad totam supellectilem finitus 28va Octobris est: interea parata sunt pro familiis contaminatis tuguria contumacialia 16, ad quæ illæ, 61 personis constantes, pro ulteriori, & certiori, quam hucusque haberi poterat, a sanis separatione educuntur: post tertiam Novembris, qua nempe die ultimus contagioso morbo æger accreverat, suppressa jam illa pestis fuit. Quo magis pateat efficacia methodi, juvat tabellam adjicere, ægrorum toto, quo medicus in possessione versabatur, tempore succrescentium elenchum exhibentem, quæ doceat & continuam fuisse ægrorum successionem ante depurationem initam, & jam initio Octobris, sub primis efectuandæ methodi

thodi laboribus cœpta minui mala, & interpellato per fagopyri colligendi commixtiones felici ſucceſſui, ſubmota hacce cauſa, per finitos depurationis laboris conſtantiam procuratam eſſe.

TABELLA

exhibens numerum hominum Gergetegini ex peſtis morbo ſingulis diebus ſuccreſcentium a 9na Septembris 1795, qua fuerant ægri novem, uſque ad 3^{tiam} Novembris anni ejuſdem.

September

Dies	numerus ægrorum ſuccreſcentium.
9	2
10	—
11	2
12	5
13	2
14	2
15	—
16	2
17	1
18	2
19	—
20	1
21	1
22	1
23	1
24 26	—
27	2
28 30	1

October

Dies	numerus ægrorum ſuccreſcentium
1	—
11	4
12	1
13 16	—
17	1
18	1
19	—
20	3
21	1
22 23	—
24	1
25 27	1
28	5
29	1
30	—
31	3

November

Dies	numerus ægrorum ſuccreſcentium
1 2	4
3	1

Tali modo, cum ſcopus eſſet loci paſsim infecti in neo-infecto ſimilem commutandi, hic ultra etiam profecimus, eo nempe pervenientes, ut non modo raram, mitioremque; ſed nullam omnino peſtem haberemus. Jam tunc provide medicus monuit, quo magis ſicut exoptata; ita expectatione major hæc peſtis exſtirpatio ſit; eo magis adcurandum eſſe, ne nova poſſet adferri, quod in tanto cum Neradinenſibus nexu non aliter; quam locatis inter utramque poſſeſsionem vigiliis prohibendum ſit: alioquin incolas paucum & præteritorum laborum, & toleratarum contumaciæ miſeriarum fructum habituros.

Non ſatis idonea moniti medici habita ratio fuit. Itaque cum menſe amplius nullum ex peſte ægrum Gergetegenſes habuisſent; ſexta Decembris infirmatur, & moritur Stoja Paulovich, in contumacia dudum exiſtens, qui clam a veſpillone, ex noſocomio neradinenſi adveniente, cauſape emerat: decima Decembris Stoja Lazarovich, Roxa Radin, ſanarum ante domorum incolæ, & Andria Petrovich morbo correpti, poſtridie, & tertio die pereunt, ſumto ex poſſeſsione Neradin contagio per veſtes, quas a cognatis donatas inde attulerunt.

Emergenti novo contagio ulterioris propagationis occaſionem ſtatim attentio medici ſucciderat: concrematis omnibus, quæ novi mali cauſa fuiſſe reſciebantur; familiis actutum in contumaciam actis; nova domorum infectarum depuratione inita; nulla ab hoc fomite alia quædam familia fœdata eſt: oppreſſum in ipſis Radin, & Petrovich contagium ne familiarium quidem quemquam occupavit: a Stoja Paulovich tantum ejus frater Jeſha Paalovich; a Stoja Lazarovich Sophronie Koſtich, & Alexa Koſtich, ejusdem domus incolæ, morbum acceperunt.

Oppreſſa iterum peſte, quo minus tertium nova adferretur, cum cetera adminicula deeſſent, eo efectum dare medicus adlaboravit, ut ipſos Gergetegenſes ad habendas contra poſſeſsionem Neradin excubias dislocaret. Sive harum excubiarum tutamine, ſive, quod vero propius, ex ipſa, quam circa hoc tempus jam bene

procul

procul provexerat, poſſeſsionis Neradin depuratione, inde a nona Januarii 1796 immune deinceps a contagioſo morbo Gergeteg perſtitit, poſtquam 69 ex eo mortuos; 21 reconvaleſcentes numeravit, quorum catalogum Tom. II. ſub O deſcriptum exhibemus.

Peſtis in poſſeſsione Neradin hiſtoria uſque finem Octobris ſola ægrorum, mortuorumque connumeratione abſolvitur, majore, minoreque contagii propagatione, & letalitate unice a caſibus fortuitis, a cauſis ſingularibus, vim morbi aut exacerbantibus, aut minuentibus, pendente. Nullus hic politiæ medicæ; nullus recto cuique ordini locus fuerat: prouti cura imprimis rei familiaris magis requirebat promiſcuam incolarum commixtionem; ita potiſsimum majori rapacitate malum ſæviebat. Mortui ſunt

	in noſocomio,		in domibus
a 9na Sept. uſque ultimam — — — —	12	—	49
a 1ma Oct. uſque ultimam — — — —	29	—	79

Vindemia, & fagopyri collectio funeſtum Neradinenſibus menſem Octobrem fecerat.

Tanta ſuorum clade perculſos, felici apud Gergetegenſes ſucceſſu excitatos, & multis perorationibus, atque beneficentia devinctos Neradinenſes ſub Novembris initiis eo tandem perduxit medicus Seele, ut eam, quæ a laboribus œconomicis immineret, vacationem libenter ſe operi ad peſtem extinguendam neceſſario impendere velle pollicerentur. Lignorum ad exſtruenda tuguria contumacialia, ad focum neceſſariorum defectus; vigilum, famulorum depurationis paucitas diu negotium morabatur. Itaque etiam November menſis pene ex priorum more elapſus eſt, mortuis in noſocomio 8; in poſſeſsione 48 hominibus: tantumque id ad meliorem ægrorum proviſionem profecit medicus, ut pro hiemali noſocomio diverſorium, bonis materialibus ſtructum, & longius a poſſeſsione remotum a monachis gergetegenſibus conceſſum acquireret, & neceſſariis inſtrueret, ad quod ipſum etiam ægros, deinceps in Gergeteg enatos, evehendos curavit.

Menſe tandem Decembri inchoatus infectæ poſſeſsionis depurandæ labor eſt. Dirutis 26 domibus, quæ & emortuæ fuerant, & depurandi laborem non merebantur, cum uno tempore ceteras omnes majoris poſſeſsionis domos depurationi ſubjicere non poſſet, in octo partes ſubdiviſit locum, ita tamen, ut, quæ pars depurata eſſet, ejus incolæ, etiam ſi ſani permaneant, deinceps ad finem uſque depurationis totius in domeſtica contumacia perſiſtant, inchoataque primæ partis depuratione ſexta Decembris 1795; ultimæ partis laborem quinta Februarii 1796 conſummavit. Sequens tabella exhibet dies cuilibet diviſioni depurandæ impenſos; numerum domorum eadem diviſione comprehenſarum; numerum animarum, tempore depurationis inchoatæ in iis ſuperſtitum.

Diviſio	Tempus depurationi impenſum	Numerus domorum	Numerus animarum
I	a 6ta Decemb. ad 15tam	13	51
II	a 16ta — ad 25tam	13	67
III	a 26ta — ad 29nam	10	49
IV	a 30ma — ad 3tiam Jan. 1796	15	56
V	a 4ta Januar. ad 16am	14	64
VI	a 18va — ad 23am	22	68
VII	a 30ma — ad 29am	36	133
VIII	a 30ma — ad 5tam Febr.	14	63

Quanti efectus, & utilitatis iſte labor fuerit in poſſeſsione tantopere infecta, e ſequenti tabella, quam medicus Seele, finito labore ejus ſummam comprehendens, ad dirigentem medicum transmiſit, eluceſcit, quave is indicavit, qui ægri, quo die, ex qua diviſione inde a 6ta Decembris, ſeu debitæ rerum tractationis initio, uſque 5tam Februarii, ſeu ejus finem, accreverint.

Diviſio

Divifio.	Nomina ægrorum accrefcentium.			Dies accrefcentiæ.
I	Toda Ilich	—	—	1 Februarii
II	Alka Mifirkich	—	—	28 Decembris
	Martha Maximovich	—	—	3 Januarii
III	Nemo — — —	—	—	— —
IV	Georgie Popadia	—	—	13 Decembris
	Petra Koturovich	—	—	13 Decembris
	Sopha Vafich	—	—	13 Decembris
	Paul Vafich	—	—	17 Decembris
	Vafa Eremin	—	—	17 Decembris
	Toda Nedelkowa	—	—	20 Decembris
V	Kofana Jovanowa	—		7 Decembris
	Angelia Jovanowa	—		7 Decembris
	Vuk Jakobljevich	—		1 Januarii
	Nicola Bifimich	—		1 Januarii
	Sabbas Milofavljevich	—	—	3 Februarii
VI	Jeka Ivanovich	—	—	10 Decembris
VII	Simon Avramovich	—	—	7 Decembris
	Mara Sretich	—	—	15 Decembris
	Simeon Nicephor	—	—	25 Decembris
	Martha Avramovich	—	—	9 Januarii
VIII	Simka Predanovich	—	—	18 Decembris

SI jam hanc tabellam conferamus cum fuperiore, quæ diem notat inchoatæ in quaque divifione depurationis; apparet, univerfim quatuor tantum ægros accreviffe ex divifionibus, poftquam illæ jam depuratione excefferunt, fcilicet:

Todam Ilich	— — — — —	ex I^ma^ Divifione
Alkam Mifirkich	— — — —	ex II^a^ Divifione
Martham Maximovich	— — —	ex II^a^ Divifione

Sabbam

Sabbam Milosavljevich *) — — — ex V^{ta} Divisione apparet, enatam novitus quasi in hisce divisionibus pestem statim oppressam esse; ceteras divisiones post peractam depurationem nullum amplius ægrum suffecisse; cum finito depurationis labore totam Neradini pestem cessavisse.

Quantopere hæc omnia doceant præstantiam methodi, pro tractandis possessionibus passim infectis a dirigente medico propositæ; non opus est jam pluribus verbis enucleatum dare. Eo magis videtur converti debere lectorum attentio ad id, quod unica rerum omnium lotio suffecit ad exstirpandum, qui tantopere isthic multiplicatus consedisset, fomitem contagiosum: videtur luculentum isthinc exsurgere argumentum, quo idonee uti possint illi, qui res omnes, lotionis patientes, necessitate contumaciæ in sex hebdomadas productæ eximendas esse censebunt: mucum animalem, quo irretitus pestis fomes videtur rei vestiariæ adhærere, rem aqua perquam solubilem esse videmur posse existimare.

Ita succisa est impigro medici præstantissimi Seele conatu pestis neradinensis, quæ 417 incolis exitialis fuit, quorum catalogum Tom. II. sub P exhibemus. Finita peste superstites in possessione connumeratæ sunt animæ 565, inter quas 101 ex peste reeonvalescentes fuerunt, ut 464 hominum servata a peste immunitas ad nostrorum laborum commendationem pertineat.

Intererat emolumentum tantis paratum laboribus, & omni expectatione majus omni studio intaminatum conservare: jamque non satis habebamus oppressum esse mali vigorem; adcurare oportebat, vel minimam ejus scintillam, ubicunque forte latentem, extingui. Ad id nil magis accommodum videbatur, quam ut repetitæ depurationi tota possessio subjiceretur. Itaque omnes incolæ

*) Etiam hoc isthic observandum, horum ægrorum primum, & ultimum accessisse ex domibus non antea contaminatis.

incolæ, eodem tempore ad domeſticam ſex hebdomadum contumaciam adſtricti, continua omnis ſuæ ſupellectilis purgatione, lotione, ventilatione occupabantur, jam etiam ultro obſequioſi, poſtquam primi laboris tanta commoda ipſi facile intellexerunt. Sed hæc quidem in illud longe tempus recidunt, quo commiſſarius regius Sigismundus Lovaſz rebus præfuerat.

Præter accuratam illam plani depurationis poſſeſsionum paſsim infectarum executionem alio quoque labore medicus Seele poſſeſsiones ſuas contra futuras peſtis eruptiones præmunivit, mereturque in primis eo nomine commendari, quod ipſe primus rem, quæ periculi pleniſsima merito habebatur, exequi aggreſſus eſt. Cadavera bene multa Neradini; nonnulla Gergetegini, in Krushedoll, & Shatrincze, aliis curæ clariſsimi viri creditis poſſeſsionibus, nec ſuo loco, nec ex normativi tenore tumulata fuerunt. 20ma Decembris prima difficili, & fatigioſo operi, de quo uberius deinceps habituri ſermonem ſumus, manus admota eſt: medio Januario idem in nominatis poſſeſsionibus conſummatum fuit.

Efoſſa ſunt cadavera

Neradini — — — — —	120
Gergetegini — — — — —	7
in Krushedoll — — — — —	5
in Shatrincze — — — — —	5

PESTIS

IN

POSSESSIONE

RIVICZA.

Possesio Rivicza, structa domibus duplici latarum plate-arum ordine seriatim decurrentibus, atque a se mutuo & justa are-arum amplitudine, & sepimentorum intercapedine discretis, 664 animas gremio suo complectens, cum admodum vicina esset oppido Irregh, a quo vix ¼ milliaris parte distaret, & latifundia passim inter agros irreghienses se se immittentia, atque communia cum illo vinearum promontoria haberet; illo contaminato, & nullis communionis prohibendæ cautelis intercedentibns, diu sine contagioso morbo esse non potuit. Itaque primas in hac possessione ex peste mortes factæ deinceps investigationes in plures retro id tempus septimanas retulerunt, quo de morbo jam vigente publicæ, atque officiosæ renunciationes factæ sunt.

„ Stephanum Markovich, qui servus Irreghini fuerit, 28 „ Julii Rivicczam venisse; 2da Augusti mortuum esse: 14 diebus post „ in vicina domo Elesiæ Czveich sævire cœpisse morbum, qui „ usque primos Septembris dies ex familia decem personis con-„ stante earum octo leto dederit: inde alterius vicini Samuelis „ Gyurgyew domum cœpisse morbis, & funeribus notari. “

In tanta ad oppidum Irregh vicinia unico tantum canali fomitem contagiosum advehi mirum fuisset: itaque ad alias scaturigines videntur referendæ esse primæ mortes, quæ in do-

mibus poſſeſsionis, longe a priore diſsitis, quarumve cum hac communicatio detegi non potuit, eodem adhuc menſe Auguſto acciderunt, quas ipſas ſubinde vicinarum familiarum ſtrages conſecuta eſt. Sic mortua Xivana Maklenovich, & Martha Avramova eſt, quas paucorum dierum intervallo poſt brevem morbum Milicza Odrovaczka, Julia Vidakovich, Michael Dragutinow, Timothia Petrich, omnes viciniam tenentes, conſecuti ſunt: poſt hos Angelia Boſilkich, Juliæ Vidakovich miniſtrans, & ejus ſoror Maria, nupta Nedelkovich, mortem obierunt ita, ut cauſam mortis a Julia Vidakovich accepiſſe cenſeri potuerint.

Ignoto & morbo, & hujus origine ſub ibidem tempus Axentia Dragulich, Milicza Cſirich, Vaſila Michina erepti ſunt.

Hæc omnia ita acciderunt, ut denique nil præter inſolitam mortium frequentiam ad contagioſi mali rapacitatem referri poſſet: plebs pati mortes, ſtupere infortunio; non antevertere, non annunciare docta, viſitationibus chirurgicis nondum ſuo tramite pergentibus, ſeram horum omnium renunciationem fecerat. Itaque prius, quam indagine medica certa morbi diagnoſis fieri; quam idoneæ ad ſupprimendum malum diſpoſitiones iniri poterant; jam 27 homines ex morbo, quem ad peſtem referri debere adjuncta omnia videbantur indicare, mortui ſunt, tres tantum naturæ beneficio convaluerunt, & 19 familiæ, ſive quod jam ægros dediſſent, ſive quod commixtionem cum illis foviſſent, inter contumaciſtas cenſeri debuerunt.

Facta peſtis diagnoſi, poſſeſsione intra lineam præcluſionis irreghienſem recepta, medicus Budai, cui hujus poſſeſsionis procurationem commiſſarius regius ob ſummam ad Irregh. viciniam mandaverat, eo curam omnem convertit, ut hic ſaltem in efectum deducerentur præcepta politiæ medicæ, quorum audientiam Irreghini nulli ipſius conatus procurare potuerunt: erecta mature domus noſocomialis eſt in valle extra poſſeſsionem ſita, quam perluens rivulus aquam & ægrorum potui, & mundandis

rebus ſufficiebat, conſtitutum non longe inde cœmeterii territorium; coordinata quotidiana domorum viſitatio, & neceſsitatum domeſticarum ſubminiſtratio, quibus functionibus chirurgus, & commisſarius deſignatur; templum, & loca quorumcunque publicorum conventuum clauduntur.

Unica in re, eaque ſatis gravi parum obſequentes incolas medicus habuit, ea nempe, ut familiis, quas tenere contumaciam oportebat, exſtruerentur tuguria idonea, & ut illæ eodem exirent. Novemdecim erant, ut diximus, illæ familiæ; pro pluribus adparanda commoditas fuerat; longius e ſilvis adferri oportebat ligna: is labor poſſeſsionis non populoſæ incolis, re inſuper propria familiari occupatis, gravis, atque moleſtus videbatur; contumaciſtæ relinquere detrectabant domos, fundosque ſuos, quos furtis obnoxios fore metuebant.

Grave impedimentum rerum bene gerendarum, ſi uſpiam; hic certe tolerabile fuit. Poſſeſsio, ut diximus, amplis plateis diviſa, raris, parallela ſerie, magnoque arearum intervallo discretis domibus diſtincta, contumaciam quodammodo referebat. Itaque relictos in ſuis domibus, quarum utique complures aut vicinæ ſibi, aut ex adverſo fuerant, contumaciſtas vetuit earum ambitu excedere, mandatique obſervandi rigorem vigiliis per plateas, hortorumque, areas excipientium, latera locatis, atque continua chirurgi, commiſſarii, judicis reambulatione procuravit, una vero incluſorum obedientiam ad id ſibi devinxit, ut in ſupellectili domeſtica, quam intra ſuas manus relictam indulgentiæ medici videbantur debere adſcribere, depuranda diligentes ſe, atque asſiduos præſtarent.

Magnam iſta etiam, licet non omnino adæquata, tractandæ peſtis ratio mutationem rebus riviczenſibus induxit. Supra viginti ſeptem illos uſque ad initia tractationis medicæ mortuos, cum reliquo menſe Septembri 9 mortui, unus ſanitati reſtitutus eſſet; toto menſe Octobri novem tantum vi diri morbi

occubue-

occubuerunt, quatuor ſervatis: atque licet hoc poſteriori menſe rigor contumaciæ etiam domeſticæ ob rei familiaris procurationem interturbatus eſſet; tamen numerus familiarum, in quas contaminationis ſuſpicio caderet, non niſi ſeptem aliis familiis auctus eſt, & ægri peſte notati ex familiis, non ante adventum medici contaminatis, quatuor tantum accreverunt.

Illa rigoris contumacialis interpellatio nata eſt ex eo, quod, incolis liberis rem contumaciſtarum familiarem curare detrectantibus, iſti, nullo facile malo damna domeſtica exæquantes, excuſſerunt denique præcluſionis jugum, & vigilantium imperia, atque ad vineas, agrosque ſuos prodiverunt. Quod unicum hic medico reliquum fuit, actum ab illo eſt: nempe adcurate monuit & ſanos, & ſuſpectos, ut ſe vitarent mutuo: inſuper autem imperavit chirurgo, & commiſſario, ut ipſi, maxima diei parte perambulantes territorium, commixtionem vigilantiæ ſuæ aſſiduitate, quantum quidem hic poſſent, prohiberent.

Finitis hisce laboribus, quorum occaſione auctus ob reſcitam commixtionem, natamque hinc contaminationis ſuſpicionem familiarum contumacialium numerus eſt, promtos deinceps ſive ad ſe domi continendos, ſive ad peragendam rerum omnium depurationem incolas medicus habuit. Exportata omnia in amplas areas utenſilia ſunt; lotæ, ventilatæque veſtes; efoſſa pavimenta; dealbatæ ædes; continua viſitationum quotidianarum accuratione mature detecti, & ad noſocomium deportati ægri: atque ita denique factum eſt, ut totus menſis November quatuor tantum ex peſte mortuos; tres reconvaleſcentes numeraret.

Has inter depurandi occupationes cum partim adhuc menſe Novembri; partim ineunte Decembri pleræque familiæ, nullo novo ægro fœdatæ, contumaciæ tempus abſolviſſent, reſtarentque tantum quatuor, quas, non ita pridem enatis in earum medio ægris, ulterius recluſas tenere oportebat; faciliore jam in pauciores imperio, & ceteris ad pauca tuguria ſtruenda paratio-

ribus, in designatum, & instructum extra possessionem territorium contumaciale quatuor illas eduxit, eundem exactissimæ separationis rigorem porro quoque in duabus iis, quæ deinceps accesserunt, novis, non antea infectis familiis prosecutus: atque ita hic saltem, cum Irreghini non posset, in efectum deduxit ideam depurationis possessionum infectarum, quam a dirigente medico commendatam acceperat.

Quo majorem, his absolutis, de omni contagioso fomite intra possessionem deleto certitudinem iniret medicus Budai; quatuor illis, quas diximus, familiis in memorata tuguria eductis, totam possessionem ad contumaciam domesticam ita restrinxit, ut a 13^{tia} Decembris inchoando nulli incolarum vel ad plateam exire, minus vero vicini domum intrare, mutuo aliquid accipere, vel dare, aut vendere licuerit; simul autem iidem universali domorum & rerum omnium depuratione sub chirurgi, & commissarii directione occuparentur. In eum finem constituti sunt sex circulatores, qui diu, noctuque incolas observent: præterea designati in diversis possessionis partibus diversi seniores itidem sex, qui tam circulatoribus, quam incolis attendant: chirurgo denique, & commissario demandatum, ut partitis horis obequitent possessionem, atque hoc modo executioni dispositionum eo magis invigilent.

Prima tantum hebdomade post, quam iste rerum ordo introductus est, duæ intra possessionem domus ægrum ex peste hominem dederunt, ita tamen, ut jam vel harum alteram non intra possessionem sumsisse contagium; sed Irreghino ante hujus contumaciæ initium attulisse justa suspicio fuerit: ultimus ex domibus æger 21^{a} Decembris accessit: plures hoc mense mortes imprimis ad unam contumacialem familiam admodum numerosam pertinent, quarum in personis cita prorsus consecutione evolutus morbus contagiosus est.

Curandum erat, ne, quod nuper factum esse multa indicia videbantur significare, ad depuratam possessionem novus

Irre-

Irreghino contagii fomes poſſet adferri. Itaque ex toto eo latere, quo Rivicza Irreghinum reſpicit, locatæ domeſticæ vigiliæ ſunt, hinc & illinc ad extimum uſque cordonem, juxta ſiniſtrum poſſeſsionis latus decurrentem, pertinentes, quibus cavebatur, ne ullus amplius inter utramque poſſeſsionem, niſi magiſtratualis, commeatus exſtaret.

Ultimus ex ipſa etiam contumacia æger 7*ma* Januarii 1796 acceſsit, quo 11*ma* ejuſdem menſis mortuo, immunis deinceps a malo peſtis poſſeſsio fuit: contumaciſtæ ceteri feliciter ſuperarunt contumaciam, paucique tantum aliqui ob ſolam, quæ in juſtiſsimo plenæ ſecuritatis ſtudio locum habere debebat, ſuſpicionem ad contumaciales moleſtias deinceps relegati ſunt.

Nomina mortuorum ex peſte Riviczenſium 60, reconvaleſcentium 12 Tom. II ſub Q exhibemus.

PESTIS
IN
POSSESSIONE
JAZAK.

Eſt illyrus mos, vetuſta conſvetudine ſancitus, ut, funere in quadam domo enato, confluant amici, atque agnati omnes ex vicinis etiam poſſeſsionibus, quos, ſortem mortui deplorantes, & doloris ſocios, cibo etiam reficere congruum videbatur. Hinc comeſſationes funerales, trium, & amplius dierum, natæ ſunt, alterum jam confluxus hominum invitamentum, quo allecti undique pauperiores etiam, libenter remotum quemque ſanguinis, aut amicitiæ nexum prætexentes, exequias frequentabant, ſub discesſu ſuo aliquas denati veſtiarias reliquias, aliquam triſtis caſus memoriam a patre familias accipere, ſecumque auferre ſoliti. Eo modo anus jazakenſis Vemia Gavrilovich, potatrix, vagabunda mulier, finiente Julio Irreghinum venit ad epulas familiæ Nedelkovich, quæ ipſo tempore filium peſte abreptum ſepeliverat: ſtrophium illi, & pectorale ſericeum, jam uſuata, muneri data ſunt. Ea cum audiret oppidum Irregh proxime præcluſione cingendum; domum recipit ſe cum donatis rebus, easque ſubinde vendit uxori Timothei Barjaktarovich, quæ ex materia illa ſericea prolibus ſuis vittas aptavit. Exitiales hæ miſeris, totique pene familiæ vittæ fuerunt: inde enim a 1ma Auguſti uſque finem menſis, funeribus ſeſe proxime excipientibus, decem ex illis morte erepti ſunt.

Duplici

Duplici modo hæc mali initia ad tristes sequelas tendebant: primo enim ditioris familiæ cadavera, omni cum pompa sepelienda, & domi, & in ecclesia patebant cognatorum, vicinorumque osculis, atque funebrales epulæ rerum a mortuis gestarum, aut quoquo modo fœdatarum contrectationem frequentabant: itaque, jam usque finem mensis abreptis hominibus sedecim, in quinque adeo familiis malum eminebat: secundo autem, nulla adhuc ægrorum, nulla cadaverum inspectione coordinata, primi illi casus pestis scientiæ publicæ subducebantur.

Sed denique mortium in eadem domo frequentia attentionem primorum oppidanorum conciverat, finienteque Augusto rei nuncius ad judicem nobilium, & processualem medicum, hoc ipso tempore Rumam appellentem, perlatus est.

Non fuit ambiguum, in tanta necandi celeritate, inque ipsorum & ægrorum, & cadaverum spectaculo pestem definire. Itaque medicus Kütl, sub debitis cautelis horum omnium inspectionem perficiens, judicem nobilium, ac subinde commissarium regium de eruptione mali certiorem fecit, statimque ea disposuit, quæ ad ægrorum, & suspectorum separationem pertinere accepta hoc ipso tempore instructio indicaverat: executioni factarum dispositionum procurandæ commissarius Miklesich, & chirurgus Fouquet ad possessionem mittuntur: possessionis territorium una cum vicino monasterio, & adjacente Pernjavor, quod vicinia in communionem habendæ de contagio suspicionis traheret, peculiari præclusione circumstipatur, ita tamen, ut etiam Pernjavor se se singulatim a possessione secerneret.

Id erat ad rem novam promte, ac feliciter gerendam minus accommodum, quod ipse medicus, qui totius processus rumensis procuratione occuparetur, Jazakini esse non posset, &, cordone semel possessioni circumdato, tantum ex illius ambitu posset disponere, ipsius possessionis aditu prohibitus: sed tamen satis accurate coordinata est totius possessionis visitatio per oppidanos;

pars pagi, in qua ſe morbus contagioſus exerebat, ſepibus, ac vigiliis ſecreta a partibus ceteris; eductæ in contumaciam, loco elevato, ſalubri, ventis perflato, & aquis proviſo poſitam, familiæ 20; ſeparati ab his ægri, &, nondum apparato noſocomio, in fagopyri depoſitorium delati; cadaverum ſeorſim ceteris tumulandorum ratio in executionem ducta eſt.

Medico Kütl, cum jam Jazakinum tranſiturus eſſet, hepatitide correpto, poſſeſsionis procurationem medicus, interea ad Sirmium perlatus, Franciſcus Haaſz 18va Septembris tranſſumſit, habitationemque ſuam in exſtructa extra poſſeſsionem loco ſalubri caſa lignea defixit. Is nova exſtimulatione animavit accurationem quotidianarum viſitationum; ſacra hucusque a parocho in platea, nullo certe ad peſtem majore, quam ſi in eccleſia haberentur, emolumento, haberi ſolita interdixit; maturavit exſtructionem noſocomii, quod, ſex orgyas longum, tres fere latum, tribus portis, quinque feneſtris inſtructum, ſatis & ad ægrorum habendorum copiam, & ad qualecunque miniſterium illis accommode faciendum patebat; contumaciſtas, quorum 24 familiæ ſucceſive eductæ 115 animas numerabant, procurata ex opulentiorum beneficio alimentationis ſubminiſtratione, habita rei agrariæ tum quidem non nimis urgentis cura per ſanos incolas, ſatis in officio continebat.

Interea malum varia ſorte hoc menſe pergebat: mortuis enim ante medici adventum ex peſte hominibus 19, inde uſque finem menſis non niſi unus e contumaciæ territorio, Moiſylo Draſich, duo item ſervitores ægrorum, & veſpillones; contra ex familiis in poſſeſsione antea non infectis ſex totidem novi ægri ad noſocomium perlati ſunt, aperto indicio cauſæ propagationis mali intra poſſeſsionem ipſam quærendæ.

Non difficile eſt, cauſam hujus inter contumaciam, & poſſeſsionem diſcriminis proponere: contumaciſtæ enim lotionis, mundationisque rerum omnium, quas ſecum attulerant, accuratione,

ne, quam ipſa elevati, ventoque patentis loci conditio adjuvabat, brevi ſe contagioſo fomite, cum rebus elato, exuerant; contra autem iis fere tantum familiis in contumaciam excedentibus, quæ jam ægrum ex peſte dederant, non poterant non remanere aliquæ, in quibus contagium, prævie ab illis quacunque communione aſſumtum, non jam lateret; & domorum, e quibus contumaciſtæ exceſſerant, purgatione in quartam contumaciæ hebdomadam dilata, aderat occaſio ſumendi contagii, a qua vicini parum ſatis aut abſtinebant, aut prohibebantur.

Non propagatione tantum ſatis rapax; etiam indole admodum ſæva Jazakini peſtis fuit: namque & ante medici adventum periverunt omnes, quicunque morbo correpti fuerant, ut nullum ille adveniens reconvaleſcentem invenerit, & perierunt etiam hoc adhuc menſe ſeptem ex novem illis, qui ipſo jam præſente detecti ſunt, ſive celeritate mortis primo jam aut altero morbi die ingruentis; ſive occultatis morbi initiis, & ægris tunc tantum, quum proximi eſſent, ad noſocomium perlatis; ſive difficultate faciendæ medicinæ, in morbo non antea viſo, & apud plebem, ſive pathemata ſua non ſatis explicantem, ſive auxilia reſpuentem, obverſante.

Peregrina peſtis diſciplina, cujus ſatis patientes ex primo mali metu Jazakenſes fuerant, auctoritatis publicæ vigore non ſatis ſuffulta, in dies magis illinc negligi; hinc etiam moleſta, atque adverſa incolis cœpit eſſe, præſertim, poſtquam ejus cauſa complura rei familiaris curandæ impedimenta; complura inde damna, pauperi in primis colono facile gravia, emerſerunt.

Itaque jam primis Octobris diebus cœpit morbus peſtis obſervari in domibus extra præcluſas primo tempore plateas locatis: jam iteratis etiam vicibus oppoſita chirurgo vis eſt, ægrum hominem ad noſocomium deducere volenti, neque accedentis ad rem componendam medici auctoritas valuit: quicunque etiam perferuntur ægri ad noſocomium; eo tantum ſemimortui

 per-

perveniunt: ipſa contumacia, priori menſe tam luculente inſerviens minuendo ægrorum numero, neglectis nunc rerum lavandarum, ventilandarumque præceptionibus, copioſiores noſocomio ægros, quotidie pene duos, tres, ſuffecerat.

Sed cum denique infirmatus ex febre bilioſa medicus eſſet; cum judicis pagenſis negligentia contumaciſtis vitæ alendæ ſubſidia parum ſatis ſuppeditaret; cum ſanis incolis, propria vindemia, & fagopyri collectione magis occupatis, contumaciſtarum res, in futuræ hiemis neceſsitates conſervandæ, negligerentur; nullus amplius modus ſervandæ peſtis diſciplinæ ſuperfuit: redeunt ad ædes ſuas nondum repurgatas contumaciſtæ; divertunt ad agros, & ſupellectilem ſuam; commiſcentur paſsim ceteris incolis, qui facile ipſi moleſtam vigilandi ſervitutem excuſſerant; ceſſat perquiſitio, renunciatioque ægrorum; medicus a domorum aditu vi etiam adhibita arcetur; difertur malum in plures familias; ægri domi ſuæ, interque cognatos permanent; multiplicantur mortes, ut, cum malis licet jam contumaciæ rebus a 1ma ad 20^{mam} Octobris 34 numerarentur mortui, a 20ma uſque ultimam ejusdem menſis 28 eſſent funera; complura cadavera ipſis in domorum areis, aut proxime habitata loca ſepeliuntur; neque tum adhuc quisquam ex iis, qui domi ſuæ morbum durarent, mortem evitavit.

Non diſtulit medicus, quum primum redditus ſibi eſſet, de his omnibus commiſſarium regium certiorem facere: cujus juſſu cum judex nobilium rumenſis raſtellum lineæ præcluſoriæ accederet, multisque verbis triſtes facti ſequelas proponens poſtularet, ut auctores deferendæ contumaciæ, & reſiſtendi primipilos caperent incolæ, vinctosque contumaciæ ſimul, ac cuſtodiæ ſubjicerent; ſubdoli ruſtici, lineæ præcluſoriæ a judice nobilium non penetrandæ confidentia freti, reſponderunt, ut ipſe, ſi vellet, per comitatenſe famulitium capi reos, exque merito tractari curaret. Non plus valuit oratio igumeni jazakenſis, cui commiſſarius regius provinciam commonefaciendæ plebis manda-

verat;

verat: cumque deinceps cohors czartoriczkiani regiminis, Ruma Cserevicſium proficiſcens, juberetur ita pone agros jazakenſes iter inire, ut videri poſſet contra ipſam poſſeſsionem proficiſci; ne hoc quidem terriculamento paſsi ſunt infringi Jazakenſes pertinaciam ſuam, priorque omnis ordinis contemtus ad medium pene Novembrem menſem perduravit, mortuis domi hominibus 18; tribus tantum ſanitati naturæ beneficio reſtitutis.

Duodecima Novembris commiſſarius regius, cum ſupremo comite, & dirigente medico ad raſtellum præcluſionis jazakenſis profectus, ſumma orationis ſeveritate reprehendit colonorum pertinaciam, inſpectaque ſubinde noſocomii, & tuguriorum adjacentium conditione juſsit actutum revocari interruptum ſeparationis ordinem, mundationisque negotium, graviſsimas pœnas minatus, ſi intra octiduum rectum rebus ordinem inductum eſſe fide digna medici relatio non ſignificabit.

Efficaces iſtæ commiſſarii regii minæ fuerunt, præſertim, poſtquam una proviſum a judice nobilium rumenſi fuit, ut, quæ adhuc ex parte ſuperfuit, collectio fagopyri, præcipue in parte agrorum extra præcluſionis lineam ſitorum, ab incolis vicinarum poſſeſsionum ſub inſpectione publica perficeretur.

Poſtridie ſtatim delecti novi domorum viſitatores ſex, & juramento ad faciendum rite officium, præſtandasque medico bis de die relationes adſtricti; plateæ infectæ novis ſepibus præcluduntur; familiæ nunc infectæ, numero 26, ad habendam domi ſuæ contumaciam inviatæ, quod id incolis hanc indulgentiam flagitantibus, propter difficultates ſtatim adparandæ capacis contumaciæ commiſſarius regius admiſerat; ſclopi omnes, præcipua faciendæ reſiſtentiæ inſtrumenta, delati ad commiſſarium; ægri omnes ad noſocomium deportati ſunt, niſi ubi moriendi celeritas renunciandi, & deportandi ægri tempus non ſuffeciſſet: jamque deinceps quinque tantum in noſocomio ægri ex peſte obierunt; duos domi fatum præceps prævenit.

Sub

Sub finem menſis, finito omni labore rurali, ad parcendum numero vigilum, e vicinis poſſeſsionibus ſumendorum, arctior præcluſio circumdata poſſeſsioni Jazak eſt, exmiſſo una monaſterio, & pernjavor Jazak, quod toto tempore prorſus ſe tutatum a transferendo contagio eſt: ſed ſimul, ut major præcluſioni ſecuritas conciliaretur, foſſa, quatuor pedum latitudinem, & profunditatem habens, juxta præcluſionis ductum exarata eſt.

Menſe Decembri, rite pergente ſeparationis negotio, paucum etiam, & rarum ægrorum accrementum fuit, compluresque familiæ ſuſpectæ, nullo ex iis ægro deinceps ſuccreſcente, contumaciæ ſuæ terminum attigerunt, ex ea ita manu miſsi, ut tamen unice intra præcluſam poſſeſsionis partem commeatus illis pateret.

Non ideo omnia ad tollendam peſtem pertinentia ad amuſsim peracta ſunt. Frigus anni tempeſtatis incolas, neceſsitatem mundationis rerum omnium nullo modo ſatis perſvadendos, in eo opere negligentiores fecerat: ea cauſa novæ identidem, rarioris licet, ægrorum acceſsionis fuit: ea factum eſt, ut in familia, jam ex contumacia dimiſſa, Joannovich quadriennis puer Stephanus, veſtes matris dudum mortuæ, hucuſque in ciſta recluſas, manibus tractans, ex peſte cum convulſionibus periret; ut pater ejus, in mundanda domo incautius, & moroſius occupatus, morbo corriperetur.

Eo caſu medicus ad concitandam Jazakenſium ſedulitatem feliciter uſus eſt: namque ex eo intelligentes incolæ, exacto etiam contumacialis temporis rigore, ſemper ſe novas peſtes ex mundationis neglectu habere poſſe, ita exarſerunt in hujus accurationem, ut nonmodo recluſos omnes compellerent ad ſummam diligentiam mundandi; ſed, ad habendam eo majorem de omni fomite ſublato ſecuritatem, ſanæ etiam partis domus omnes, atque utenſilia depurationis rigori ſubjicerentur.

Atque hic quoque ſumma depurationis ad tollendum peſtis contagium vis eminuit: vix enim in alteram hebdomadam

pergen-

pergente labore, jam nullus amplius æger ex peste obtinebatur; idem ille pueri Joannovich pater ultimum diri morbi funus dedit; fuitque illa medici ex habita mundandi accuratione confidentia, ut, dum eundem mortuum renunciaret, una etiam assecurationem nullius amplius ægri ex peste futuri addiderit.

Natam hinc sublati mali securitatem unicus casus, finiente Januario 1796 emergens, ad aliquot dies interpellavit. Scilicet in familia Jankulich vir, & mulier 29^{a} Januarii valida tenentur febri; 30ma puer, ceterum epilepticus, & infans sex mensium post paucarum horarum morbum pereunt: sed accuratior adjunctorum investigatio brevi maximam solicitudinis partem ademit: nil erat in cadaveribus, aut ipsis adhuc ægris exanthematici, vel ad pestem pertinentis; aderant lingva, labiaque exulcerata cum salivatione, quæ ipsa adfuit in alio infante quinque mensium; plerique ex familia immoderato mercurii illitu contra scabiem, in eorum corporibus conspicuam, 23va vesperi ad ignem validum usi sunt. Contumaciale periculum cum familia initum, & morbi decursus observatio confirmavit diagnosin, omnemque brevi pestis suspicionem submovit.

Ita denique finiit contagiosus mobus in possessione, quæ, ante ejus exordium 1727 animas sinu suo complectens, jacturam ex peste fecit animarum 140, aliis 26, qui insuper morbum habuerunt, ad sanitatem reversis. Utrorumque censum Tom. II. sub R exhibemus.

PE-

PESTIS
IN
POSSESSIONIBUS
KRUSHEDOLL-PERNJAVOR, ET SHATRINCZE.

Pernjavor-Krushedoll, posseſsio monachorum baſilitarum græci ritus non uniti, 41 domos, 279 incolas ante peſtis exordium complectens, contagioſo morbo carere non potuit, poſtquam illud, ut alio loco diximus, reſedit in diverſorium, quod proximum erat posseſsioni; quod habitabat mercator, qui ſolebat merces vendere incolis; penes quod utrinque ad hauriendam ex rivo aquam deſcendebatur: vigiliæ, diverſorio poſt medium Auguſtum circumdatæ, ſine ceteris appoſitis conaminibus parum ſatis ſuffecerant. Detectus ineunte Septembri prima medici Haaſz viſitatione morbus contagioſus eſt. Novæ rerum tractationis moroſitas, & toties fatale circa adeunda infecta loca præjudicium iis, quæ porro requirerentur, ſtatim agendis intercesſit: nec medicus diſtrictualis Haaſz, Rumæ habitans, videbatur posse accuratiorem, ulterioremque posseſsionis luſtrationem, & necesſarias porro diſpoſitiones facere; nec medicus Seele, in vicinis posseſsionibus Neradin, & Gergeteg negotia procurans, inſpicere res krushedollenſes, cum, ut eo perveniret, per cordonem irreghienſem identidem illi eundum, redeundumque fuiſſet: expectandum videbatur, ut posseſsionem neo-infectam extenſus irreghienſis cordo ſuo ambitu comprehenderet. Quo facto 15ta demum Septembris posseſsionis curam medicus Seele transſumſit. Jam mortuæ tum

erant

erant perſonæ 17, iis una computatis, quæ menſe Auguſto in diverſorio perierunt; accurata medici indago familias infectas octo, quadraginta perſonis conſtantes, quarum duæ ſuapte jam ſe a ſuis ægris, domi relictis, ſeparaverant; quatuor novos ægros invenit.

Complura actutum ſaluberrimo conſilio vir aſsiduus conſtituit. Namque diverſorium, cujus incolæ jam mortui fuerant, uſibus noſocomii deſtinavit, ſtatimque eodem ægros transtulit: domibus infectis, usque dum adpararentur tuguria contumacialia, vigilias appoſuit: cum forte illæ omnes ex una pagi parte jacerent, cujus duæ plateæ decuſsim eſſent; illam partem a ſana per ductum ex hujus una angulari domo ad alteram ſepimentum ligneum discrevit, & commeandi præcluſionem appoſitis etiam vigiliis firmavit: duo rivuli, aquam ſufficientis, loca in valle poſita, & longius a ſe mutuo diſtantia inter partem ſanam, & infectam partitus eſt: denique, cum ſub finem Septembris vindemiandum incolis eſſet, iſtam laboris hujus rationem inivit, ut primo ſana poſſeſsionis pars illum abſolveret; ſequeretur ſuſpecta; ultimo ipſi contumaciſtæ, quos nullo ſupplemento ſublevare poterat, eundem finirent: *) quibus poſterioribus cautelis id medicus obtinuit, ut altera illa pars primitivam a contagio immunitatem ad uſque finem negotii peſtis retinuerit.

25ta Septembris parata fuerunt tuguria contumacialia: poſtridie eodem eductæ familiæ 27ma contumaciæ periculum inchoaverunt. Mortui uſque finem menſis ſeptem homines ſunt, nullo interea ad ſanitatem redeunte.

Illis

*) Similis deinceps cautela circa molas adhibita fuit: alia ſanæ; alia ſuſpectæ parti deſignabatur: incolis, ut ad quamque eundum erat, alia ſigilla ſigni in ſtar, quod molitor noſſet, dabantur. Inſuper mola ſepimento circumdata nemini ad eam intrare licebat: molitor pro atrio recipiebat frumentum; farinam reddebat.

Illis laboribus finitis continuo converſus ad depurationem domorum medicus eſt, fuitque is ſalutaris efectus maturati laboris, ut, cum adhuc 28va Septembris duo novi ex domibus ægri ſucceſsiſſent, deinceps uſque 20^{mam} Octobris nemo amplius ex ipſa poſſeſsione infirmaretur, tantumque contumaciales familiæ, in tuguriis degentes, ægros ſuffecerint. Tunc fagopyri collectio, in qua familiæ nondum contaminatæ ſive cum conterminis Neradinenſibus, & Gergetenſibus; ſive cum ſuis contumaciſtis commiſceri poterant, duabus novis familiis contagium, uni illarum pene internecinum, attulit. Momentanea utriusque ſeparatio, & promta depuratio domorum prohibuit, ne malum inde in vicinos dideretur. Mortui ſunt hoc menſe homines 23; decem vero convaleſcentibus adnumerati ſunt.

Menſe Novembri inchoante reverſos a labore incolas, & nova finientis Octobris contagii propagatione territos eo perduxit medici prudentia, ut factis ſibi tuguriis omnes excederent e ſuis domibus, elatam ſecum ſupellectilem lotioni, ventilationique; domum mundationi ſub directione medici faciendæ exponerent: judex autem nobilium Lovrencſich poſſeſsionem, irreghienſi præcluſione exemtam, proprio cordone ambivit, neve agrorum neceſſaria ante hiemem cura novæ incolarum ſanorum, & ſuſpectorum commixtioni occaſionem offerret, totum poſſeſsionis territorium, eo jam ſcopo extra cordonem relictum, ſuis frugibus per vicinarum poſſeſsionum incolas, non in ſuum, quod aliis locis ipſa adeo dominia terreſtria fecerant; ſed in incluſorum emolumentum, inſeri curavit. Iſta duplici proviſione, quarum altera officii ſtudio; altera humanitatis ſenſu eminet, factum fuit, ut, unico ipſa prima menſis die ægro accreſcente; duobus tertia Novembris mortuis; quinque in cenſum convaleſcentium relatis, decima jam menſis die finis fuerit ægrorum ex peſte hominum, primaque hæc poſſeſsio propoſitam opprimendæ peſtis methodum domeſtico exemplo comprobarit.

Serva.

Servavit hanc incolumitatem ſuam depurata poſſeſsio. Cum noſocomii in futurorum ne fors ægrorum miniſterium aſſervandi depuratio tantisper differenda eſſet; illud, altiori cinctura circumſeptum, appoſitis inſuper vigiliis medicus communivit.

Menſe Januario anni ſequentis in familia jam primitus contaminata puella, gravi, ſymptomatibusque peſti analogis ſtipato morbo correpta, novam contagioſi mali ſuſpicionem fecerat: ſed ſive impedita per accommodam ſeparationem, & miniſtram, quæ peſte nuper jam defuncta fuit, ægræ additam contagii propagatione; ſive morbo re ipſa aliorſum pertinente non ultra ſuſpicionem res aſſurrexit.

Catalogum hominum in hac poſſeſsione ex peſte mortuorum, & convaleſcentium Tcm. II. ſub S proponimus.

Probatam in Pernjavor-Krushedoll peritiam opprimendæ peſtis medicus Seele felicіſsimo ſucceſſu ad poſſeſsionem Shatrincze transtulit, cujus audita contaminatione eandem curæ ſuæ transſcribi vir præſtantiſsimus, & de re humana bene merendi ſtudioſiſsimus ultro petiit.

Poſſeſsio Shatrincze, partim domibus magno arearum intervallo a ſe mutuo diſcretis, & parallele unicam plateam ambientibus; partim tuguriis ſubterraneis, vicinum colliculum obſidentibus, conſtans, & 165 animas numerans, contagii fomitem menſe Octobri accepit. Sophia Szerdanovich, filia maritata parochi, ivit ad vineam, quam non longe a Gergeteg tenebat, invenitque ſtrophium, quo domum allato caput nubebat *): 12ma Octobris corripitur febre, quæ, habens ſpeciem remittentis, ſolebat ordiri poſt meridiem, interque calores, & dolores capitis longe in noctem produci: habebat juxta vomitus ſpontaneos paucæ biliofo-mucoſæ materiæ, linguam albam, anorexiam: medicus proceſſualis, iſta 17ma die menſis obſervans, febrem ſaburralem exiſtimavit eſſe, & præter omnem ex-

 pecta-

*) Id ipſum ſtrophium mortuæ cognati deinceps medico Seele oſtenderunt.

pectationem mortuam die proximo fuiſſe ægram intellexit. Rurſus eodem profectus non tantum fruſtra inquiſivit in modum aliquem, quo qualecunque contagium potuiſſet adferri, ut potius cum non tantum cognati; ſed etiam primores pagi dudum morbidam fuiſſe feminam dixerint, videretur ponere ſuſpicionem contagioſi morbi debuiſſe. Interim, domeſtica ſub contumacia familiam chirurgus, & judex tenerent, demandavit.

Sed enimvero brevi emicuit contagii vis. Medicus Seele, tertia Novembris poſſeſsionem transſumens, jam quatuor inde funera numeravit, & ſex in quatuor infectis familiis ægros deprehendit.

Extemplo acta ſunt, quæ ſive ad impediendam in vicinas poſſeſsiones contagii propagationem; ſive ad illud in ipſa hac infecta opprimendum pertinebant. Circumducta a judice nobilium propria, ſoli poſſeſsioni; non ejus territorio, præcluſio eſt: medicus noſocomii, & tuguriorum contumacialium exſtructionem ita adurſit, ut 9ª jam Novembris & ægri, & ſuſpectæ familiæ, hucuſque domi ſuæ ſub vigiliis tentæ, deſtinatas ſibi commoditates adierint: addita mox infectaram domorum depuratio eſt: atque ita procuratum, ut jam in duabus tantum domibus antea ſanis deinceps, & quidem primo ſtatim tempore eruperit morbus; ut nona Decembris ultimus jam ex contumacia æger accreverit.

Mortui ſunt ſub tota tractatione ægri tredecim; convaluerunt ſeptem.

Initio Januarii depurata loci eccleſia eſt: combuſtum noſocomium ipſis rogantibus incolis, qui maluerunt novum futuris neſors uſibus exſtruere; quam occaſionem contrahendi contagii aliquam exſtare: combuſta tuguria contumacialia eo excepto, quod adhuc reconvaleſcentes contumaciſtæ tenebant, qui ipſi ſine recidiva periodum terminaverunt: cœmeterium hominum ex peſte mortuorum vallato octo pedes lato, & profundo circumdatum eſt.

Catalogum mortuorum, & convaleſcentium Shatrinczenſium Tom. II. ſub T exhibemus.

PE-

PESTIS
IN
OPPIDO
VETERE-VUKOVAR.

Vetus-Vukovar, primarium comitatus ſirmienſis & amplitudine, & incolarum frequentia oppidum, quod mille amplius domos, ſeu magnam partem caſas potius; 5651 animas ante exortam peſtem numerabat, hinc Danubio; illinc Vukæ flumine abluitur. *) Solo inæquali ſitum, verſus utrumque fluvium aſſurgit in colles, quorum mediam vallem ditiſsimi incolæ, mercatores plerique, habitant. Hic confertæ, ſibique mutuo arcte commiſſæ domus, atque anguſtis etiam plateis diſtinctæ; in collibus, eoque præſertim, qui Vukæ appoſitus *Brdo* dicitur, incerto inſuper ordine, ſineque ſalubribus arearum intervallis locantur: maxima enim comitatus ſirmienſis oppida, Irregh, Vukovar, Ilok, Cserevich, Kamenicz, plurimas dudum domorum regulationi difficultates officiebant. Incolæ Illyri plerique partim romana; partim græca ſacra ſequuntur: alii commercio diteſcunt, via commerciali ſirmienſi per hoc oppidum ducente Eſzekinum: non pauci vivunt re agraria: complures, mercatorum, ditiorumque emolumentis locato manuum labore, egenam vitam ſuſtinent. Illis interciſo commercio; his ademta quotidianæ mercis quærendæ occaſione ſummopere gravis accidere contagioſus morbus debuit. Proximum

*) Vide Tab. V^{tam}.

Veteri-Vukovar alterum oppidum Neo-Vukovar eſt, ſedes & magiſtratus comitatenſis, & dominii Vukovar: communionem mutuam pons lapideus alit. Utriusque territorium longo tractu proxime nexum, atque commiſſum ipſi provinciæ verötczenſi eſt: adverſum Danubii latus, ex uligine, & paludoſis effuſionibus non habitatum, clanculariis efugiis favere poterat. Omnia hæc eo pertinebant, ut peſtem hic ſive magis rapacem; ſive vicinis magis periculoſam portenderent.

Bona Vukovarienſium fortuna medicus Gellei in ipſis pene ejatis peſtis incunabulis advenerat: qui eodem adhuc, quo Neo-Vukovarinum appulit, die ad res agendas converſus, cum de ſtatu ſanitatis localem chirurgum in præſentia quorundam magiſtratualium percontaretur, atque iſthic in hominum vultibus reſpondendi tergiverſationes legeret, protinus omnes ſibi per oppidum ægros exhiberi adurſit.

Poſt multas ambages perductus denique ad Vemiam Gavrilovich, vetulam in vico Brdo languide jacentem, eſt. Vertigo, tarditas ad reſponsa, torvi oculi, frons truculenta, facies lurida attentionem medici conciunt: ulterior inveſtigatio in colli parte ſiniſtra bubonem anthracicum, anthracem nigrum, bulloſum, buboni velut farcimen inſidentem, nucham uſque protenſum; in corpore petechias, vibicesque exhibet: in cubiculo, ex quo evocata ægra fuerat, jacet nurus mortua jam, & duobus in inguine; uno in axilla dextra bubone, petechiis item, ac vibicibus fœdata: jacent hujus puellæ duæ, analogum morbum præferentes.

Tam aperta mali indicia medicus perſonis adſtantibus, quos inter etiam locumtenens czartorizkyani regiminis Borάros aderat, eo magis indicare ſe debere exiſtimavit; quo magis exſtare apud quoſdam morbi occultandi ſtudia videbantur.

Intererat mali per traducem communicandi initia hic eo magis reſciri; quo magis ab omni loco infecto Vukovarinum aberat. Fatetur interrogata anus „ ſe cum nuru cadaver vicinæ Ju

„ lianæ

„ lianæ Borovacz 21ma Augusti lavisse: hanc nuper profectam ad „ Mirkovcze, possessionem regiminis brodensis, quod communio„ nem cum comitatu sirmiensi nondum interciderat; ibi invenisse „ sororem mortuam, in cujus domo vir ex Kernjesevcze profu„ gus, cujus conjux, & filia perierunt, adhæserit: Julianam, 12ma „ Augusti ex Mirkovcze reducem, subinde, ut diximus, mor„ tuam esse; cadaver tapete, a vicina Jesta Kudranova concesso, „ contectum deinceps in communi cœmeterio tumulatum esse:" Ulterius adstantium examen docuit, puerum, quem Jesta Kudranova mater dormientem illo tapete contexerit, mortuum esse tertia Septembris; in cadavere bubonem cum petechiis conspicuum fuisse.

Contagium, de quo ad tot jam personas derivato, & 20 amplus diebus in vico observato constabat, merito inter plures adhuc latere suspicari licuit. Itaque nunc quidem sub debitis cautelis sepulto Javrilovichianæ nurus cadavere; vigiliis toti vico Brdo, 48 familiis constanti, circumdatis; interdicto reclusorum commeatu, postridie ad ceteros vici incolas, universim 226, domatim visitandos accessum est: ita præter nominatas familias etiam familiæ Subotin, Bebits, & Siklosanin infectæ inveniuntur: nulla in vicis priori vicinis; nulla in cetero oppido, deinceps visitato, pestis indicia se se offerunt: pars vici Brdo, in qua familiæ infectæ degebant, duplici excubiarum serie ambitur: de aqua hominibus in loco edito habitantibus advehenda, de administrandis victualibus medicus, quantas sua auctoritate poterat, dispositiones init.

Quemadmodum commissioni regiæ matura mali quantumvis acerbi renunciatio gratissima fuit, sibique illa de factis ad eam renunciationum maturitatem obtinendam dispositionibus plurimum gratulata est; ita ex adverso domestici variis modis prolatæ a medico sententiæ intercedere se debere existimaverunt, ut omnino etiam magistratualis investigatio contrà veritatem

tem datórum, & factorum medicorum, quibus medicus fuam sententiam fulferat, decerneretur. „ Non poffe peftem ferri ex loco „ Mirkovcze, qui ipfe inter peftem habentes relatus non fit; Ju-„ lianam Borovacz a morfu anguis, quem in Vukæ rivo aquam „ hauriens paffa fit, periiffe: vivere proles gavrilovichianas, & „ morbum in iis mitefcere: puerum Kudranovæ mortuum effe „ ex *micina*, tumore glandularum fcrophulofo hic endemio: „ incolumem a pefte matrem Kudranovam effe: juniorem Gavri-„ lovich a marito fuftigatam periiffe: denique, ficut eum, qui pe-„ ftem celaret, judicio criminali conveniendum leges decerne-„ rent; ita non minus mortem intentandam effe illi, qui peftem, „ quæ non effet, affereret, eoque modo tranquillitatem publi-„ cam turbaret. “

Non erat mirandum, homines, qui nulla contra peftem præfidia exftare a majoribus traditum acceperunt; qui computaverunt, quæcunque folerent ob contagiofum morbum difpofitiones fieri, dum nil contra morbum, nil contra diras ejus fequelas poffunt, fimul alia, etiam complura, damna civilia miferis concire, hos, inquam, homines conari ifta omnia, ut peftis infamiam a fe averterent, & detrectare in re gravifsimi momenti auctoritatem decifionis medicæ, quam, nulla in præfens ufque tempus lege domeftica definitam, omni in cafu, precariam femper habebamus.

Itaque fi compatiendum errori hominum fuit; non minus refiftere triftibus, quæ imminerent, erroris fequelis oportuit. Quare & Vukovarini, quum ibi exfcendiffet commifsio regia, & poftridie in rafiello novofellenfi ad congregatum comitatus firmienfis magiftratum medicus dirigens folius hic medici audiendi necefsitatem ob oculos pofuit; oftendit & legem, quæ hominem medicum celatæ peftis nomine convenire velit, parum accomodam, & iniquam ejus ad plectendum peftis renunciatorem ufurpationem effe; in rem medicam, probabilitatum penfatione niten-

tem

tem, civiles rerum gerendarum normas male transferri; medicos, qui peſtem, quæ non ſit, renuncient, tantum publicæ ſecuritatis emolumento errare, penesque erroris indulgentiam etiam officioſæ vigilantiæ commendationm mereri; prudentiam, atque providentiam politiæ medicæ non tantum ex certitudine peſtis; ſed ex ſola etiam juſta mali contagioſi ſuſpicione omnium, quæ ad opprimendam peſtem pertinent, agendorum indicationem ſumere debere.

Quæ poſtea quam peroravit medicus dirigens, addidit ſanctionem ſine mora faciendæ, quam hucusque tergiverſatio diſtulit, ægrorum ſeparationis, & educendorum in contumaciam ſuſpectorum; propoſuit neceſſitatem claudendi totius oppidi, ſi deinceps ultra vicum Brdo proferretur contagium; explicuit methodum providendorum vitæ ſubſidiis incolarum ita comparatam, ut quam paucisſimam faciendæ commixtionis, & propagandæ contaminationis occaſionem offerret. Quæ omnia, etiam chartæ mandata, & commiſſarii regii auctoritate ſancita, perſonis rerum tractationi præfectis in manus convenerumt.

Hoc modo adſerta in præſens dignitate renunciationum medicarum, non ideo inſtituendo rerum curſui ea ſive alacritas, ſive accuratio accesſit, quæ ex ipſa præterita tergiverſatione eo magis neceſſaria evaſerat: quam ad rem id quoque non parum conferebat, quod diligentisſimus medicus, ceteræ usque mangyeloſenſem cordonem provinciæ inſpectione propter ſufficientium individuorum defectum usque adhuc occupatus, ſatis inſervire quotidie adurgendis negotiis vukovarienſibus non potuit.

Itaque tepeſcit magis in dies vigilum circa Brdo excubantium accuratio; nudi corporis apud ſuſpectas familias inſpectioni identidem obſtacula ponuntur; ægræ ex familia Subotin perſonæ celantur; mortuæ abſente medico propere ſepeliuntur, ut ei in erutis demum e ſepulcro cadaveribus contagioſi morbi præſentia demonſtranda fuerit; intra ipſum vici ambitum parum prohibetur

cognatorum, vicinorumque commixtio, ut circa finem Septembris octo in Brdo familias, nomine, & cognatione diverſas, tredecim domos infectas *) medicus cenſeret; facto ultimis menſis diebus tumultu triginta amplius animæ ex Brdo elabuntur, ſingulari deinde judicis Bakalovics zelo per villas, vinearum caſas, & dumeta exquiſitæ; contumaciæ, & lazareti apparatus lentiori, quam præſentanea neceſſitas ferret, gradu procuratur.

Interea ſufficienti numero chirurgi advenerant, quorum uno ad futurum lazaretum; altero ad contumaciam deſtinato, in quinque reliquos viſitationem quotidianam totius oppidi medicus Gellei partitus eſt: cuilibet chirurgo additi ſubinde duo commiſſarii ſunt, viſitationis ſocii; cuilibet conſcriptio perſonalis data familiarum in domibus eidem attributis habitantium, ut ita eo certius omni occultandorum coram advenis, & ignotis hominibus ægrorum ſtudio intercederetur.

Initio demum Octobris lazareti, & contumaciæ labor perductus ad finem fuit, quorum illi dominalis mororum hortus; huic terrenum in loco nundinarum exſciſſum impendebatur.

Mororum hortus **), qui foſſato dudum jam communitus fuerat, in ſeptem ordines diſtributus, eorum quolibet continebat tuguria aſſeribus facta: mediorum ordinum tuguria, ipſis ægris excipiendis deſtinata, planæ telluris ſuperficiei ſuperſtruebantur; cetera ſubterranea fuerant, hinc pro familiis, quæ jam ægrum ex peſte hominem dederunt; illinc pro reconvaleſcentibus. Quemque tuguriorum ordinem undique ad 15 pedum diſtantiam ambiebat trames, clatrorum ductu definitus, quo ſpatium, intra quod ægris, aut convaleſcentibus deambulare liceret, circumſcribebatur: ſingula tuguria aliis a ſe mutuo clatris dividebantur: clatra duorum quorumque proximorum ordinum plateam intercipiebant, intra quam ſanis

---

*) v. Tab. Vtam.

**) v. Tab. Vtam. & VItam.

ſanis hominibus, aliquo miniſterio defungentibus, liber commeatus patebat: plateæ per noctem lampadibus illuſtrabantur: in earum extimis finibus adſtabant utrinque vigiles, quæ intra plateam, & tuguriorum ordinem gererentur, obſervantes. Intra portam, qua ad terrenum lazareti accedebatur, tuguria vigilum, & miniſtrorum non expoſitorum fuerant, quorum tamen ea, poſt ſemel factam unius vigilis cum familia contaminata commixtionem, conditio fuit, ut, quamdiu negotium peſtis duraret, iſto lazareti recinctu prodire non liceret.

Retro lazaretum duplex cœmeterii locus deſignatus fuit, alter pro hominibus ex peſte mortuis; alter pro iis, qui durante in lazareto, & contumacia detentione mortem obirent. Poſtea cum identidem accidiſſet, ut quidam intra oppidum mortui ob defectum externorum in cadavere contagioſi morbi ſignorum non inter peſtem habentes certo referri poſſent, eosque incolæ, præjudiciis ſuis inſiſtentes, communi, & conſecrato cœmeterio ſepeliri prætenderent, qui, novis poſtea ægris in familia evidenti peſte correptis, jam inter peſte defunctos cenſeri debuerint; medicus Gellei hoc prudentis ad evitandam comunis cœmeterii per peſtiferos contaminationem conſilii inivit, ut deinceps, quicunque quocunque demum morbo moreretur incola vukovarienſis, durante loci præcluſione, ad cœmeterium contumaciale per contumaciales famulos tumularetur, eaque ratione ulteriorem exhumandorum ex communi cœmeterio cadaverum ſuſpectorum neceſsitatem avertit.

Imaginem contumaciæ vukovarienſis Tab. VI*tam* exhibet. AA ſtrues lignea duplex, duplici aſſereæ compagis ordine in longum protenſo facta, quem breviora latera in quadrilaterum rectangulum nectebant, intermediis muris ligneis in 140 cameras dividebatur, totidem portis antrorſum inſtructas: ſingula camera ſingulas familias capiebat: clatra a lateribus utrinque excurrentia, & inde anterius ab uno latere ad alterum pergentia claudebant aream, quæ contumaciſtarum commeatui patebat: eadem clatra in utroque

 an.

angulo claudebant locum feceffus pro contumaciftis: in area juxta clatrorum ductum locata erant vafa, in quæ per canales ligneos aqua e curru, quo adlata effet, derivabatur.

Prima ifta contumaciæ coordinatio parum fatis deftinationi legalis præclufionis refpondit, ftatimque, cum ad eam afpiciendam cum commiffario regio menfe Octobri medicus dirigens advenifTet, accurate monuit, hic homines in anguftum fpatium coarctatos, & exiguo communis commeatus ambitu conftrictos majorem etiam; quam in ipfo vico Brdo, commixtionis, indeque pendentis contaminationis occafionem habituros, atque, fi quis unus quocunque deinceps tempore ex omni contumaciftarum numero peftem acquireret, ceteros omnes novam contumaciam fummo fuo incommodo inchoandam habituros, fierique per repetitos cafus poffe, ut & plurimi ex tanto numero fuccefsive pefte fœdarentur, & fuperftites non nifi plurium denique poft menfium gravifsimam moram ad fua redituri fint.

Itaque eatenus actutum emendata contumaciæ conditio eft, ut factis viminum textu parietibus fua cuique familiæ area exfcinderetur, quam anterius clatra clauderent, quæ directione ad extima clatra parallela ita ducerentur, ut media inter utrumque clatrum plateola nafceretur, ficque fierent fingularum familiarum difcrimina: de locis autem feceffus ita provifum, ut, pluribus eorum retro contumaciæ tractum extructis, & vimine ambitis, aditus ad illa in contigua camera, jam fuo priore inquilino vacuata, exfcinderetur, ad quam vicini utrinque contumaciftæ, fua area excedentes, per plateolam, inter extima clatra mediam, paulo ante memoratam, pergerent: ne eodem tempore ex diverfis cameris homines locum peterent, vigiliarum continuo pro clatris ambulantium accuratione efectum dari debuit.

Ne hoc quidem modo exæquatos effe nævos omnes facile lector intelliget. Sed bona fortuna non nifi in unica hicce inclufa familia Villercfich, & quidem ftatim ab initiis emicuit peftis: at-

que tam hac; quam aliis quibuscunque, quae deinceps omnino aegrum ex peste hominem habuerunt, ad posteriora ipsius lazareti tuguria translatis, ista contumacialis apparatus incommoda sine publico nocumento fuerunt.

Ultra has cameras aliae etiam ad contumaciales usus adparatae commoditates sunt. (B) domus erat pro visitationibus nudorum corporum inserviens: area C, clatris munita, complectebatur tuguria mercatorum nundinalia, quae in depositoria supellectilis, & mercium de contaminatione suspectarum conversa sunt: domus D, proprio sepimento & vigilia praeclusa, chirurgum lazareti expositum hospitio excipiebat: E culinam communem refert, in qua sibi cibos parandos curare poterant contumacistae: sed homines, ipsi sibi ad exiguum ignem coquentes, isto beneficio nolebant uti, & detrectabant cibos aliena manu paratos: F tentorium exhibet, sub quo presbyter graecus sacra faciebat; G stabulum, in quo equi pro servitiis contumacialibus necessarii tenebantur. Vallatum magnum, in tabula expressum, sequiore demum tempore commissarius regius a Lovász terreno contumaciae circumdandum curavit.

1ma, & 2da Octobris educendis ad lazaretum, & contumaciam familiis, quae hucusque in Brdo inclusae tenebantur, impensa fuit. Praemittitur cujusque familiae nudae visitatio, ut hucne, an illuc referenda esset, decerneretur: familiae, quae aegrum jam hominem suo sinu complecterentur, ad recinctum lazareti; ceterae ad cellulas contumaciales illocatae sunt: educuntur singulae familiae, satellitibus comitatensibus stipatae; comitatur euntes chirurgus, & commissarius, ne quid per longiorem viam contra contumaciales regulas peccetur: delatis ad reclusionis locum sua cuique statio assignatur: eductio 226 animarum, medico Gellei omnia rite coordinante, parocho graeci ritus Michaelovich plebem ad obsequium componente, sine ulla rigoris contumacialis laesione, sine renitentia perficitur: supellex contumacistarum, legitime, & accurate con-

 signa-

ſignata, recluditur tuguriis propriis, ſubinde depurationi ſubjicienda: cuilibet contumaciſtæ dimidia libra carnis, olus, ſal, acetum, & militaris portio panis aſsignatur: aliarum, quas expetituri eſſent, neceſsitatum procuratio commiſſario facienda injungitur.

Non ita obſequentes in ipſa ægrorum a ſanis ſeparatione familias medicus habuit. Paſsi ſunt ſe Subotiones, & Bebichii educi in lazaretum; ſed ægros divelli e medio ſui, reponi in ſingulare tugurium, ſe illorum acceſſu excludi omnibus viribus obſtiterunt. Itaque internecina pene his familiis peſtis accidit: omnes eadem correpti ſunt.

Brevi patuit, quam utile fuiſſet ſuſpectas familias dudum recinctu oppidi educi. Vukovarienſes, qui metu præcludendi oppidi ſtudebant peſtem negare, his ipſis tergiverſationibus efecerant denique, ut præcludi oppidum oportuerit. Jam ſeſe exeruit contagioſus morbus in duabus familiis, proxime infra vicum Brdo habitantibus, Suljaſacz, & Csebedſzia; jam in familia Jugurchich, cujus domus non longe infra ſubotianam poſita erat, funus conjugis ex peſte accidit, quam medicus ad communionem, & translationem fomitis per canem procuratam ex tenore inſtitutæ a ſe accuratioris indaginis referebat. Ingrata mali multiplicatio id hocce in caſu habebat, neſcio, cujus commodi, quod in familia catholica acciderit: græci ritus homines, indignati inter ipſos tantum renunciari peſtem, pene ſacra odia in ſocietatem fundandæ, ac defendendæ reſiſtentiæ ſuæ attraxerant.

Tot exemplis declaratum malum denique jam ceſſavit negari, & deſcendens jam ex colle, quo ſolo ſat diu conſederat, contagium brevi per continuam planitiem, per contiguas undique ædes explicitum iri metuebatur. Itaque gravior ad proximum malum cohorreſcentia, & ſolicitudo ſervandæ vitæ paſsim jam ſupra alia ſtudia eminebat.

Sic comparatos incolarum animos cum ſubſtitutus vicecomes Joſephus Koczo, qui magiſtratualem negotiorum vukovarien-

rienfium directionem fufceperat, & medicus Gelei intelligerent; prudenter tempore ufi, feliciter incolas, jam de idonea hominum ad opprimendam peftem vi perfvafos, perduxerunt ad id, ut ultro fe illi omnes ad fervandam, quamdiu oppidum ægros ex pefte homines fufficeret, domefticam contumaciam refolverent, initis illis publico nomine difpofitionibus, quæ ad fubminiftranda per omne tempus vitæ alendæ adminicula pertinerent.

Oportet novæ, hic quidem, tractationis ordinem, principiis medico — politicis innixum, qualis Vukovarini in executionem ductus eft, pluribus verbis exponere.

1mo. Omnes patres familias adcurate moniti funt, ut ipfi domefticis fuis fevere attendant, ne quis eorum domo exeat, & clanculariis fubductionibus fummo ftudio intercedant. Mercatores claufferunt fornices fuos, iis exceptis, qui res minutas, ad quotidianam necefsitatem pertinentes, vendebant.

2do. Ne vel ipfi patres familias pro procurandis vitæ necefsitatibus cogantur domo prodire; conftituti funt decem vifitatores juramento adftricti, inter quos æqua proportione vici ampli oppidi fubdivifi funt, quive, quotidie pro foribus cujusque domus accedentes, patrem familias de domefticis necefsitatibus interrogabant.

3tio. Triplici modo fiebat rerum neceffariarum fubminiftratio. Quæ enim in longius tempus provideri poterant, & omnibus neceffaria erant, ut: farina, caules, legumina, ligna, &c. *), alia fingulis menfibus; alia fingulis feptimanis adferebantur domibus per ordinem, vifitatore, leges contumacialis adminiftrationis docto, diftributionem dirigente. Quæ autem fingularia quique defiderabant, & intra oppidum claufum haberi non poterant; ea vifitatores, ad raftellum prodeuntes, coemebant, commiffario raftelli confignationem pretii emtionis faciente, quam patres familias a vifitatore exigere potuerint. Pro minutis necefsitatibus coemendis,

*) Ifta victualia pauperibus beneficentiæ regiæ difpenfatione gratis dabantur.

dis, quibus visitatores distineri non oportuit; una vero pro rerum a visitatioribus procuratarum deportatione, & distributionis manipulatione ad quamlibet plateam destinati sunt fideles famuli tres cum uno curru trijugo: hi famuli, tugurium in ipsa platea habentes, vigilum munere fungebantur; hi statis horis carnem, potum, minores necessitates domorum incolis procurabant.

4to. Ne carnium, & potulentorum subministratio aut moram pateretur, aut etiam ministrorum multæ commixtioni locum faceret; pro uno macello, quod fuit in oppido, loca vendendæ carnis destinantur quatuor: potus non intra domum vendebatur; sed ante fores educillorum erigebatur taberna asseribus præclusa, ad quam epocillatio fiebat: utrique venditioni visitatores diligenter attendebant.

5to. Aquæ advectio in loco tortuoso, & puteis prorsus carente plurimas molestias facessivit. Itaque ditiores cives octo proprios currus cum aurigis consignarunt judici, qui, aquam e Danubio haurientes, eam ad plateas sibi designatas deveherent, & per ordinem incolis domorum distribuerent, præsente semper, & ministrante famulo plateari.

6to. Ut pro laboribus publicis, nefors vario tempore obvenientibus, homines præsto sint, neque illos ex domibus reclusis sumere oporteat, qui, ad suos redituri, metum contaminationis adferant, præter illos famulos plateares decem alii conducti sunt, magistratualium, & oppidani judicis imperia audituri.

7mo. Et hi famuli, & aurigæ cum curribus perpetuo habitabant in allodio amplo domus oppidanæ, ne ad suos quotidie reversi quoquomodo fomitis contagiosi propagationi inservirent.

8vo. Pecora omnia, domi superflua, collecta, & pastoribus provisa, partim in proximam Danubii insulam transposita; partim in territorium oppidi expulsa sunt.

9no. Ne homines, ad lazareti, & contumaciæ vigilias, atque ministerium necessarii, inde contagium ad oppidum referre possent,

possent, quod sub initiis factum est, constantes vigiliæ conductæ sunt, 25 pro lazareto: 12 pro contumacia: constantes item manualistæ, pro illo cum duobus curribus; 20 pro hoc cum curribus quinque: homines ministerio lazareti designati, antequam finito negotio ad oppidum redituri essent, contumaciæ subeundæ necessitati subjiciebantur.

Ita obtentum est, ut toto deinceps tempore pestis in oppido sævientis nemo præter magistratuales, visitatores, & paucos illos famulos, atque currus in plateis ampli oppidi conspiceretur, iis exceptis, qui ante depurationem vici Brdo habendis ibidem vigiliis occupabantur.

Sed vero hæc domestica totius oppidi contumacia, juncta quotidianis omnium incolarum visitationibus, quam & eo ipso facilius perficiebant chirurgi, & medicus summo semper zelo adcurabat, tam renunciatos quosque ægros ipse identidem inspiciens; quam improviso etiam domos, quæ sanæ renunciarentur, adiens: hæc, inquam, fecerat, ut, licet sumtum ex vico Brdo contagium in omnibus pene plateis oppidi caput extulerit, tamen ubique in ipsis pene incunabulis oppressum sit; ut in oppido mille amplius domorum capace tantummodo 27 contaminatæ numerarentur.

Juvat hic una serie historias & diditi per varios oppidi vicos, & mox suppressi contagii proponere, ad quas melius intelligendas volumus lectorem ichnographiam oppidi præ oculis habere.

Infectæ, ut jam diximus, in latere collis Brdo familiæ Shuljasacz, Csebedszia, Jugurcsich fuerunt ante; quam & summo cum rigore adcurare posset medicus visitationes quotidianas, varia negotiorum interpellatione prohibitus, & domestica contumacia locum haberet.

Familiæ Shuljasacz, & Csebedszia aliquot ejusdem plateæ domus, Marinkovich, Dugalich, Radivojevich, Berkanovich, contaminarunt, plurimis tamen & circum, & intermediis servatis: serior domuum depurandarum cura contaminationi occasionem ob-

tulerat. Familiæ Jugurcſich, in medio 202 cumulatarum domuum degentis, peſtis ita promte detecta eſt, ut nulla ex tanto numero amplius inficeretur.

Octava Octobris peſtis detegitur in puella Jazovacz, quæ clanculum quid a familia Subotin donatum accepiſſe, domumque attuliſſe dictitabatur: omnis in lazaretum ſtatim educta familia, cuncta remedia detrectans, penitus ibidem emortua eſt: omnis ad Vukam vicinia, 94 domibus conflata, immunis a peſte manſit.

Decima Octobris erupit peſtis apud Csira Antonovich, hominem catholicum, ubi, quomodo illatum in domum contagium eſſet, nullis quæſtionibus detegi apud omnia pernegantes potuit: degebat homo in principali platea oppidi; domus hinc, & inde erant 365; nulla illarum deinceps infecta fuit.

Menſe Octobri quatuor eodem tempore familiæ peſte fœdatæ deprehenduntur, Relich, Smolich, Stipekovich, Fuxanovich: omnes patresfamilias ad vicum Brdo vigiliis claudendum erant adhibiti: furta ſe in domo ſubotiana feciſſe confeſsi ſunt rerum vilium, excedentis familiæ negligentia ibidem permiſſarum: tantum familia Fuxanovich prorſus contiguam familiam Latyaracz contaminavit.

Ab hiſce vigilibus, quorum inſpectionem judex Bakalovich habuerat, aut a non ſatis cauto infectarum vic: domorum aditu videtur ille ipſe morbum accepiſſe, qui toti deinceps præter ipſum, & puellam adoptitiam familiæ, perſonis univerſim 14, internecinus fuit. Hoc in primis exemplo emolumenta introductæ, quam ſupra memoravimus, contumaciæ domeſticæ illuxerunt. Non libenter creditum fuit eſſe in familia peſtem, quæ ad ſubterranea, & ingruente jam frigore multum incommoda lazareti tuguria educi detrectabat: quique ditior, qui ultro in pauperibus ad lazaretum, & contumaciam cogendis conſpirabat, & collaborabat, verebatur poni exemplum, quod ipſum ſimili fortaſsis infortunio prehenſum ſequi oporteat: itaque ad ultimos pene Novembris dies domi ſuæ familia manſit, vigiliis

ad

ad domus aditus positis cohibita: mortes ibidem acciderunt omnes, tantumque, cum ipse jam commissarius regius præsentia sua adurgeret exitum, solus paterfamilias cum filia adoptitia potuit educi. Et tamen domus in medio oppido posita, undique quasi conferruminatas domos vicinas habens, in unicam tantum domum non proxime vicinam, & ne hic quidem per hominem, quod quidem scitur, contagium propagavit. Vuich, in tertia a Bakalovich domo habitans, qui se, suosque diligenter domi continuerat, observatus est identidem blandiri cato, qui per contigua tecta de domo una in alteram solebat commeare, quemve herus identidem monitus occidere detrectavit. Immunes mansere contiguæ his domus, numerosam familiam alentes, Michaelis Vladimirovich, Christophori Michailovich, & Trifonii Lichich; immunis mansit totus circum vicus, & coagminatis domibus, & platearum angustiis, & incolarum frequentia plurimum ad propagandam pestem comparatus.

26ta Octobris in ipsa Alicza, vico remotissimo, atque ad confluentem cum Danubio Vukam posito, pestis emicuit: vigil lazareti Diakovich cibum a familia Bebich ibidem ægra acceperat. Ipsa in origine detecta pestis a ceteris 124 ejusdem vici domibus abstinuit.

20ma Novembris familia Bartolovics in extremo oppidi ad Danubium angulo inter paucos vicinos degens, quæ nuper infantem non sine enata subinde pestis suspicione *) amiserat, matremfamilias apertis pestis indiciis spectabilem dedit. Malum intra familiam substitit.

Ultimus ex domibus æger eadem 20ma Novembris tiro Petri Stanisich accessit, qui, plecti ab hero metuens, in tectum domus Marinkovichianæ se recondidit, atque ibidem per ali-

O 2 quot

*) Difficile est in pestis diagnosi apud infantes non errare: mors illos ex peste plerumque convulsiva abripit, & convulsionum letalium tot aliæ etiam causæ sunt.

quot dies delituit. Morbo correptus, licet omnino jam depurationis laborem marinkovichiana domus ſubiiſſet, recipit ſe ad torcular heri, atque ibidem deprehenſus a chirurgo viſitante, & ad lazaretum compulſus, familiam Staniſich ſuſpicione contagii involvit, qua eam tamen contumaciæ periculum exemit.

Non dubito ex his, quæ hucusque recenſuimus, ſatis cadere in oculos, quantæ ad peſtem ſupprimendam utilitati fuerit illa univerſalis contumaciæ inſtitutio, quam Vukovarini inductam ſubſtituti vice-comitis, & aſsidui medici adcuratio per omne, quo neceſſaria fuerat, tempus ſummo in rigore ſuſtinuit. Sed habebat eadem id inſuper boni, ad ſingularum familiarum commodum pertinentis, quod, cum iis in caſibus, ubi non prorſus reſtrictus incolarum commeatus eſt, emergente in una familia contagioſo morbo, plerumque alias plures, quæ ex mutuo commercio aliquam ſuſcipiendæ contaminationis occaſionem habuerint, ad contumaciam ſeparatam cogendæ ſint, hic ſatis fuerat ſolas illas neceſsitate ſubeundæ contumaciæ obſtringi.

Licet jam interruptum rerum geſtarum ordinem perſequi. Nona Octobris, ut jam alibi memoravimus, commiſſarius regius, & ſupremus comes Vukovarinum advenerant: populi magnam partem egeni, & nunc improviſo malo obruti calamitas cadebat in oculos: vecto per vicos commiſſario regio paſsim patresfamilias famelicam ſobolem locabant pro atriis, & panem inclamabant: annonæ, lignorum, plurium victualium penuriam facile indago docuit: inquietus plebis animus, variis occaſionibus emicans, militaris frœni deſiderium fecerat. Itaque cum, mandata licet, regia ſubſidia nondum adferri potuiſſent; annonæ, & farinæ ſufficiens in primas neceſsitates quantitas mutuo ſumta a dominio terreſtrali eſt; mille lignorum orgyæ ſtatim emtæ a dominio nuſtarienſi; coordinata horum ſubſidiorum diſtributio; denique novæ pro mittendo ad ipſum comitatum ſirmienſem, ad firmandam præcluſionem

nem

nem vukovarienſem milite preces Majeſtati ſuæ ſacratiſsimæ ſubſtratæ ſunt.

Poſt medium menſem Octobrem depurationis negotio, cujus maturationem & profeſſor dirigens, & medicus Gellei hucusque necquidquam adurſerant, manus cœpit admoveri: infectæ domus in Brdo omnes; pleræquæ in acclivi colle ſolo æquantur: ceterarum domorum, ad contumaciales familias pertinentium, depuratio peragitur usque finem Novembris, quo tempore eædem familiæ, ſuperata feliciter contumacia, eodem reducuntur: inde tranſitum ad ceteras oppidi infectas domos eſt, quæ, usque finem Decembris depuratæ, ſubinde majoris ſecuritatis cauſa juſſu commiſſarii regii a Lováſz dirutæ, atque igne conſumtæ ſunt.

Menſe Novembri præcluſione infecti oppidi melius communienda magiſtratuales occupabantur. Vinearum, quæ proxime ipſum oppidum erant, aggeres utique exſtantes multum laboris compendium faciebant: auctus, firmatusque vepribus aggerum ſuggeſtus; juncta novo aggere vacua hucusque intervalla; ambitus præcluſuræ viis exſectis, ſtratis pontibus pervius redditur; tuguria hiemalia cum intermediis excubiarum caſulis locantur; *) ac denique excubantibus jam a menſe Octobri vigilibus provincialibus 10ma Decembris militares excubiæ interſeruntur.

Duo in hac præcluſione raſtella aderant: alterum in ipſo ponte lapideo, Vukæ impoſito, quo communio contumacialis cum oppido Neo-Vukovar alebatur; alterum in via ſzotinenſi, quo ex pagis cis Vukam poſitis vitæ ſubſidia pro recluſis advehebantur.

Nullus jam a 20ma Novembris æger ex oppidi domibus accreverat: accuratio contumaciæ domeſticæ jubebat ſperare, nullum amplius domorum incolam morbo correptum iri: pedetentim eo dirigi poſſe negotia videbantur, ut oppidani domeſtica

 con-

*) Vide Tab. V^{tam}.

contumacia tuto ſolverentur. Ad eum ſcopum id imprimis videbatur pertinere, ut, ſi quid uspiam forte lateret contagioſi fomitis, in tempore tolleretur: eam ad rem profeſſor dirigens id conſilii cum medico Gellei inivit, ut per proximas ſex hebdomadas omnes incolæ lavandis, dealbandis, purgandis, ventilandis rebus, domibusque ſuis occuparentur. Erant, qui ultra has cautelas inſuper volebant requiri, ut eductæ extra oppidum omnes mercatorum merces contumacialem ſub tuguriis, undique aeri patentibus, ventilationem paterentur, quod medici eo minus neceſſarium exiſtimabant; quo magis erat certum, nunquam hic ei cum infectis perſonis commixtioni locum fuiſſe, ex qua mercium contaminatio oriri potuiſſet: itaque gnari, quantum cautelæ ſuperfluæ in tractatione peſtis noxiæ ſint, quantas afflictis utique civibus ærumnas, & moleſtias faceſſant, conſilium probare non poterant: agitata diu quæſtio ſic tandem adhæſit, ut altero demum menſe poſt in efetum deduceretur medicorum propoſitio, atque ita tanto temporis ſpatio negotium ampli oppidi in civilis commeatus libertatem adſerendi tardatum ſit.

Toto menſe Decembri nullas lazareto acceſsiones ipſum oppidum ſuffecit: tantummodo ancilla lazareti, & famuli aliquot depurationis, domo in primis, & rebus familiæ Bakalovich mundandis occupati, contagioſi morbi ſymptomatibus corripiuntur, quos promtum, felixque medici auxilium morti eripuit.

Mortui ſunt juxta ſummationem a medico factam, atque exhibitam ex peſte Vukovarini homines 58; convaluerunt 79: ſingulorum nomina legitima conſignatione non comprehenſa ſunt.

PESTIS

IN

POSSESSIONIBUS

VELIKO-RADINCZE, GERGUREVCZE, BESSENOVO, ET BESSENOVO-PERNJAVOR.

Pestem in hisce possessionibus sævientem uno capite complectemur, quod sive eadem ab origine contagium acceperunt; sive ab eodem medico, Joanne Kütl, administratæ, malo ereptæ sunt.

Quam parum in provinciali vigile, pro præclusarum vicinarum possessionum lineis excubias agente, securitatis ad impediendam contagiosi fomitis e contaminato loco exportationem repositum sit; etiam a priori, quod dicimus, quisque, mores nationes in primis rasciæ doctus, prospicere poterat. Homines, studentes affinitatibus, & nexum sanguinis plurimis consuetudinibus sacrantes, homines, fraternitatis appellatione difficillima quæque audentes, fideles horum ipsorum fratrum custodes, & coercitores futuri male sperabantur. Eo magis cadebat omne sperandæ securitatis fundamentum, cum reputabamus, in tanta cordonum longitudine, in excubiis sæpe per medias silvas locatis, quæ clancularii prævaricationibus magis adhuc inserviebant, si vel unus vigilum cumulus pro vigilia mediator prævaricationis contumacialis esset, omnem totius, qua longe ducebatur, præclusionis scopum eludi. Itaque non infrequenter ipsi e sanis possessionibus vigiles nuncii, & portitores potius ibant ad cordonem, & redibant

bant rerum, quas cognati extra lineam exiſtentes incluſis ſignificandas, mittendas, aut ab iis reſciſcendas, accipiendas habebant: alias mediatione ſua deſtinabant utrinque tempora conventiculorum ad cordonis ductum habendorum, & convenientes celabant: pluries ſermone etiam prodiderunt loquaciores femellæ hanc prævaricationem, dum, magiſtratuales, & medicos de concluſis cognatis ſuis interrogantes, aiebant ſe dudum nil de illorum ſorte audiviſſe, quia iſte, aut ille cognatus dudum jam in vigiliis non fuiſſet.

Ejusmodi prævaricatione fomes contagii peſtis perlatus ad Veliko-Radincze eſt. Vetula mater Kuzmanni Bugarsky acceptam ab Irreghienſibus in cordone pecuniam, linteis involutam, domum attulit inter Octobris initia: moritur brevi poſt: medicus præviæ commixtionis ignarus, tantumque ad ſpectandum vetulæ cadaver adveniens, cum nil in eo peſtis ſuſpicionem faceret, nil præterea eorſum pertinens percontando ex cognatis reſciret, diagnoſin mali contagioſi facere non potuit. 23^{tia} Octobris filius natu maximus, jam paterfamilias, qui partim cognatos, partim eos, qui in colligendo fagopyro ſociam operam locaverant, & ex ipſa poſſeſsione, & ex vicinis, Gergurevcze, Sullyom, Stejanovcze, Beſſenovo, atque Beſſenovo-Pernjavor ad convivium, toties licet prohibitum, invitaverat, miti febre corripitur: levi malo contemto, ſymptomatibus ad iteratam crapulam relatis, triduo alit convivium, cui 60 amplius homines interſunt: tandem fratres hoſpitis dira febris corripit, intraque nycthemerum fato ereptos uxor alterius fratris, mariti funus eferens, conſequitur, ſubita morte peremta: terror panicus corripit convivas, vicinarum poſſeſsionum incolæ domum difugiunt.

Hæc inter medicus Kütl advenit, tunc demum reverſus Kameniczio, ubi eundem contemporanea contagioſi morbi eruptio occupaverat. Quo magis tot poſſeſsionibus tanta, tot dierum commixtio periculum portendere debebat videri; eo magis nil

nil in principio negligendum esse debebat existimare. Itaque accepta familiarum, quae convivio intererant, consignatione, determinatis Radinczae familiis, quibus actutum exeundum ad contumaciam esset, continuo excurrit ad ceteras per ordinem possessiones: ubique exquisitos convivas apprehendit primo, aut altero die, extraque possessionem segregat una cum iis, quibuscum interea rem habuisse potuit intelligere: in Bessenovo jam expulsam ab ipsis incolis invenit familiam convivae Nicolai Baklovich, cujus reditum fama enatae in Radincze pestis praecesserat: ipse cognatorum, & vicinorum domibus apponi curat vigilias, ne, necessitudine ducti, clanculum adire secretos possint moliri: tandem Radinczam redux coram adursit familiarum ad contumaciam exitum, prorsusque elata e domibus omni supellectili negotium bidui spatio absolvit: quatuordecim familiae, quae aut intererant convivio, aut deinceps cum convivis communicaverunt, domibus suis excedunt.

Summo ad publicam salutem emolumento primi isti conatus medici Kütl fuerunt. Una ista familiarum radinczensium eductione ita exemtum ex possessione contagium est, ut deinceps unicus tantum homo, Jovan Latyaratz, intra ejus ambitum contagioso morbo corriperetur: ex ipsis familiis contumacialibus, quae deinceps a se mutuo separatae degebant, novem familiae, octuaginta personas numerantes, liberae a morbo servatae sunt, factumque adeo est, ne, quae primis commixtionibus contagium non sumserant, posterioribus contaminarentur. In Gergurevcze tunc unicus ille homo, Jovan Markovich, qui convivio interfuit, peste correptus est, non ceteris tantum incolis; sed uxore etiam, & prole mortui a contagio praeservata. In Sullyom, & Stejanovcze nemo accepit contagiosum morbum. In Besseno-vo unus tum ille Baklovich tulit contagii vim, cujus familiam ab ipsis incolis in contumaciam esse coactam memoravimus.

Erupit eodem tempore pestis in Bessenovo - Pernjavor, sed ita tamen, ut aliorsum referenda ejus origo fuerit. Alexa

Begovich, unus e convivis radinczenſibus, ſimul una cum ſua familia ad contumaciam relegatus, ſalvus perſtitit & ipſe, & cum eo omnes, qui illius cauſa neceſsitatem ſecluſionis obiverunt. Contra Cſira Vucsenovich, vir 30 aliquot annorum, potator, certator, vagator nocturnus, cui cum vicinis Jazakenſibus & cognatio, & notitia interceſſerat, nuper ad ejatis cordonis *) vigilias adhibitus, poſt morbum 24 horarum, ſub quo de cephalalgia, & dedolatione queſtum eſſe cognati referebant, 31ma Octobris moritur, cadaverque totum maculis nigris, vireſcentibus variegatum exhibet. Familia magna, pluribus maritatis fratribus conſtans, in contumaciam poſita, decem deinceps ex peſte ægros ſuffecit: ſed contagii propagatio in poſſeſsione ita deinceps cohibita fuit, ut unica tantum inſuper familia Pautskovich duarum perſonarum contaminatione notaretur.

Ita infectis eodem tempore quatuor in proceſſu rumenſi poſſeſsionibus tractatio peſtis per ejus ambitum multum afflicta fuit: non modo laboribus, & vigiliis circum loca prius infecta præſtandis, faciendis difficillimo tempore vecturis quatuor poſſeſſiones, 3618 **) animas complectentes, ſubtrahebantur; ſed jam & ipſis providendis, coercendisque ceterarum, quæ adhuc ſanæ cenſebantur, poſſeſsionum incolæ impendi debebant, cum ceteri comitatus ſirmienſis incolæ cordonis mangyeloſenſis præcluſione ab illis functionibus prohiberentur.

Tantis laboribus illorum colonorum numerus non ſuffecerat. Itaque judex nobilium rumenſis actutum quidem poſſeſſionibus Radincze, & Beſſenovo-Pernjavor præcluſionem circumdedit,

---

*) Hoc ipſo tempore Jazakini nulla peſtis diſciplina locum habuit.

**) Gergurevcze numerabat animas . . . 1953

Beſſenovo	939
Radincze	368
Beſſenovo-Pernjavor	358

dedit, quod in iis major contagii explicatio obſervaretur: poſſeſsiones Gergurevcze, & Beſſenovo præcluſione carere toto deinceps tempore debuerunt, & coacta fuit in eo conquieſcere optimi magiſtratus ſolicitudo, ut vicinarum poſſeſsionum incolis omnem cum illis communicationem ſevere interdiceret; Gergurevczenſes, & Beſſenovenſes nusquam ad territorium admitti juberet; mandati executionem ſua, juraſſoris Veſſelényi, & commiſſariorum perpetua vigilantia, atque attentione procurare adlaboraret.

Factis præcluſionibus, evicta denique pro perſonis fungentibus ultra, citraque cordonem commeandi licentia, medicus Kütl, qui hucusque quatuor infectarum poſſeſsionum negotia ex ſtatione ſua rumenſi procuraverat, transtulit ſe Radinczam, coordinatisque per omnes infectas poſſeſsiones quotidianis chirurgorum viſitationibus, ut jam omnis omnino æger certo ad ejus notitiam perveniret, poſteaquam eductæ ubique in contumaciam familiæ tres ibidem hebdomades transegerunt, ad depurandas, quæ interea ſub vigilia tenebantur, illarum ædes acceſſit. Et ex more veteri, obque incolarum, cum primis autem vicinorum ſanorum obluctationem, & per aliorum viſitationis, ac ſeparationis negotiorum neceſsitatem, & ideo denique ineundam ſibi hanc expectationem eſſe medicus exiſtimavit, ut trium ſeptimanarum contumaciæ periculo definitum haberet, quæ ex ſuſpectis hucusque domibus omnino infectæ cenſeri debeant, quæ non; ut illis quidem depurandis famulos expoſitos; his mundandis ſanos homines applicaret: metuebat nempe, ne per famulos expoſitos ſanæ antea domus contaminarentur: in reducendis ad depuratas, mundatasque ædes ſuas familiis eam medicus commendabilem cautelam addidit, ut illas, trium proximarum hebdomadum ſpatio domi habitantes, appoſitis vigiliis intra pomoeria ſua contineret, atque ita, ſi forſan in earum aliqua e quocunque depurationis vitio novitus ſe contagioſus morbus eferret, is intra eandem coerci-

coercitus esset, neque aliarum familiarum ad contumaciam agendarum necessitas enasceretur.

Illud in facienda domorum depuratione expectationis consilium nulla quidem in Radincze sequela notatum fuit ejusmodi, quæ unice ad ipsam hanc expectationem pertineret. Verum est, famulos depuratores furtis, quæ in domo bugarskiana fecerant, ad molam viciniam noctu delatis molitori, & ejus uxori una pestem attulisse; sed id quidem quocunque depurationis tempore fieri a perversis, & constituti commissarii attentionem eludentibus hominibus poterat. In Bessenovo, & Gergurevcze oppressa jam primitus pestis ita deinceps per vices emicuit, ut suspicari licuerit, hasce recidivas tardiori ad purgandas ædes accessui adscribendas esse: tantumque summa medici in mature detegendis ægris, & suspectorum separatione accuratio ulteriori mali propagationi intercessit, ut, quoties erumperet, toties etiam in ipsa herba morbus opprimeretur. In Bessenovo, Nicolao Baklovich, ut diximus, mortuo, siluit pestis toto mense Novembri, familia domestica in contumacia existente; fratre Lazaro, qui seniori commixtus non erat, apud probum incolam Szubotich servitia faciente: idem tamen initio Decembris corripitur peste non sine suspicione exquisitarum, quas domi mater occulit, pecuniarum: statim summa cura separatus, ne numerosam heri familiam contaminaret, transfert contagium in matrem, quam seorsim tentam, absente medico, irati, quod ex hac familia malum pestis haberent, incolæ ad filium pepulerunt: istis per tumulatores, ex Pernjavor sub custodia adductos, sepultis, domo concremata, penitus extinctus in magna possessione morbus contagiosus est. In Gergurevcze Jovan Markovich, pauper colonus, in fine possessionis habitaverat: eo sepulto, familia in contumaciam educta, domo subinde diruta, nil ad pestem pertinens usque quartam Decembris detegitur: tunc in media pene possessione moritur femina Bernyassovich; cadaver hinc inde

macu-

maculatum eſt petechiis lenticularibus; nulla præviæ contaminationis confeſsio elici poteſt a ſuperſtitibus: domui vigilia apponitur: poſt duodecimum diem tres ſe in illa offerunt ægri, brevi vita ſoluti, quos proxime avus familias ſequitur: facta inſtantanee ſeparatio, & ea ſepulturæ procuratio, quæ nemini ex alia familia occaſionem contaminationis faceret, iterum peſtem ſuccidit: fratres familias, qui tum forte domo aberant, contumaciam tribus hebdomadibus ſani durant; poſtea demum ad paternam domum depurandam adhibentur: eorum alter peſte corripitur, & perit menſe jam Januario anni proximi: eodem menſe puella, Kumria Vaſsilich, ex vicina domo oriunda, cum febris peſtiferæ ſignis ex morbo breviſsimo occidit. Diruta ſubinde domus bernyaſsovich eſt; ſtatim depuratæ ædes familiæ Vaſsilich, & reclinacula; quæcunque ad ſeparationem ſuſpectorum pertinebant, ex more diligentiſsime acta a medico ſunt; peſtis prorſus extincta eſt.

Atque hæc fere eſt ſumma eorum, quæ in negotio extirpandæ per poſſeſsiones Radincze, Gergurevcze, Beſſenovo, & Beſſenovo-Pernjavor acta fuerant.

In Radincze, ut diximus, poſt primam ſeparationem, poſt medium Novembrem, usque finem Decembris unice e contumacia, e famulorum expoſitorum numero ſuccreverunt ægri, qui poſteriores contagium etiam ad proximam poſſeſsioni molam, ſine ulterioribus tamen ſequelis, transtulerunt: ultimus ex peſte mortuus eſt 27ma Decembris: deinceps negotium omne in conſolidandis ſanatorum ulceribus, in adcuranda reconvaleſcentium contumacia verſabatur. In Beſſenovo-Pernjavor ultimus æger, isque tumulator, & dudum in Turcia, & nuper peſte feliciter defunctus, accrevit fine Decembris; tertia Januarii 1796 mortuus eſt: ſanatorum ſera partim ex ulcere; partim e bubone, nec in ſuppurationem, nec in reſolutionem vergente, convaleſcentia fuit.

Menſe Decembri finiente cum commiſſarius regius, qui omni modo ſecurus de ſatis oppreſſa per has poſſeſsiones peſte

esse non posset, metueret, ut medicus Kütl multiplici per tot possessiones officio satis suffecturus esset; exmisso tunc ad processum rumensem medico, qui nuper ad Sirmium advenerat, Leopoldo Brietto, possessionem utramque Bessenovo attribuit, qui in iis omne depurationis negotium anno proximo multa cum assiduitate consummavit.

Mortui sunt in Radincze 16; in Gergurevcze 8; in Bessenovo 3; in Bessenovo-Pernjavor 10.

Convaluerunt in Radincze 5; in Gergurevcze 1; in Bessenovo nemo, in Bessenovo-Pernjavor 4.

Nomina omnium Tom. II. sub V. exhibemus.

PE-

PESTIS

IN

OPPIDO

KAMENICZ.

Kameniczium, *) proximum arci petrovaradinensi; civitati neoplantensi ex adversa Danubii ripa oppositum oppidum, quod 1513 incolas numeraverat, duplici via eodem tempore pestem accepit. Medicus Kütl, cum a chirurgo visitationes quotidianas faciente duorum ægrorum, contagiosi morbi suspicionem facientium, significationem 23^{tia} Octobris accepisset, eodem actutum excurrens, Joannem Muych, virum quinquagenarium, & ejus uxorem Saram ægros invenit: intelligit virum, 20ma ad silvam pro lignis profectum, reducem frigore correptum esse; secutos calores mentem emovisse, ut, quomodo e curru deductus in cubile esset, ignoraverit; feminam, dudum valetudinariam, 22da pessime habuisse; questam esse de universalibus doloribus, delirasse, 23^{tia} ante auroram mortuam esse; in cadavere maculas rubras, longitudinales visas chirurgo fuisse: præsens vivi adhuc viri status apertiora pestis signa exhibebat: aderat vertigo, gravedo capitis, incessus titubans, levis calor, dolor sub humero, inque metacarpo dextro, quem posteriorem illi, qui a prunis candentibus fieret, æger comparabat: illic tumor magnitudine nucis, dilute ruber, percipitur; hic duæ vesicæ nigricantes, levi rubore cinctæ, eminent.

Factis, quæ ad occlusionem ægri, separationem prolium, arcendos vicinos, & cautelas contumaciales pertinerent, dispositio-

*) Vide hic, & pro sequentibus clare intelligendis Tab. VII^{mam}

ſitionibus, dataque chirurgo idonea inviatione, cum ad V. Radincze avocatus medicus abitum pararet; ei mulier Pauli Bognár filiolam adfert, quæ, tumore inguinali notata, matri ſuſpicionem peſtis fecerat: itaque neceſſariam domus præcluſionem inſtituit, ulteriorem & modi, quo allatum contagium eſſet, indagationem, & faciendarum, quæ accommodæ eſſent, diſpoſitionum provinciam relinquens medico Joanni Skudek, quem ex proceſſu ilokenſi actutum exmiſſum a commiſſario regio eſſe intellexerat. Proximo poſt abitum die mortuus Jovan Muych eſt; ſepelitur a famulis deinceps in contumacia tentis; pleraque domeſtica ſupellex igne abſumitur.

Accurata medici Skudek inveſtigatio ſequentem propagatæ horſum peſtis hiſtoriam comperit. Stephanus Jamár, neocoloniſta kameniczenſis, domum a dominio ſibi traditam cum ſuis incolebat: furti reus cum menſe Majo 1795 in carceres actus eſſet; prima nocte profugus Rumam primo, dein Irreghinum ſe ſubduxit: uxor & filius domi manſerant; ſed cognita mariti ſtatione identidem Irreghinum curſabant, &, quæ is deinceps per occaſionem rerum ex initiis peſtis perturbatarum quærebat furto, domum deportabant: reſcita initio Septembris prævaricatio eſt: dominium terreſtre exigit e territorio familiam, domum claudit: nullo ad commiſsionem regiam rei nuncio perlato nullæ ad domum debite depurandam diſpoſitiones fieri poterant: medio Octobris Stephanus Gallos, in aula dominii operarius, inhabitandam acquirit domum hucusque clauſam: 22da Octobris ejus uxor Eliſabetha, & proles morbo perimuntur, quem tamen chirurgi relatio ad peſtem non cenſuit: 26ta Octobris inter vicinos, qui reliquias jamárianas, domi inventas, inter ſe titulo debitorum diviſerant, & primum quidem in puella, quam diximus, Anna Bognár, peſtis emicat.

Malo comperto opponere congrua remedia oportuit. Sed vero nullus hucusque apparatus contumacialis, quem ubique præ-

ſto

ſto eſſe debere dudum conſtitutum habebatur, factus pro oppido fuit, & peſsima anni tempeſtas, continuis pluviis notata, ædificio nunc faciendo minus favebat. Itaque cum platea C, in qua muycſiana domus ſituata fuerat, & extima eſſet oppidi, interque hortorum aggeres quaſi præcluſa procurreret, & lata eſſet, atque domos idoneo intervallo diſtinctas comprehenderet; ſex extimas domos, tres ex ſingulo latere, incolis ſuis vacuatas, noſocomio, & reconvaleſcentium cubilibus deſignavit medicus; in proximas lateris dextri domus, in quarum ſerie utique muycſiana ædes infecta fuerat, itidem ſuis incolis vacuatas, transſtulit ex platea A familias contagium habentes; totam plateam, ex lateribus utique hortorum aggere cinctam, in utroque fine ſepimentis, & locatis ex omni parte vigiliis præcluſit; latus autem plateæ dextrum, in quod familias contaminatas congregavit, a communione cum ſiniſtro latere, ad quod etiam vacuatarum dextri lateris ſuperiorum domorum incolas transtulit, per medias triplici in ſtatione vigilias diremit; in platea A primo ipſis domibus infectis vacuatis vigilias appoſuit; inſuper autem totam plateam excubiis ſtipatam a communione cum cetero oppido exemit.

Hisce diſpoſitionibus medicus cum judice nobilium Antonio Pólyák, qui, in Ledincze ſtationem nactus, inde Kameniczium ſingulis diebus excurrerat, eas quoque addidit, quæ ad promte adminiſtranda præcluſis familiis alimenta, advehendumque potum pertinebant: quæ prior cura tanto hic magis neceſſaria fuit, quod cum univerſum oppidum ex prioris anni incendio multum attritum erat; tum vero malum peſtis, & contumaciæ neceſsitas prorſus in pauperrimas familias, in neo-colonos, reſedit.

Enato Kameniczii contagioſo morbo curandum erat, ne hinc ultro proferri poſſet. Eum in ſcopum latus illud præcluſio-

nis magnæ irreghienſis *), quod intra Rivicza, & Verdnik in montes ſummos aſcenderat, ibi commiſſum cum altero latere, quo kameniczenſe territorium ab irreghienſi dividebatur, inde jam ab ea commiſſura productum juxta Ledincze usque Danubium fuit, ſtatu militari ex parte altera Kameniczenſibus acceſſum ad petrovaradinenſes, bukovczenſes, & carloviczenſes agros intercludente: cum autem Kameniczenſibus, qui alimentis e comitatu bacſienſi ſumendis carere non poterant, indulgendus ad neoplantenſe raſtellum acceſſus eſſet, ad quod hucusque promiſcue cum Ledinczenſibus, & Rakovaczenſibus adire poterant; conſtitutum deinceps fuit, ut ſolis Kameniczenſibus ſolo die martis, & veneris acceſſus pateret ad raſtellum; ceteris diebus illud ceteræ poſſeſsiones, excluſo Kameniczio, accederent: ad melius impediendas trajectus prævaricationes omnes privatæ naves ademtæ incolis ſunt: bacſienſes denique incolæ, adhuc in territorio kameniczenſi exiſtentes, quorum per vineas diſperſorum inſpectio ſummas difficultates habuiſſet, proximo tempore omnes in contumaciam neoplantenſem transſumuntur, atque ita periculo ſumendi ex oppido Kamenicz contagii ſubducuntur.

Reliquum erat, ut accuratione quotidianarum viſitationum preſſo quaſi pede ſequeretur medicus ulteriorem evolutionem contagii; ut illud & promta eorum, qui deinceps emergerent, ægrorum ſeparatione, & facta mature, diligenterque ædium, ac ſupellectilis depuratione ſuccideret. In primo objecto nil omnino paſſus eſt diligentiſsimus medicus deſiderari: in altero ſi culpa non ſua tardius, 23tia demum Novembris, acceſſum ad depurandas domus eſt; ſumma laboris acceleratione factam hucusque negotii moram compenſavit, ut 8va Decembris omnem depurationem legitime factam medicus dirigens inveniret.

De-

---

*) vide Tab. 1mam

Decurſus peſtis kameniczenſis omni expectatione melior fuit. In platea A quatuor tantum domus, eæque ſibi viciniſsimæ, Stephani Gallos, Pauli Bognár, Stephani Toth, Annæ Matkovich infectæ ſunt, & jam 8va Novembris ultimus ex nova plateæ hujus familia æger translatus ad noſocomium eſt: depuratis infectis domibus, etiam ſanæ ejusdem plateæ domus ad depurationis præcipua capita efectuanda acceſſerunt.

Ab eo, qui ſe in hac platea evolvit, peſtis fomite ſumſerunt contagium pauci illi, qui menſe Novembri peſtem acceperunt. Nempe poſt Annam Bognár Stephanus Gallos, Stephanus Toth, & Maria Toth, ejus uxor, Anna Markovich, & hujus inquilini, Maria Juſzák, atque ejus filius Michael Juſzák, duo item famuli expoſiti, Joannes Nagy, & Stephanus Kollárik. Anna Bognár parentes; Stephanus Toth proles; Anna Matkovich familiam non contaminatas reliquerunt.

Contagium contra, quod ſe in familia Muych plateæ ſuperioris etulit, aut prorſus abolitum fuit, aut diu certe, quem afficeret, non habuit. Sanæ permanſerunt muycſianæ proles quatuor, una cum familia vicina, quæ eas proles lotas, mundatasque ad ſe receperat. Prima demum Decembris in domo ab hinc tertia infirmatur ex peſte Magdalena Boich puella, quæ an contagium ex domo Muycſii; an alia quadam cum depurationis famulis ſua, aut parentum commixtione aſſumſerit, patere non potuit: interim puella actutum ad noſocomium transpoſita, inſtituta omnis ſupellectilis mundatione, cetera familia, 12 perſonis conſtans, immunis a peſte perſtitit.

Non tantum in opprimendo contagio; etiam in curandis, qui peſtem habebant, ægris felices medici Skudek conatus fuerunt. Quatuor homines ante occaſionem ferendæ opis medicæ mortuos eſſe diximus; deinceps decem contraxerunt morbum: ſeptem ægris reddita ſanitas eſt; tres, & quidem ſoli omne pharmacum detrectantes, mortem obierunt. Methodus medendi in

eo ponebatur, ut dato emetico exhiberetur cortex chinæ, camphora, ſpiritus vitrioli, vinum generoſum: erat toto menſe tempeſtas humida, pluvia, ſubfrigida; venti auſtrales.

Hoc modo extincta prima Kameniczii peſtis fuit: ſuperarunt & contumaciſtæ, & reconvaleſcentes omnes feliciter contumaciam ſuam, jamque de ſolvenda oppidi præcluſione omni jure cogitatum fuit; quum novitus ex oppido Irregh allatus contagii fomes novas ex peſte mortes, novasque magiſtratibus curas fecerat. Sed hæc quidem longius in annum 1796 recidunt, totaque ad ejus temporis hiſtoriam debent referri.

AN.

ANNUS 1796.

JANUARIUS.

Ordimur annum 1796, cujus ſub initiis illuſtriſsimus conſiliarius aulicus, Sigismundus Lováſz, a promtiſsima omnis commeatus ad ingentem contra Turcas exercitum ſubminiſtratione regi, patriæque commendatiſsimus, magnum domandæ peſtis animum in Sirmium attulit. Re omni extracordonali dudum ita coordinata, ut ejus tractatio æquo prorſus tenore, atque ad omnes ſalutis publicæ ſcopos duceretur; eo minus neceſſe fuit, eandem ulteriori commiſſarii regii, ad Sirmium translati, directioni ſubduci, & indefeſſum viri ſummi ſtudium, omnia utrinque peſtis negotia complexum, utrique ſe provinciæ ita impertivit, ut non niſi perſonalis rerum extracordonalium inſpectio, a qua commiſſarium regium præcluſionum indoles prohibebat, in vice-comites, bacsienſem, & veroczenſem, devolveretur, in quorum & fide, & aſsiduitate conquieſcere ſe poſſe dudum ille intellexit.

Duodecima Januarii perlatus Ilokinum commiſſarius regius, poſteaquam a dirigente medico præſentem rerum ſtatum propius edoctus eſſet; primam ſe rebus vukovarienſibus ad optatum finem perducendis curam impendere debere facile eſt perſvaſus: namque & populoſum oppidum præcipua quadam attentione dignum videbatur, & triſte fuiſſet, enatam jam e malo in alterum pene menſem ſilente ſpem eliberandi oppidi fruſtrari, & denique aſſerto, ſi liceret, in libertatem oppido Vukovar, omne ſimul, quod cis cordonem mangyelóſenſem erat, Sirmium, quinquaginta ſeptem poſſeſsiones, toto tempore a peſte immunes,

nes,

nes, brevi in civilem cum Hungaria communionem reſtitui ſummo cum emolumento publico poterant, a qua ſextum pene in menſem nulla ſua nota excluſæ tenebantur.

Itaque 15ta profectus Vukovarinum commiſſarius regius, cum domos omnes antea infectas, omnem noſocomii, & contumaciæ apparatum, reconvaleſcentes in iis exiſtentes, cœmeteria, præcluſionis lineam, oppido circumductam, inſpexiſſet, rationemque & ſervandæ domeſticæ omnium incolarum contumaciæ, & quotidianarum viſitationum ſuis ipſe oculis uſurpaſſet; cum examinato rerum omnium decurſu merito ſe optime ſperare de rebus hujatibus poſſe intellexiſſet; tranſivit ad coordinanda illa, quibus eo certius præſtaretur, ne jucundiſsima ſpe excideremus.

Huc in primis pertinere videbatur, ut omnia funditus delerentur, in quæ minima recepti contagioſi fomitis ſuſpicio caderet, quorumve, hucusque in contumacia adhuc ſervatorum, ea indoles eſſet, ut non niſi cum gravi laborantium periculo continuari poſſe eorum depuratio videretur. Itaque domos omnes, licet jam multo ſtudio, atque accuratione medici depuratas, ſolo æquari, eorumque tecta, in aream detracta, lento igne comburi tanto etiam magis præcepit, quod inde pleræque illarum imminente oppidi regulatione ruinæ ſortem experturæ eſſent; hinc vero auctoritate ſua eo facile dominium terreſtrale perduxiſſet, ut familiis domo orbatis & novi fundi, & materialia ad ædificandum neceſſaria gratis ſuppeditarentur. Quæ autem in contumacia hucdum tenebantur laneæ, & pelliceæ judicis in primis Bakalovich merces, quas depurare aggreſsi morbum contraxerint; eas igne abſumi diſpoſuit, bonificatione damni ex ærario regio pro data ſibi auctoritate decreta.

Vacuum jam ægris lazaretum erat: atque uti nondum prorſus ſublatus mali metus neceſsitatem conſervandi idonei ægrorum receptaculi ferebat; ita viciſsim adcurandum erat, ne ex ipſo lazareto ſumi fomes contagioſus poſſet. Itaque tuguriis omnibus per

laza-

lazareti famulos diligentiſsime lotis, atque mundatis; ſorde omni, ac fecibus undique collectis, atque combuſtis; famulis ad contumaciam translatis, aggerem moreti ad octo pedum latitudinem, & profunditatem efodi, vepribus largiter inſtrui, pro aditu portam ſolidam, ſera claudendam apponi, inſuper autem vigiliis extus circumpoſitis cuſtodiri locum diſpoſuit, atque ita utrique, quem memoravimus, ſcopo ſatisfecit: ſimilem diſpoſitionem decernens etiam circa contumaciam, ubi ultimorum contumaciſtarum ejus recinctu ſolvendorum tempus eſſet adventurum.

Denique, cum in octavam hebdomaden nemo, intra domorum recinctum degens, peſte correptus eſſet, videreturque jam ad ea quoque propius accedi poſſe, quæ ad ipſam oppidi eliberationem pertinerent; iſthuc plurimum facere illud exiſtimabatur, ſi, ſolis huc usque domibus infectis in depurationem fumtis, omnes jam magni oppidi incolæ omnem ſuam ſupellectilem depurarent, atque mundarent: ita nempe eo magis licebat confidere, cum in præſens nullo uſpiam indicio fomes contagioſus pateſcat; neque futuræ eruptioni locum futurum: quæ cum unice jam e rebus nunc quidem repoſitis, ſed deinceps contrectandis originem ſumere poſſit; rebus iſtis omnibus a fomite expurgatis, unde oriatur, non ſit habitura. Sed eam mundationem non oportebat incolis ſupra neceſſitatem moleſtam facere. Itaque illa mercium omnium extra oppidum educendarum cogitatione, de qua ſuo loco egimus, repudiata, commiſſarius regius, medici dirigentis ſententiæ deferens, ita diſpoſuit, ut per 21 proximos dies quisque paterfamilias lavaret, ventilaret domos ſuas, veſtes, utenſilia; mercatores fornices ſuos aperirent, ventilarent, aceti vapore, ubi liceret, imbuerent; integumenta mercium cartacea comburerent, linea, lanea lavarent; merces de loco in locum transponerent: interea autem continuaretur priſco rigore domeſtica contumacia; pergeret accuratio viſitationum quotidianarum, ut, ſi qua forte familia peſtem e rerum ſuarum contrectatione hauſtura ſit, eadem nec aliorſum transferri,

ferri, neque fugere conſcientiam publicam poſsit; denique toti depurationis operi dirigendo, adcurando, accelerando præeſſet communi nomine vice-comes cum medico Gellei, atque iidem ſuper progreſſu, fineque laborum ordinatas ſibi relationes ſubſternerent.

His diſpoſitionibus poſtquam eas addidiſſet, quæ ad ulteriorem incluſorum incolarum vukovarienſium alimentationem pertinebant; reverſus Ilokinum commiſſarius regius ad proceſſus rumenſis procurationem omnia ſua conſilia cum medico dirigente tranſtulit, quem toto negotiorum curſu propiore quadam & confidentia, & audientia dignari ſe debere exiſtimavit.

Prima rei bene gerendæ illa conditio fuit, ut commiſſarius regius omnia ſuis ipſe oculis identidem contueri; ut ipſe cenſere magiſtratuum, medicorumque conatus; penſare obſtacula; promto ſive conſilio, ſive ope, atque auxilio rebus adeſſe poſſet, horumque efficaciam ipſo ſucceſſus ſpectaculo æſtimare. Scripta, atque eminus ſive petita, ſive data imperia cum in pluribus aliis negotiis; tum vero in rapacisſimo peſtis malo parum ſatis ad ſalutem publicam valere uſu plurimo cognovimus.

Facile intellexit commiſſarius regius, quam parum accomodæ ad eos ſcopos illæ locorum infectorum viſitationes eſſe poſſint, quas e quacunque juxta mangyeloſenſem lineam ſtatione eſſet facturus. Itaque illinc quidem ejusmodi ſtationem intercalarem delecturus, ex qua cum compendio temporis ad quævis loca infecta perveniens, totum deinceps diem rebus ibidem inſpiciendis, ſubindeque coordinandis poſſet impendere; hinc vero curaturus, ne, ea ſtatione intra illam lineam deſignata, propter habitæ commixtionis notam neceſſario Ilokinum reditu intercluderetur; caſarnam, quam vocant, rumenſem, extra oppidum ſitam, & prævie una cum omni ſupellectili mundatam, ſuis, & medici dirigentis uſibus deſtinavit, atqua vigiliis circumdari curavit, quæ & acceſſum cujuslibet promiſcuum prohiberent, &, ſe, ac medico comite in viſitationibus conſtituto, famulitium exitu, & qualicunque

que cum Rumenſibus communione prohiberent. Felici iſta *contumaciæ*, quam ipſa commiſsio regia, quotiescunque neceſſum eſſet, intraret, & ſolveret, cogitatione omnes, qui erant usque adhuc, negotiorum dirigendorum obices exæquati ſunt.

Prima oppidi Irregh viſitatio fuit, quod, ſummam hucusque vim mali expertum, futuras etiam clades undique portendebat. Magna hominum in amplo recinctu raritas, triſti ſpectaculo comperta, præteritæ internecionis ſpeciem; multitudo rerum, dudum identidem a contaminatis contrectatarum, ipſæ mortuorum exuviæ, undique ſparſæ, plurimum novis contaminationibus fomitem offerebant. Incolæ incerto numero, univerſim non pauci, in ſilvis degentes, quemadmodum ſe ſubducebant civili imperio, atque tractationi peſtis; ita & fomitem peſtis magno terræ tractu proferebant. Stabant ædes hominum, non rerum vacuæ; veſtium humanarum laciniæ per plateas, compita, hortos, vineas &c. paſsim projectæ; depurandi labor hucusque in unico tantum vico exercitus; paucæ emortuarum, & depuratione non dignarum caſarum ruinæ; cadavera undique in plateis, hortis, prunetis, vineis, ipſis ſilvis negligentiſsime, atque ut plurimum una cum veſtibus tumulata: 113 ipſum medio in oppido ſitum commune cœmeterium occupabant; millenis numeroſiora cenſebantur, quæ nulla lege, ſed, ut forte quisque concidiſſet, humata ſint: minutus ægrorum, mortuorumque per Decembrem, & Januarium numerus minus ad minutam fomitis quantitatem, aut contagii vim; quam ad minutum eorum, qui ægri fieri poſſent, numerum pertinere debebat videri: quo magis hucusque omnis diſciplinæ impatientes incolæ fuerant; eo majorem, quæ deinceps gererentur, accurationem, atque exactitudinem depoſcere intelligebantur.

Comperto malorum ſtatui ſequentes, quas jam dicemus, magnas deſtinationes commiſſarius regius oppoſuit: ut nempe contagioſum fomitem arctiore primum ſpatio componeret; coarctatum interea, quam poſſet extinquere, ſufficienter coerceret, ne,

quod hucusque fuit, Irreghinum peſtis ad vicinas poſſeſsiones proferendæ ſeminarium exſtaret; coercitum denique prorſus, atque ita obliteraret, ut juſto poſt tempore ad reddendam Irreghienſibus civilem libertatem non tantum tuto; ſed etiam ſecure poſſet tranſiri.

Itaque ingenti ipſum oppidi recinctum aggere circumdare decrevit commiſſarius regius: primum quidem, ut peſtis fomitibus, qui per territorium paſsim ſpargebantur, deſtructis, incolis irreghienſibus e ſilvarum, prunetorumque tractu expulſis, ſolutoque demum illo, qui nunc territorium ipſum ambiret, cordone, unice jam intra oppidum fomes peſtis eſſet; deinde, ut aggeris mole, atque ſuggeſtu potius; quam excubiarum fide coercita peſtis eo certius intra oppidi pomoeria contineretur.

In inſtruendo autem depurationis negotio, quod ad extinquendam peſtem pertineret, cum nondum aut magno exemplo probata, aut ſucceſſus conſtantia confirmata depurationis methodus eſſet, quam a dirigente medico propoſitam nunc primum Neradini medicus Seele effectui mandaret; cum, probata etiam methodo, parum confidere liceret in obſequio incolarum, qui, hucusque nulla pene in re obtemperantes, vix firmam aliquam futuræ obedientiæ ſpem facere poterant; id denique optimum in re conſilium fore commiſſarius regius judicavit, ut incolas omnes oppidi per ordinem una cum rebus ſuis educeret in contumaciam, hosce in uſus exſtruendam, iſthic contumaciali ſub rigore depurationem facturos; domos autem depurandas, efodienda cadavera, comburendas, quæ paſsim jacebant, quisquilias curaret per certum, & deſignatum famulorum numerum, quorum labores, ſpeciatim deinceps indicandos, medicus cum civili magiſtratu, & chirurgis dirigeret. Quo minus autem interea etiam, quam hæc omnia fieri poſſent, multiplicaretur intra oppidum fomes contagii, ſeverisſimum omnium deinceps ægrorum ſine mora ad noſocomium; eorum autem, qui novitus contaminati viderentur, ad contumaciam deferendorum mandatum publicum fecit, atque

omni-

omnino auctoritate ſua efectum dedit, ut a 22[da] Januarii nemo jam æger extra noſocomium decumberet. Mortui ante hanc diem ſuæ domi ſunt homines 29; in noſocomio toto menſe 34: convaluerunt in noſocomio 15.

Summam quaſi conſiliorum commiſsionis regiæ promiſimus. Oportet rei uti matura deliberatione initæ; ita & ſumma dexteritate, atque providentia peractæ ſingula capita percenſere.

In ducendo aggere, quem octo pedes latum, totidem profundum, & vepribus ad quatuor pedum altitudinem aggeſtis inſtructum eſſe commiſſarius regius voluit, cujusve ducendi præcipua puncta ipſe equo quaquaverſum circumvectus deſignavit, illud maximam curam, atque ſolicitudinem depoſcebat, ne ingens hominum numerus, ex omnibus circum ſanis poſſeſsionibus collectus, *) & omni octiduo nova operarum ſucceſsione commutatus, in tanta ad infectiſsimum locum vicinia laboris, imo in ductu aggeris per cadaverum tumulos, per laciniarum acervos, per vinearum caſas pergente, in tanta laboris diuturnitate contagium ſumeret, atque adeo idipſum, quod ad prohibendam peſtis propagationem ageretur, eidem propagandæ inſerviret. Itaque primo omnium proviſum fuit, ut cadavera cuncta, in ambitu oppidi humata, perquireret medicus cum juraſſore Hainovich, & geometræ comitatenſi, qui ductum aggeris minutim deſignaturus eſſet, prænotaret, quo is ita inſtrueret eum ductum, ut cadavera potiſsimum intra illum caderent: proviſum fuit, ut cadavera deſignato ductui proxima omnium prima efoderentur; laciniæ omnes, vinearum caſulæ ſumma cum accuratione exquirerentur, & comburerentur. Deinde additi laboratoribus commiſſarii duo, qui eos viritim lectos quotidie per extimum cordonem inducant ad laboris locum; adſtent toto die laborantibus una cum vigilia militari, ne ullus facile quoquam dilabi poſsit; veſpere extra cordo-

*) 400 initio; denique 800 laboratores quotidie deſudabant.

donem reducant: ne aquæ bibendæ necefsitas a laboris loco avocaret, ut fufficiens ejus quantitas curribus eodem adveheretur, provifum fuit. Denique circa ordinem in ducendo aggere obfervandum ea inita difpofitio eft, ut, facto ad locum portæ *) defignatum laboris initio, fieret continua progrefsio usque ad mediam pofticam partem defignatæ lineæ; deinde reducti iterum ad portæ locum laboratores alterum latus efoderent, ac denique progreffu fuo ad interruptam, & hucusque hiantem pofticam partem pervenientes vallatum clauderent. Ita operarii, qui maximam in itu, ac reditu elabendi, & commixtionis occafionem habuiffent, ipfo illo, quem jam efoderant, fuggeftu ab ifto fumendi contagii periculo prohibebantur. Quibus locis aggerem rivulus, medium oppidum perluens, fecare debebat, fepimentum, e vepribus ad altitudinem duarum, latitudinem unius cum femisfe orgyarum aggeftum, fuperftratum fuit trabibus magnis, transverfim per rivulum porrectis, e quibus crates ligneæ ad fundum usque alvei demittebantur.

Hacce laboris coordinatione munimentum oppidi, quinque mille, & amplius orgyas longum, difficillimo tempore intra paucas hebdomadas fub directione præftantifsimi judicis nobilium Lovrencfics ita confummatum fuit, ut nullum in poffefsiones, ex quibus operæ fufficerentur, translatum peftis contagium fit.

Deftinatum procurandæ depurationis negotium neceffariam, ut diximus, fecerat exftructionem contumaciæ, quæ ut hominum recipiendorum numero admenfa effet, hunc ipfum fcire oportuit. Extemplo itaque nova Irreghienfium inftituta confcriptio eft, cujus occafione cum fimul nomina mortuorum in quaque domo hominum rogarentur, notarenturque; patuit, 2400 amplius hominibus hucusque mortuis; 226 perfonis medio

---

*) Confer tab. II[dam]

dio shatrincenſis contumaciæ eductis, 1608 adhuc animas in præſens intra oppidum adeſſe; 438 hincinde oppidi territorio per ſilvas, vineas, pruneta ſparſas vivere: ex quo facile apparebat, niſi longum prorſus in tempus dilatum laborum finem vellemus, ejus magnitudinis eſſe apparatum contumacialem oportere, quæ ſexcentos facile homines idonea commoditate complectatur.

Non longe ab oppido, *) ne ipſa diſtantia moroſiorem & prævaricationibus obnoxiam incolarum eductionem faceret, loco editiore, qui ſubtus rivulum haberet, quo aqua & hominibus, & lavandis curribus ſufficeretur, hanc contumaciam 102 tuguriorum, idoneo modo diſtinctorum, capacem deſignavit commiſſarius regius; neceſſariis officialium, & ceteræ tractationis hoſpitiis, tribus fontibus, noſocomio ægrorum ſuſpectorum, omnique alio contumaciali apparatu inſtrui minutim præcepit. Datam a commiſsione regia deſignationem hujus contumaciæ tomo II. ſub Y accludimus; paratæ contumaciæ imaginem æri inciſam tab. VIII. ex hibemus.

Interea, quam hæc perficerentur, aptarenturque futuris ad negotium depurationis uſibus, oportuit ea propoſiti ſcopi capita confectari, quæ ſtatim in efectum deduci ferebant. Et hoc nomine, & accomoda in primis ad hoc opus anni tempeſtate, & copia ſuperandi laboris maxime adurgenda nunc cadaverum, in terreno irreghienſi paſsim tumulatorum, efoſsio videbatur, quam Riviczæ prius jam medicus Budai abſolverat. Cœmeterio, quo primo tempore condita cadavera peſtifera fuerunt, quodve jam nunc extra ambitum novi cordonis reciderat, clauſo, tumulandis, quæ intra oppidum efoderentur, cadaveribus deſtinatum alterum eſt ſupra vicum græcorum: **) quæ vero in ſilvis cadavera exhumanda eſſent, pro iis, ut ex ratione ſitus illorum, deinceps primum inveniendi, idonea loca medicus deſigeret, & noto valla-

 ti

*) Confer tab. II^{dam}
**) Vide tab. II^{dam}

ti robore muniret, mandatum accepit. Ipſa exhumatio quo alacrius accelleraretur; diſpoſuit commiſſarius regius, ut ſibi in ſingulos dies numerus exhumatorum, & in cœmeterium translatorum cadaverum officioſe renunciaretur. Sed de hac cadaverum efoſsione ſpeciatim oportet nos complura memorare, quæ accommode videmur transferre in menſem Februarium, quo plurimum in eo opere elaboratum eſt.

Licet contumacia, ad quam incolas irreghienſes ſubinde educendos haberemus, adminiculum depurationis deſtinatum erat; nihilominus tamen etiam in hac ipſa, quam liceret, & a contagio, & a morbo immuni ſervanda videbamur debere adlaborare. Quo id certius fieret, præcepit commiſſarius regius, ut & illi quadringenti, qui in ſilvis, aut vineis paſsim degerent, quosve ad mature depurandum territorium primos ad contumaciam deducendos decreverat, & ii, qui ad complendum ſexcentorum numerum, quem contumacia caperet, ex ipſo oppido palantibus illis adjungendi eſſent, tribus ante eductionem hebdomadibus identidem adurgerentur ad mundationem ſuarum rerum; intra oppidum autem habitantes etiam domeſticam contumaciam ſervarent: præcepit, quod deinceps etiam commemorandum habebimus, ut ſinguli ante eductionem viſitentur a medico Budai, qui neminem, alicui adhuc peſtis, aut contagioſi ulceris ſuſpicioni obnoxium, dimiſſurus ex oppido ſit.

Conſummata eorum, quæ ad oppidum Irregh pertinerent, coordinatione, ad ceteras, quæ in proceſſu rumenſi contagium peſtis habebant, poſſeſsiones curam ſuam commiſsarius regius transtulit, quæ ſi jucundius aut oppreſſæ jam, aut propediem opprimendæ peſtis ſpectaculum offerebant; eo magis contra recrudeſcendi pericula defendi debere videbantur.

Hoc nomine in primis poſſeſsio Jazak juſtum commiſſario regio metum facere videbatur, quod in illa familiæ infectæ numero amplius quadraginta, tantum domeſtica contumacia defunctæ,

functæ, eo minus plenam omnigenæ depurationis securitatem præstabant, quum in ipsis nonnullarum ædium areis etiam cadavera adhuc inhumata perstarent. Itaque, quo citius fieri potuit, erecta pro his minor contumacia ad morem contumaciæ irreghiensis est; eductæ omnes illæ familiæ; domus earum novitus omni cum rigore depuratæ sunt, factis una circa cadaverum exhumationem iis dispositionibus, quas paulo infra memorabimus.

Quæ autem circa omnes universim possessiones antea infectas disposuit commissio regia; ea ipsius commissarii regii verbis expressa sequentes paragraphi exhibent.

„ *Primo*: domos omnes emortuas, viles illas rusticanas „ casas, quibus periculosa non raro laboratoribus depuratio im„ pendebatur, eo magis etiam, quod jam nullius essent, ne ul„ lo modo noxiæ esse possent, dirui, cremarique præcepi.

„ *Secundo*: eandem sortem destinandam censui omnibus „ casis nullius petii, ruinamque minantibus, & in quibus homi„ nes lue pestifera infecti supremum diem obierunt, cum alio„ quin sine periculo contrahendi contagii a depurationis famulis „ vix subiri possent.

„ *Tertio*: cum in ædium, & supellectilis depuratione pe„ ne plus etiam ad penitus opprimendam pestem; quam in ipsa „ ægrorum, & suspectorum separatione repositum præsidii sit, „ utriusque negotii curam medicis omnibus majorem in modum „ commendavi, qui, si qua in hoc negotio a colonis obstacula „ experirentur, actutum judicis nobilium assistentiam deposcant.

„ *Quarto*: possessionibus, quæ jam a contagio immunes „ videantur, generalem sex hebdomadum contumaciam, per in„ colas cum constanti ædium, & totius supellectilis mundatione, „ lotione, ventilatione domi suæ servandam, imposui, ut sic, novo „ de omni contagiosi fomitis absentia argumento obtento, inco-

„ læ

„ læ deinceps eo tutius ad campeſtres labores, propediem im„ minentes, poſsint admitti.

„ *Quinto*: ad exhumanda illa cadavera, quæ in ceteris „ poſſeſsionibus non ſuo loco tumulata, & nondum efoſſa eſſe „ compertum eſt, ne veſpillonum cujusque poſſeſsionis imperitia „ mala quædam conſectaria poſt ſe trahat, accommodatius fore „ exiſtimavi, ut, prævie præparatis in cujusque poſſeſsionis peſti„ lentiali cœmeterio foſsis ſufficientibus, unus chirurgorum irre„ ghienſium, neceſſarium hic agendi modum uſu doctior, cum „ duobus eatibus exhumatoribus, & neceſſario apparatu ſub co„ mitiva unius juraſſoris, & vigilum comitatenſium; qui eum „ ex præcluſione irreghienſi exeuntem exciperent, ad faciem „ loci deducatur, & in ſingulis per ordinem ſibi ſuccedentibus „ locis ſub inſpectione localis medici deſignata cadavera exhu„ met, in cœmeterium peſtilentiale inferat, labore ubique termi„ nato iterum ſimili ratione Irreghinum reducendus. Noctem „ acturis quæ adparanda tuguria fuerant; iisdem abeuntibus igne „ perdebantur. "

„ *Sexto*: ne unus, alterve peſtifer æger, ex peculiari „ quodam adjuncto tardiſsimam reconvaleſcentiam admittens, „ integræ poſſeſsioni neceſsitatem longioris præcluſionis imponat; „ moram ultimæ contagii, in hoc ipſo, aut ejus veſtibus laten„ tis, extirpationi injiciat; imo fortaſsis ejus iterum propagandi „ occaſionem præbeat; e re ſalutis publicæ futurum exiſtimavi, „ ſi curribus, Irreghino ſub comitiva juraſſoris magiſtratualis ad„ latis, excepti eodem deveherentur, ibidem tempus plenæ re„ convaleſcentiæ expectaturi " (Hoc modo puer Kuzman Pauts. kovich ex Pernjávor-Beſſenovo; vir Kuzman Bugarſzki ex Radincze; femina Klaics Kameniczio; Mihajlo Joannovich Neradino Irreghinum translati ſunt.)

„ *Septimo*: omnia noſocomia, & coemeteria peſtilentialia „ foſſato octo pedes lato, & profundo circumdari, veprium ſuggeſtu

„ gestu muniri, finitaque in loco peste ad majorem cadaverum „ profunditatem obtinendam, Irreghini in primis, ubi præ mor- „ tium frequentia debita fossarum profunditas in ipsis etiam cœ- „ meteriis procurari non potuit, in his ad altitudinem 2 — 4 „ pedum novam terram invehi jussi. “

His circa loca infecta constitutis, quo magis certus esset commissarius regius, si quacunque demum ratione in sanas hucdum oras contagium transferatur, id illico detectum iri; provinciam cordone mangyelosiensi comprehensam, hucusque unius medici superinspectioni obnoxiam, inter duos medicos ita est partitus, ut uni eorum, Rumæ stationem habituro, cismontanæ; alteri, Cserevisii habitaturo, transmontanæ possessiones visitandæ obtingerent: eo magis accommoda hæc dispositio fuit; quo magis difficile, longum, & arduum fuit per montes, hieme præsertim, iter, atque ita medicus magis asperitate viarum; quam possessionum visitatione occupabatur. Cserevicsensis statio medico Petrovich obtigit; rumensem commissarius regius transtulit ab eo in medicum Josephum Mulser, *) qui, penes universitatem regiam professoris historiæ naturalis adjunctus, ipse quoque negotiis pestis se dicavit, & mense Januario ineunte in Sirmium appulit.

Hisce rerum quantocyus in optimum statum adducendarum consiliis, ardentique salvandæ patriæ desiderio occupatam commissionem regiam tristes nuncii, duplici adeo via sub finem Januarii allati, percellebant. Emicantem iterum in Gergurevcze pestem; eferens se Kameniczii contagium locales medici referebant. Illa, ut jam dudum per ordinem retulimus, unici ægri, actu-

*) Cum hoc medico advenit una Josephus Gautieri, italus, novarensis, M. D., qui, nobili capiendi rerum ad pestem pertinentium usus incitamento animatus, non dubitavit venire in Sirmium, omnia loca infecta adire, contueri, & examinare ægros, omnes ad domandam pestem apparatus inspicere.

actutum ſeparati, morte finita, mature commiſsionem regiam ſolicitudine exolvit; Kameniczium, de quo, cum in alterum menſem ab omni peſte liberum eſſet, arctiore præcluſione ſolvendo jam cogitari cœptum erat, etiam pejora prioribus minari ſcripſit medicus dirigens, qui ad primas mali renunciationes eodem excurrit. Sed appoſitæ diſpoſitiones hic quoque ſucceſſum omni expectatione feliciorem habuerunt, quem ut ipſi lectores eo facilius æſtimare poſſent, omnem ſecundæ kameniczenſis peſtis hiſtoriam, in duos amplius menſes excurrentem, una iſthic ſerie evolutam præcipiemus.

Agrum kameniczenſem linea præcluſoria, per ſummos Sirmii montes ducta, ab irreghienſi, ut jam alias diximus, dividebat. Ea præcluſio, ſimplici virgultorum ſepe parum communita, & multis inſpiciendi difficultatibus obnoxia, ab ipſis Kameniczenſibus contra cognatos Irreghienſes male ſtipabatur: Irreghienſes, per ſilvas ſparſim habitantes, occaſionem habendorum cum ipſis vigilibus colloquiorum frequentabant; iſti evocandorum pro colloquiis ex oppido incolarum nuncii fuerant.

Hoc modo Daniel Becsejacz, kameniczenſis incola, cum vigil ad cordonem eſſet, ſibi, ſuisque communicationem cum irreghienſibus Karabatakovich, & Milinkovich procurraverat: identidem habita ad ipſum cordonem conventicula ſunt: 6ta Januarii numi argentei, quos biſlorenarios vocant, ab Irreghienſibus dati domum ferebantur, quorum aliqui in comprobationem faſſionis, e vivis elicitæ, adhuc etiam inter emortuorum ſupellectilem inveniuntur. Ab hac origine contagium 17ma Januarii erumpit in familia Becsejacz; *) moritur Vemia Becsejacz mater; cadaver nullum peſtis exanthema exhibens, nulla contagii accepti ſuſpicio fecit, ne contagioſæ cauſæ mors adſcriberetur, & diſponerentur appoſita: hæc contaminationis ad vicinos ſe proferentis

*) Vide ichnographiam oppidi tab, VIIma.

tis occaſio fuit: atque licet cum altera jam morte Danielis Becsejacz, decima die poſt conſecuta, diagnoſis, & renunciatio peſtis jungeretur; tamen tanta jam contagii diſtributio fuit, ut initia peſtis hujus kameniczenſis ipſis irreghienſibus ſæviora eſſent: quo quidem uti ſatis oſtenditur, quam parum appoſita fuerit eorum ſententia, qui noſtras extra Irreghinum peſtes, neſcio, qua cauſa, amabant ſporadicas dicere *); ita occaſio nobis oblata fuit, ſalvatarum a periculi magnitudine rerum kameniczenſium exemplo commonſtrare, quantum aut noſtra tractandi ratio, aut homines univerſim ad ſuffocandam in ipſis incunabulis peſtem valerent.

Perlatis Rumam novi mali nunciis, medicus dirigens, actutum profectus Kameniczium, localem medicum, & judicem nobilium in faciendis accommodis diſpoſitionibus ſumma cum ſolertia occupatos invenerat. Statim initus familiarum ad contumaciam referendarum cenſus e reſcitis commixtionibus eſt; non tantum ſingulis infectis domibus appoſitæ vigiliæ ſunt, ne vel minima ulterior contaminatio locum haberet; ſed totus inſuper vicus, qui, a ponte P aſcendens, hinc platea P Q; illinc rivulo comprehenditur, a ceteri oppidi communione ſecretus fuit. Noſocomii, & contumaciæ defectus maximam difficultatem faceſſiverat: quæ enim in adverſo oppidi fine erant commoditates, utrique ſcopo nuper adhibitæ, eædem nunc ſimiles in uſus converti non poterant, quod non ſatis tuta fuiſſet ſive hominum per varios angiportus, & anfractuoſum oppidum ad tantam diſtantiam deductio, ſive ſupellectilis ad contumaciam eferendæ devectio, & hungari, atque germani catholici, adverſam oppidi partem habitantes, querelam transferendi a græca gente contagii obmoturi non abs re metuebantur. Moram negotio ab hac difficultate impendentem alacritas judicis nobilium ſuſtulit, qui duorum

 die-

*) vide de his tomum tertium.

dierum ſpatio & contumaciam G *) duodecim tuguriis conſtantem (tot primo tempore contaminatæ, & ſuſpectæ familiæ fuerant), & lazaretum E, in quo duo cubilia noſocomialia, unum pro viris; alterum pro feminis, atque tugurium veſpilionum, ac depurationis famulorum aderat, & neceſſaria pro chirurgo, atque coca tuguria in terreno F adparavit, terreno etiam cœmeterii O deſignato. Interea contumaciales familiæ, primo die eductæ, & ſeorſim in proximo campo dislocatæ, adſtantibus a longe vigilibus ſub dio degebant: ægri autem, quos in aprico, menſe Januario, tenere non licuit, quive ex ipſa morbi vi facilius cohiberi poterant, domi incluſi tenebantur. 30ma Januarii jam & ægri, & contumaciſtæ ſtationem ſuam occupaverunt.

E duodecim in contumaciam translatis familiis ſeptem omnino contaminatæ fuerunt: familia Becsejacz cum quinque admodum vicinis, Popovich, Klaich, Kaſzaich, Rabich, Katyanski. Remotior familia parochi, Matthæi Simonovich, contagium accepit per Joannem Simonovich, fratrem parochi, qui ſtipendium pro ſepultura Vemiæ Becsejácz, poſt aliquot a morte dies a cognatis acceptum, domum attulit, idemque peſte correptus eſt. Prima hæc eductio ita exemit malum contagii ex amplo oppido, ut nemo deinceps, intra ejus pomoeria degens, morbo corriperetur: contra vero in ipſis primo caſu contaminatis familiis tanta mali rapacitas fuit, ut usque 8vam Februarii morerentur ſeptemdecim, omnes non ultro biduum infirmi; omnes primis usque

*) Adjuncta loci idoneum hic laboris compendium ſuppeditarunt: ſcilicet collis ſabuloſus, in ellipticam formam ab una parte excavatus, cavum dedit, areæ templi ſimile, in quo, quaſi altarium vice, tuguria contumacialia, aggeribus & ſepe ab invicem diſcreta, locabantur: muri excavati collis, tres amplius orgyas alti, firmius quocunque aggere munimentum contumaciæ dederant, ut unice anterius portas præcludi illam oportuerit: vigiles in ſummo margine locati deorſum in contamaciſtas proſpectabant.

usque ſeptimam contumaciæ diebus infirmati: familia Becsejacz ſex perſonis conſtans prorſus emoritur; familiæ Popovich, & Rabich, illa duos, hæc unum hominem, a peſte immunes habent: octava Februarii ultimi ex ipſa contumacia ægri ſucceſſerunt, Maria, & Catharina Katyanſzka, quibus poſtridie, & tertio die mortuis, nulla jam niſi e famulorum depurationis cenſu facta ad noſocomium acceſsio eſt. Ita ſumma mali vis decem dierum ſpatio oppreſſa evanuit.

Magna felicis hujus ſucceſſus pars ad eas, quæ circa depurationis negotium factæ ſunt, diſpoſitiones debet referri. Simul atque ſuſpectæ familiæ etulerunt ſecum ſupellectilem ſuam; admota depurandis, aut diruendis ædibus ſedula manus fuit, ut quantocyus omnis intra oppidum contagii fomes deleretur, ipſamque eam ob cauſam peculiare veſtium, & utenſilium depuratorium exſtructum fuit, ad quod res veſtiaria familiarum, quarum perſonæ pleræque aut infirmæ, aut mortuæ mundationem ſupellectilis ipſæ facere non poterant, eveheretur, ibique, longius ab oppido, & tutius recluſa, neceſſariam ſub inſpectione chirurgi expoſiti depurationem obiret.

Quo magis familiæ, contaminatarum, & graviori ſuſpicioni obnoxiarum vicinæ, incolumes ſe a morbo præſtarent; eodem tempore, quo in infectis domibus depurandis famuli expoſiti occupabantur, illis, in contumacia domeſtica futuris, injuncta propriarum ædium, propriæ ſupellectilis depuratio, lotio, ventilatio eſt, eademque per chirurgum, quotidie ſingulos incolas viſitantem, adurgebatur.

Sed vero etiam ad remotiſsimos quosque oppidi incolas pertinere peſtis diſciplinam oportuit. Itaque, quo minueretur neceſsitas promiſcui commeatus, tribus per oppidum locis defixa macella ſunt, cumque plurima victualia Kameniczenſes ex raſtello neoplantenſi ſibi procurarent, atque adeo in trajectu, in ipſa raſtelli area magis etiam inter ſe; quam in ipſo oppido commiſceri, & convenire ſolerent, non acquievit commiſſarius regius

ea dispositione, quam primae pestis occasione factam esse diximus, ut nempe duabus in hebdomade diebus soli Kameniczenses ad rastellum neoplantense accederent; sed insuper instituit, ut quinque tantum oppidani, juramento adstricti, transirent ad rastellum, res suis necessarias illic coemerent, qui ipsi, minuta tantisper necessitate summæ solicitudinis, curabant transpositionem vinorum, quae Kameniczenses volebant vendi. Priori dispositione providebatur, ne ab infecta possessione vicinæ contagium acciperent; posterior eficiebat, ne inter ipsos Kameniczenses vis mali posset proserpere.

Primi temporis præsentanea necessitas majoris ambitus contumaciam erigi passa non est: subinde curandum erat, ne novæ alterius necessitas consilia nostra præveniret. Itaque mox, ut primis laboribus finis impositus est, alteram viginti tuguriorum capacem H exstrui curavit commissarius regius, jamque eam super hominibus utrinque illocandis dispositionem addidit, ut superior contumacia familiis certo contaminatis; inferior familiis, quæ minus suspectæ essent, excipiendis impenderetur.

Atque hæc est quasi summa tractationis, qua ad opprimendam Kameniczii pestem commissio regia pervenit. Quatuor durante labore, & ægrorum ministerio famuli expositi acceperunt pestem; uno superstite tres ceteri perierunt: ex infirmatis oppidanis quinque, tarde nimis reconvalescentes, plenum negotiorum terminum diu morati sunt, ut denique necesse fuerit Mariam Klaich, ex ulcere fistuloso bubonis inguinalis laborantem, Irreghinum transponi. Vigiliarum circa nosocomium habendarum constans accuratio fecit, ne qua hinc noxa in oppidum redundaret.

Mortui ex altera hac peste sunt homines 23; convaluerunt 6. Consignationem hominum, & primæ, & alterius hujus contaminationis occasione ex peste mortuorum, atque convalescentium, tom. II[da] sub X exhibemus.

Rever-

Revertimur jam ad ordinem rerum gestarum pro temporis serie describendum, quem continua pestis kameniczensis expositione interpellavimus.

FEBRUARIUS.

Commissarius regius, finitis in processu rumensi negotiis, actutum ipse Cserevicsium, ubi simili modo in æde dominali contumacialem sibi stationem designavit, pro inspiciendis Kameniczensium rebus profectus, posteaquam omnia voto suo conformia invenisset, ea addere se debere existimavit, quæ ad præclusionum conditionem pertinebant. Curandum erat, ne tertium pestis Irreghino veniret Kameniczium. Itaque & rastellum sustulit, quod hucusque fuit in cordone, utramque possessionem dirimente, in mediis silvis, quodve legalem aliquam mutuis conventiculis speciem inducebat; & peculiarem designavit commissarium, qui perpetuo adesset montanis excubiis; & denique facta ad alimentorum subministrationem idonea provisione disposuit, ut iidem Kameniczenses permanerent in vigiliis, ne multis retro citroque commeantibus novus adferretur ad oppidum fomes; sed potius, si se vigiles cordoni adstantes contaminassent cum Irreghiensibus, ibi singulare tugurium malo corriperetur.

Alterum curæ objectum erat, ne Kameniczio contagium aut in vicinas possessiones, aut in ipsum etiam oppidi territorium, vinearum casis repletum, proferretur, a quo quiscunque mali fomes eo magis arceri debebat, quod iam non longe imminebat tempus, quo ipsi etiam Bacsienses ad suas in kameniczensi territorio vineas colendas admittendi essent, quos, in procurandis vitæ subsidiis occupatos, vitæ perdendæ periculo exponi tristissimum fuisset. Itaque licet is esset rerum cursus, ut merito existimaret commissarius regius, mature intra solum lazareti, & contumaciæ recintum coactam esset pestem; tamen tutis-

simam

ſimam partem amplexus, oppidi vallato circumdandi conſilium, quod pro omni caſu poſſeſsionis alicujus infectæ apud animum decretum habebat, non poſuit; ſed ſtatim deſignato ejus ductu, cum ob defectum hominum tantisper differri foſsionis labor deberet, interea & excubias ad omnes oppidi fines locavit, quæ prohiberent homines illius ambitu elabi; & chirurgis quotidie viſitationem facientibus impoſuit, ut, cum e conſignatione omnium incolarum, quam præſto haberent, cujusque abſentiam reſcire debeant, hanc conpertam actutum renunciarent, ut perquiri difugiens poſſet; & denique primores oppidanos ad ſummam ſuorum domi coercendorum accurationem perduxit, animadverſionis ſeveritate non tantum profugis, ſed illis ipſis intentata.

Reverſus Csereviciſo Ilokinum commiſſarius regius, poſtquam aliquot dies negotiorum concentrationi, & literario, quod rerum adminiſtratio depoſceret, commercio, atque præſtandis altiſsimo loco relationibus impendiſſet, mox iterum ad res agendas transtulit ſe, & Vukovarinum cum dirigente medico inviſit.

Gratiſsimum hic commiſsio regia & laborum omnium, ex diſpoſitionum tenore conſummatorum, ſpectaculum, & felicis rerum omnium finis augurium cepit. Stabant ſuæ lazareto, & contumaciæ cinturæ; illius areæ, & tuguria diligentiſsime mundata fuerant. In recinctu contumaciæ e pluribus centenis hominibus, ſuo tempore hic periculum contagioſi ſtadii obeuntibus, tantummodo 36 adhuc ſupererant, iique ipſi propediem iſta præcluſione ſolvendi. Familiæ antea ſuſpectæ, dudum reverſæ ad oppidum, ſine noxa habitaverunt domos ſuas; contaminatæ familiæ, ægri reconvaleſcentes, ſuis ædibus dirutis, cognatorum, vicinorumque familiis adlecti, una cum iſtis ipſis incolumes perſtiterunt. Fervente depurationis domeſticæ labore, cui multa per duas hebdomades cœli clementia faverat, agitata mercium ventilatione, nulla uſpiam contagii ſcintilla emicuit, meritoque adeo videbatur debere inferri, nec ibi jam amplius latere ejus fomi-

tem

tem poſſe, ubi illum occultatum adhærere antehac vel minimo etiam e veſtigio ſuſpicari oportebat.

Unum adhuc, quo ad plenam extinctæ peſtis certitudinem perveniremus, periculum reſtabat illud, ut interciſum hucusque inter ipſos vukovarienſes incolas mutuum commercium aperiretur, quo per longius tempus pergente, atque adeo exſtante ea conditione, quæ contagiis didendis plurimum inſerviret, ſi morbus peſtis nuſpiam exoriretur; omni jam cum ſecuritate accedi poſſe ad reddendam oppidanis cum cetero Sirmio civilem communionem videbatur. Pro hoc ultimo tentamine normale ſex hebdomadum tempus a 24ta Februarii, die nempe finitæ, quam nuper indictam habuerunt, contumaciæ, computandum ea lege commiſſarius regius Vukovarienſibus præfixit, ut illi, promiſcuo per oppidum commeatu, vitæque alendæ occupationibus uſuri, tamen etiamnum conventiculis, epulis, tabernarumque publicarum frequentatione abſtineant, tribus primis hebdomadis elapſis jam ad ſacra publica admittendi. Neceſsitas ſufferendæ domeſticæ contumaciæ eo etiam nomine proferebat ſe, quod fide relationum, a medico Gellei præſtitarum, conſtabat, incolas, antea adſuetos laboribus, & nunc tam diuturna domeſtica obſidione preſſos, in ſcorbutum, aliaque vitæ ſedentariæ conſectaria propendere; feminas gravidas ſolito plures abortire, & pauco ex tempore aliquot infantes recens natos convulſos periiſſe, atque adeo curandum erat, ne longior hominum coarctatio, jam ad peſtem opprimendam inutilis, quoad cetera ſanitatis adjuncta noxia evaderet. Ut ultimo etiam hoc tempore quotidianæ viſitationes omni cum rigore, & adcuratione fierent, uti non intermiſit monere commiſſarius regius; ita ſibi a præſtanti medici, & magiſtratualium zelo jure policitus eſt.

Oportet converti ad proceſſum rumenſem, in quo per menſem Februarium cum depurationis diligentia vigebat per poſſeſsiones infectas omnes, & labores ad circumvallandum oppi-

dum Irregh, atque exſtruendam contumaciam pertinentes ſtrenue adurgebantur, tum vero cadaverum efosſio maximo fervore perficiebatur: cujus objectum cum ad præſtandam extinctæ peſtis ſecuritatem plurimum pertineret, ut inſuper futuræ etiam ætatis non ſaluti tantum; ſed etiam doctrinæ inſerviret, medicus dirigens eo magis adcurare ſe debere exiſtimavit; quo magis dudum dolebat, ex efoſsione mille cadaverum, finiente peſte moſcuenſi inſtituta, nil ſive ad doctrinam putredinis cadaverum, ſive ad tumulandi leges definiendas lucis accefsiſſe, debetque multas præſtantiſsimis viris Budai, & Seele gratias, qui, cum faciendarum circa hoc objectum obſervationum capita a ſe præſignata accepiſſent, ita reſponderunt ejus deſiderio, ut exiſtimet non prorſus indignam attentione publica viſum iri ſymbolam illam, quam ex virorum illorum obſervationibus abſtractam iſthic paucis verbis eſt in commune adlaturus.

Primum inſtituendæ exhumationis objectum erat illud, ut ad omnes, qui uſpiam in ſilvis, vineis, prunetis, trituratoriis, ipſisque domorum areis eſſent, tumulos cadaverum inveniendos perveniretur, quos millenis multo numeroſiores eſſe, cenſus mortuorum, nova ſuperſtitum conſcriptione nuper initus, cumque elencho cadaverum, ad legale coemeterium illatorum, comparatus indicabat. Si nivium, geluque defectus & pronum tumulorum ſpectaculum, & explorandæ, quæ, nuper ſuffoſſa, in cadaverum locis mollior eſſe debebat, humi facilitatem præbebat, poterantque commiſſarii, verubus ferreis inſtructi, & perpetim fodicando territorium omne perambulantes, mollioris terræ indicio exquirere, deſignareque loca cadaverum; contra incolarum ſtudia indaginis hujus ſucceſſui omni ratione intercedebant. Homines, commiſsioni regiæ obnoxii, in inveniendis; incolæ in abſcondendis ſepulcris ingenium exercebant, nefas ducentes, mortuorum oſſa ſuis in ſepulcris turbari. Vix audito exhumationis conſilio ſtatim diſcurrunt ad complanandos ſepulcrorum tumulos, & abolenda,

lenda, quae ſtudioſe usque adhuc alebant, ſigna defoſsi cadaveris; ſtramen, foenum, paleas, fimum ſuperſternunt ſepulcris; foeni, ſtraminisque acervos inſtruunt; adducunt jumenta, eoque loco pabulant: alii inarant tumulos; implantant arbuſculas; allium, cepas, fabas, aut petroſelini, lactucae, aliaque id genus ſemina inſerunt: erant, qui ſuper ſepulcris ſtramen exurebant, aut focum alebant lignis: alii ſepulcra vera tegebant ceſpite; utrinque autem terrae ſuggeſtu ſingebant tumulos, quos dum veſpillones incaſſum ſuffodiſſent; ſubverſo ceſpitis loco cadaver inveniebant: quidam, omnem cadaveris ſuſpicionem ſublaturus, inter duos tumulos tugurium ſtruxit, & habitavit, cuſtos ſacrorum manium.

Sed denique ſuper multis hisce occultandi artibus impiger quaerentium animus eminuit, eo in primis loco ſagax, & curioſus, ubi nupera humanarum manuum, atque conſilii qualiacunque veſtigia cernebantur. Sic detecto ingenti numero cadaverum cum viderent incolae, eludi aciem quaerentium non poſſe; malebant jam multi detegere loca cadaverum, ut ſe praeſentibus efoſſa, per cibum, potumque, veſpillonibus largiter ad ſalutem mortui (za duschu) dispenſatum, expiarentur potius; quam ut fortuito inventa bruto, quod ajebant, more extraherentur: alii, ſuorum cognatorum detectis cadaveribus, ſtudioſe jam indicabant aliena, ne quid iſta prae illis beatiora eſſent: alios erecta in novo coemeterio, & ritu eccleſiaſtico conſecrata crux ad procurandam mortuis cognatis loci ſacri communionem, ad faciendam tumuli indicationem invitavit.

Nondum prorſus per haec omnia perventum eo fuit, ut numerus efoſſorum cadaverum ſatis reſponderet illi, quem obtineri oportere, eo, quem diximus, mortuorum, & legitime tumulatorum cenſu intelleximus. Acceſsit, quod non cadavera tantum; ſed multo etiam magis rem veſtiariam quamcunque defoſſam mature erui intererat, quae, deinceps non modo fortuito caſu; ſed etiam certa voluntate eruenda, multo prae cadaveribus

plura mala minitabatur. Itaque commiſſarius regius unumquemque Irreghienſem, quum deinceps ad contumaciam educeretur, per parochum localem juramento ad revelanda cadavera, & rerum defoſſarum loca adſtringendum curavit, eaque ratione cum cadaverum non paucorum; tum vero magnæ rerum inhumatarum quantitatis ſignificationem obtinuit, medico Budai actutum traditam, qui illius indicio ad omnium illarum exhumationem pervenit.

Jam ultimum profitendorum tumulorum invitamentum addere ſe debere commiſſarius regius exiſtimavit illud, ut, qui cadaveris locum renunciaret, floreni rhenenſis mercedem acciperet. Hoc modo cum tria tantum cadavera detecta eſſent; & ſatis apparebat, quantum prioribus modis detegendorum cadaverum profeciſſemus, & ſimul peregimus rem difficillimam nullo pene ſumtu, dum contra Moſcuæ cadaverum multo pauciorum ſignificationem mille numorum aureorum pretio redemtam legimus. Perveniſſe nos noſtris illis artibus ad detegenda omnia, quæ, humo recondita, noxam futuris temporibus minitabantur, anno nunc integro, & quod excurrit, ab iis laboribus elapſo, poſſumus eo magis confidere, quod nec inventum eſt aliquid ex eo tempore ad publicam ſcientiam, neque ullum contagii indicium curioſiſsima indago obſervavit.

Proximum eſt, ut exhumandi laborem exponamus, in quo peragendo forcipe ferrea, & unco harpagini ſimili *) veſpillones utebantur. Forceps conſtabat duobus arcubus ferreis, in transverſum ſibi mutuo commiſsis, quorum alter immobilis ſtilo producto immiſſam habebat perticam longam ligneam; alter mobilis ſtilo ferreo, unum, & dimidium pedem longo, alligatum habebat funem, qui per foramen in ſtilo altero factum traducebatur. Itaque, egeſta e ſepulcro omni terra, divaricata forcipis brachia

*) Vide tab. IXam

brachia demittebantur ſub collum cadaveris; deinde, adducto fune mutuo adſtricta, ambiebant illud circulo ferreo: addita veſpillonum trahendi vis comprehenſum, cohærensque cadaver multa facilitate in ſuggeſtum eduxit. Uncus ferreus, harpagini ſimilis, niſi quod roſtro perpendiculari careret, atque itidem longa pertica inſtructus, leviora corpora, lacinias veſtiarias, partes cadaveris tabo deciduas eximebat.

Extracta, nudataque cadavera in proprium curriculum, undique bene clauſum, inſtrata ſubtus, ſuperque humo reponebantur, devectaque in deſignatum coemeterium, ad foſſas ſemialteram orgyam profundas injiciebantur, & aqua, oleo vitrioli acidulata, perfundebantur; quæ autem in tumulo inſuper aderat res veſtiaria, tumba, aliæque non raro varii generis quisquiliæ, *) eæ ſimili modo devehebantur ad coemeterium, & tantisper ſiccatæ igne omnes concremabantur.

Vacuatæ diligenter foſſæ, in quo primaria chirurgorum, omni exhumationi adſtantium, attentio, atque adcuratio ponebatur, injecto multo ſtramine, foeno, vepribus, atque igne ſubdito probe exurebantur; deinde autem, ulteriori atmosphæræ influxu repurgandæ, per plures hebdomadas apertæ relinquebantur. Denique reducta tellure novam in loco ſtraminis combuſtionem veſpillones iniverunt, etiam ſuperfluæ ſolicitudini juſsi litare.

Iſto labore 1334 cadavera per omnes intra mangyeloſenſem lineam infectas poſſeſsiones exemta precariis tumulis, & legali ratione in deſtinatis ad hos uſus coemeteriis inhumata ſunt, irreghienſibus veſpillonibus ad ceteras illas poſſeſsiones ſub præcautionum alias jam relatarum rigore deductis: qua in re ut, quan-

T 3

*) Quæ cadavera carebant tumbis, iis ſuppoſita erat arundo, virgulta, vimina, quibus etiam ſepulcrorum parietes inveſtiti, & cadaver opertum fuerat: aderant inſuper varia inſtrumenta ruſtica, ut: ligones, ſecures, cultri; inſtrumenta textoria; lyripipium; apud ſcholares atramentarium, regula, penna, charta, libri.

quanta diligentia adlaboratum eſſet, pateret, in conſignatione tom. II^{do} ſub Z adnexa, quæ numerum efoſſorum in quaque posſeſsione cadaverum exprimit, una circa irreghienſia adnotatum ſiſtimus, quo die quot eorum exhumata ſint.

Merito jam expectabunt lectores, ut, quibus cautelis, quove ſucceſſu corpora ſua veſpillones a contagio, quod tantopere hic metuendum videbatur, tutari conati ſint, recenſeamus.

Ad primarias cautelas, quas jam in veſpillonum delectu tenere ipſe medicus debebat, illa pertinebat, ut ejusmodi tantum homines admitterentur ad ominoſum laborem, qui, morbo jam defuncti, contra contagii vim aliquod in ſe ipſis præſidium habere videbantur. Medicus Seele unice reconvaleſcentes adhibuit ad illa centum triginta novem cadavera, quibus exhumandis occupari illum oportuit: medico Budai ex reconvaleſcentium famulorum cenſu non ſe ſufficiens numerus ad magnum novi generis laborem, ad quem invitus nemo cogi poterat, obtulit, neque prægreſſus morbus certam ex ſuis obſervationibus prophylaxin pollicebatur: itaque 12 veſpillonibus, e reconvaleſcentium cenſu ſumtis, aut coactus eſt, aut non dubitavit alios ſeptem adlegere, qui non modo morbum peſtis non habuerunt; ſed ne alio quidem quodam circa peſtiferos officio huc usque occupati fuerant, atque adeo, inter illud obeundum hucusque a peſte immunes, futuræ etiam per exhumandi laborem immunitatis ſpem aliquam facere potuiſſent videri.

Eo magis conatus eſt illos prophylaxi propoſita, atque adurſa contra contagii vim, atque penetrationem tutari. Itaque, ut induerent induſia aceto madentia, ut ſpongiam aceto udam geſtarent ſub naribus, monebat ex peſthanæ facultatis medicæ conſilio; præcipiebat ſepulcra ſub medio efodiendi labore identidem aceto perfundi, perfundi ipſa cadavera, antequam tractanda manibus, aut inſtrumentis eſſent; urgebat, durante labore repetitim manus aceto ablui; commendabat veſpertinam olei unctio-

ctionem, quam medicis firmienfibus fcopo prophylactico procurando communicatam effe alio loco uberius memorabimus. Sed horum quidem omnium confiliorum primis tantum diebus audientes vefpillones fuerant, impatientesque morarum, attentionis, aut molefti fenfus, qui cum hisce cautelis jungebatur, brevi poft nudis manibus nudas exuvias, absque omni metu, mediosque inter jocos verfabant, tractabantque, unice vini largitatem in vicem omnis remedii prophylactici depofcentes.

Impunis prorfus ifta vefpillonum five temeritas, five audacia in tanta tanti laboris diuturnitate fuit. Erant, qui tabida cadavera fruftratim eximerent e fepulcris; qui minora infantum corpora, in ulnas affumta, deportabant ad currum, fatisque habebant, manus tabo diffluentes gramine, aut terra abftergere: alii exquifiverunt faccos veftium, quibus cadavera ambita fuerant; exemerunt pecunias; calvarias feminarum fpoliarunt fuis ornatibus: omnium afsidua in colligendis nodis, ac fibulis, aliaque aurea, & argentea fupellectili diligentia fuit: unus vefpillo, nondum peftem paffus, annulum argenteum cadaveri detractum illico inferuit digitis fuis, & toto deinceps laborum tempore geftavit. Nemo illorum morbo contagiofo correptus fuit: eo minus infecti funt chirurgi, & commiffarii, qui, perpetim labori adftantes, terram, quæ cadaveri incubuerat, nunc recens egeftam calcare debebant: mereturque fummam hoc loco attentionem cafus vefpillonis Marci Joannovich, qui unus eorum, quos morbos contagiofus non foedaverat, in pluribus cadaveribus efodiendis locata opera incolumis a pefte perftitit; deinde autem, translatus ad laborem depurandi nofocomii krushedollenfis, finito opere corripitur morbo contagiofo, & tertio poft die exfpirat. Ceteri vefpillones omnes, peracto exhumationis negotio corpus aceto abluentes, novis veftibus induti, atque ad contumaciam pofiti, eandem omnes fani excefferunt.

Reli-

Reliquum jam eſt, ut, quæ circa ipſum cadaverum ſitum, ſpeciemque obſervatione medici compererint, exponamus: videmurque facturi rem prorſus accommodam, ſi ipſa illorum verba iſthic expreſſa dabimus.

Medicus Budai ſuam ſuper hoc objecto renunciationem ſequentibus verbis complexus eſt.

„ *Primo:* varia cadaverum ſub terra profunditas fuit: per-
„ pauca una, aut ſesquialtera orgya; aliqua uno pede; pleraque
„ tribus, quatuor pedibus infra ſuperficiem aggeſtæ telluris jacebant.

„ *Secundo*: multa cadavera mucore albeſcebant, ac ſi cal-
„ ce conſperſa fuiſſent.

„ *Tertio*: quo profundius erant infoſſa cadavera; eo mi-
„ nus etiam corrupta fuerant.

„ *Quarto:* parum, aut plane non corrupta fuerant ea
„ corpora, quæ in locis humidis, & aquoſis, aut argilloſis, glare-
„ oſis ſepulta jacebant: eadem aliquando tam enormiter foete-
„ bant, ut veſpillones, continuæ mephitidis impatientes, alter-
„ natim accedere, & recedere a labore debuerint.

„ *Quinto:* minime erant corrupta, quæ in locis umbro-
„ ſis, frigidis ſub caſu aquarum continuo aqua ſcaturiginis irro-
„ rabantur: taliter inventa fuit femina una cum veſtibus tota in-
„ corrupta, ac ſi eo die ſepulta fuiſſet; licet jam pridem ſub
„ terra jacuerit.

„ *Sexto:* cadavera, quæ jacebant in tumbis, aut induta
„ erant veſtibus laneis, minus erant corrupta; quam quæ ſine
„ tumbis, in veſtibus lineis ſepulta fuerant.

„ *Septimo:* cadavera, quæ in locis editis, ſolis radiis
„ continuo expoſitis, terra poroſa, ſicca, & minus profunde ſe-
„ pulta invenimus, pleraque erant adeo corrupta, ut ſolum oſſi-
„ bus hæſerint, & nonnulla ab uno etiam veſpillone levari po-
„ tuerint: erant ad conſpectum applanata, quaſi prelo compreſ-
„ ſa, parum foetentia.

Medi-

Medicus Seele obſervationes ſuas idiomate germanico ſequentibus verbis ad me transſcripſit.

„ *Erſtens*: Leichen, die in freier Luft liegen, faulen „ ſchneller; als jene, die verſcharret werden. Im gergeteger „ Walde fand ich zwei unverſcharrte Leichen, Vater, und Sohn. „ Beide hatten ſich nach dem Tode ihrer Hausmutter im Auguſt „ hieher geflüchtet, und waren, ſo wie jene, an der Peſt geſtor„ ben. Die beiden erſtern Leichen waren ſo verfault, daſs weiter „ nichts, als die Knochen übrig waren; da im Gegentheil letzte„ re, die ohngefähr 5 Fuſs tief verſcharrt lag, noch ziemlich „ ganz war, aber einen äuſſerſt ſtinckenden Geruch verbreitete.

„ *Zweitens*: gekleidete Leichen faulen weniger ſchnell; „ als ungekleidete. Eine allgemeine Beobachtung. In einer Gru„ be fand ich Leichen, die ihr ganzes Gewand hatten; und „ andere, die blos mit einem Hemde bekleidet waren. Erſtere „ waren faſt noch kennbar; da letztere ſchon ganz in Faulniſs „ übergegangen waren.

„ *Drittens*: je tiefer eine Leiche liegt; um deſto weni„ ger ſchnell iſt die Faulung. In Kruſchedoll lieſs ich im Spital„ hofe den Wirth, und die Wirthin ausgraben. Beide waren im „ Auguſt geſtorben, lagen beide nahe 9 Fuſs tief, und noch da„ zu im Waſſer, und waren doch mit andern Leichen vergli„ chen, die kaum halb ſo tief, und trocken lagen, wenig ge„ fault.

„ *Viertens*: bei der Leiche des herrſchaftlichen Gärtners „ in Gergeteg hatte man Kalch in die Grube geworfen: dieſer „ hatte jedoch blos das Geſicht bedeckt, und bildete darüber „ eine Rinde, die ich, um die Leiche herausziehen zu können, „ mit ziemlicher Gewalt weghauen laſſen muſte. Das Geſicht „ war ganz unverſehrt, und kennbar; da doch der übrige Theil „ des Körpers ziemlich verfault war. “

Si jam ea omnia, quæ five circa incolumitatem vefpillonum, five circa cadaverum conditionem, exhumatione proditam, fide multiplicis obfervationis relata dedimus, computamus apud animum; videmur primum quidem non prorfus fine caufa proclives effe in eam fententiam poffe, quæ cenfeat, cadavera hominum, quos peftis, quos contagiofi morbi vis peremerit, ea certe ratione, quam ftatim defigemus, fepulta, brevi amittere facultatem communicandi contagii. Omnino illa tam conftans vefpillonum noftrorum immunitas, nullis cautelis procurata, non etiam ad atmosphæræ conditionem, qua contagii vis enervata fit, videtur poffe referri (quomodo Mertens commendationem cautelarum, Mofcuæ ad exhumanda cadavera adhibitarum, elevare conatus eft), quando illo ipfo tempore, quo maxime fervebat apud nos labor exhumandi, fævifsima peftis translata Irreghino Kameniczium fuit, & nondum ceffaverunt Irreghienfes ex morbo peftis perire: deinde autem videmur intercedere poffe legibus tumulationis cadaverum contagioforum, per omnem Europam fancitis, quæ illis fummam foffarum profunditatem, & vivæ calcis additamentum definiverunt. Confervantur profundis fofsis cadavera, quæ, pauca humo contecta, paulo poft nulla futura fint, & trifte eft centum annis debere metui, quod paucorum menfium fpatio pofsis innoxium facere, meliusque recenti horrore prohibemur a tenuiter contecto cadavere perquirendo; quam fitus profunditate a fortuita, aut ftudiofa etiam annofarum exuviarum inventione, quando novæ civiles necefsitates ufum antiqui coemeterii optabilem faciunt, & nova defideria prifcos metus obliterant. Liceat mihi fequentes tumulandorum cadaverum contagioforum regulas ifthic proponere.

Primo: locus contagioforum cadaverum coemeterio deftinetur editus, apricus, terra ficca, porofa, folis calori pervia conftans.

Secundo: is locus magno vallato, & vepribus munito cingatur, porta valida claudatur: ceffante inhumationis necefsitate

amo-

amoveatur porta, & vallatum undique claudatur. Iſta munimenti vis eadem ratione prohibebit homines, & animalia ab eruendis cadaveribus, qua antea prohibebat ſitus profunditas ipſis cadaveribus conciliata.

Tertio: cadavera nuda, ſine omni additamento, non ultra trium, ad ſummum quatuor pedum profunditatem terræ ſubdantur.

Tantisper ad dogmata, opinionesque dilapſi, in quibus exponendis verboſiores videmur idoneam a ſtudio boni publici excuſationem habituri, redimus jam in viam, interciſumque hiſtoriæ filum reteximus.

Reductus menſe Januario civilis in oppido Irregh ordo, revocata incolarum obſequentia, promtus, eorum ad noſocomium, & contumaciam acceſſus lætiſsimos jam menſe Februario in paucitate ægrorum fructus exhibuerunt. Extra noſocomium unicus tantum æger, repentina morte præventus, in ipſo oppido ſupremum diem obiit: in noſocomio fuerunt tantum ægri 18, qui ipſi poſt nonam menſis diem non jam ex domibus; ſed vel e contumacia, vel e famulorum depurationis cenſu acceſſerant: ex his undecim mortui; ſeptem ſanitati reſtituti ſunt: denique ultima ex peſte mors in ipſas kalendas martias incidit, ſemperque vacuum deinceps ægris ex peſte hominibus noſocomium fuit, quorum ad eum usque diem univerſim 2548 circiter mortem obierunt. *)

MARTIUS.

Itaque jucundiſsimo ad noſtram memoriam facto ordimur hiſtoriam rerum menſe Martio geſtarum, cujus primis diebus poſteaquam relatum fuiſſet commiſsioni regiæ, non tantum

 val-

*) Conſignationem hominum Irreghini a 14ta Julii 1795 ad 1^{mam} Martii 1796 mortuorum tomo II^{do} ſub AA adnectimus. Paucos aliquos alio a peſte morbo mortuos eſſe non dubitamus.

vallatum magnum irreghienſe, omniaque excubiarum circumlocandarum tuguria præparata, viam pro facilitanda inſpectione per proximas circum vineas undique exæquatam eſſe; ſed etiam contumaciam, 102 tuguriorum capacem, & exſtructam jam, & requiſitis omnibus plene proviſam eſſe, illa iterum profecta Rumam eſt, omnique apparatu prius indagato, & comperta omnium neceſſariorum præſentia, actutum ad illocandos in eam homines tranſivit.

Diximus dudum jam decretum fuiſſe, ut primi intrarent contumaciam illi, qui extra oppidum ſparſim in territorio habitabant; iſtis oppidani adderentur eo numero, ut habitacula ad contumaciam parata replerentur. Sed adcurandum una fuerat, ut certa, & ordinata ſerie fieret tot centenorum illocatio; ut in pluribus familiis, ubi ſingulæ paucis perſonis conſtabant, ad unum tugurium componendis (ſex ſeptem perſonas variæ ætatis unum tugurium commode exceperat) haberetur ratio & cognationis nexuum, & mutuæ amicitiæ. Itaque nuper jam mandatum accepit medicus Budai, & juraſſor Hainovich, ut ipſi, hominum, rerumque irreghienſium optime gnari, elaborarent familiarum in tuguria repartitionem, hominesque cum rebus ſuis ad contumaciam ituros inſtruerent, ut, qua in ſocietate habitaturi eſſent novam coloniam, in eandem jam domi coaleſcentes uno tempore ad contumaciæ locum venirent. In ipſa autem eductione quo minus dilabi advenientes, aut commiſceri cum extraneis poſſent; præter attentionem magiſtratualium, & commiſſariorum, multæ utrinque vigiliæ ſtipabant euntes, & usque contumaciæ locum comitabantur: non uno tempore omnes ſimul eodem deductæ familiæ ſunt; ſed plures earum diſcretæ tribus, ut una demum illocata ceteræ per ordinem ſuccederent. Ita prima hac migratione 645 animæ contumaciam intraverunt.

Familiæ non tantum cum ſupellectili ſua; ſed cum curribus etiam, & jumentis prodierunt ad contumaciam: ſupellectili in

tu-

tugurium recepta, curribus in proximam contumaciæ vallem pone rivulum, *) in quo deinceps lavarentur, coagminatis, & vallato circumſeptis, pecorum omnium jugalium conſcriptionem inivit judex nobilium; conſcripta, atque in lacu non longe diſsito lota tradidit conductis cuſtodibus, qui paſcendi gregis curam ſusceperant. Pecora non jugalia incolarum irreghienſium, nuper jam in armenta, gregesque collecta, uno tempore educta, & conductis itidem cuſtodibus conſignata fuerunt.

Ita poſtquam rei familiaris conſervationi proviſum fuit; primum ordinis contumacialis initium factum a viſitationibus eſt. Non tantum illud ſummo rigore adcuratum hic eſt, ne quis ex peſte ulceroſus præterrideretur; ſed, cum nulla alia connumeratione rite conſtaret, quot homines irreghienſes ex peſte convaluerint, appoſitum ad hanc rem videmur conſilium iniviſſe illud, ut & interrogarentur ſinguli, an peſtem nuper habuiſſent, & cicatrices ulcerum a morbo reliquæ perquirerentur in nudo corpore, atque adcurate notarentur. Hæc viſitationis ratio, cum omni deinceps occaſione educendorum in contumaciam Irreghienſium inita fuiſſet, prodidit denique, evaſiſſe Irreghienſes ex morbo peſtis octingentos triginta novem, quorum conſignationem, ipſa quoque cicatricum ex peſte ſuperſtitum ſignificatione diſtinctam, eo etiam nomine addendam eſſe huic operi exiſtimavimus, ut, qui toties, tantisque verbis de præſentia peſtis ſirmienſis dubitaverunt, noſtrisque in hac adſerenda renunciationibus acerbius etiam intercelſerunt, poſſint nunc, abſente omni ſuo periculo, deſcendere Irreghinum, & deſignata prius ſpecie externa, quam cicatrices imprimis anthracicæ, &, quæ ſunt a carbunculis reliquæ, præferre debeant, in provocatis appoſitorum nominum indicio iis incolis, quos nos ex peſte ſibi redditos dicimus, inveſtigare, an omnino peſtem habuerint.

*) Vide tab. VIII^vam

Iſtam convaleſcentium conſignationem, quam tomo II^{do} ſub BB exhibemus, ſi luſtramus attentius; videmus primo pene obtutu, multo frequentiſsimum peſtis in ſanitatem finientis exanthema bubones eſſe: horum plurimos ſuppuratione; paucisſimos gangræna liquari; bene multos reſolutos diſparere; reſolutionem creberrimam eſſe cum ſudorum, aut urinæ profluvio, ut tribus tantum in caſibus etiam diarrhoea adfuerit: non paucis vel cum bubone, vel ſine eo eſſe aut carbunculos, & anthraces, horumque reſolutionem rariſsimam eſſe; aut veſicas peſtilentiales: peſtem, cum iſta exanthemata habeat frequentiſsima, tamen cum aliis etiam vel exanthematibus, vel tumoribus, & abscesſibus in ſanitatem vergere, ut univerſim amans metaſtaſium, ad ſuperficiem externam faciendarum, poſsit videri: denique rariſsimam eſſe ex peſte ſine ullo prorſus exanthemate ſanitatem.

Sed juvat tabellarem aliquam frequentiæ, qua diverſa peſtis exanthemata cum ſanatione jungantur, comprehenſionem ſubnectere.

Sanati ſunt:	*Nrus.*
Cum bubonibus ſuppuratis.	292
— bubonibus ſuppuratis, & petechiis nigris.	1
— bubonibus ſuppuratis, & alio exanthemate.	2
— bubonibus ſuppuratis, & ophthalmia.	1
— bubonibus ſuppuratis, & tumore alio reſoluto. . . .	1
— bubonibus ſuppuratis remanente induratione. . . .	2
— bubonibus in gangrænam abeuntibus.	8
— bubonibus gangrænoſis, & ſuppuratis.	1
— bubonibus reſolutis.	150
— bubonibus reſolutis, & alio tumore reſoluto. . . .	1
— bubonibus reſolutis, & alio tumore ſuppurato. . .	2
— bubonibus partim reſolutis, partim induratis. . . .	1
— bubonibus partim ſuppuratis, partim reſolutis. . .	15
— bubonibus utriusque generis, & alio tumore reſoluto.	1

Cum

	Nrus.
Cum anthracibus ſuppuratis.	14
— anthracibus, & bubonibus ſuppuratis.	12
— anthracibus, & bubonibus remanente induratione.	1
— anthracibus, bubonibus, & furunculo.	1
— anthrace, & reſolutis bubonibus.	1
Cum anthrace, & utriusque generis bubone.	1
— anthracibus, & veſicis peſtilentialibus.	3
— anthracibus, veſicis peſtilentialibus, & furunculo.	1
— anthracibus, & carbunculis.	4
— anthracibus, carbunculis, & alio exanthemate.	1
— anthracibus reſolutis.	1
— carbunculis ſuppuratis.	88
— carbunculis ſuppuratis, & plagis coeruleis.	1
— carbunculis, & bubonibus ſuppuratis.	61
— carbunculis, ac bubonibus ſuppuratis, & anthrace.	2
— carbunculis, ac bubonibus ſuppuratis, & anthrace reſoluto.	1
— carbunculis, ac bubonibus ſuppuratis, & furunculo.	1
— carbunculis, ac bubonibus ſuppuratis, & cataracta.	1
— carbunculis, ac bubonibus ſuppuratis, & veſicis peſtilentialibus.	10
— carbunculis, & reſolutis bubonibus.	11
— carbunculis, & utriusque generis bubonibus.	3
— carbunculis, & veſicis peſtilentialibus.	7
— carbunculis, veſicis peſtilentialibus, & furunculo.	1
— carbunculis reſolutis.	1
Cum veſicis peſtilentialibus.	41
— veſicis peſtilentialibus, & bubone ſuppurato.	17
— veſicis peſtilentialibus, bubone ſuppurato, & tumore reſoluto.	1
— veſicis peſtilentialibus, & bubone reſoluto.	18
— veſicis peſtilentialibus, bubone roſoluto, & carbunculo.	5

	Nrus.
Cum veficis peftilentialibus, bubone, & tumore refoluto. .	1
— veficis peftilentialibus, & utriusque generis bubonibus.	2
— veficis peftilentialibus, & tumore refoluto.	2
— veficis peftilentialibus, & furunculo.	6
Cum tumoribus alius generis refolutis.	9
— furunculis.	4
— abfceffu.	2
— panaritio.	1
— tumore rupto fanguinem dante.	1
— excoecatione per ftaphyloma.	1
Sine ullo exanthemate.	17
— ullo, fed tamen cum doloribus partium.	2
— ullo, fed tamen cum petechiis. *)	3

Peracta vifitatione **) ftatim factum depurationis contumacialis initium eft: perpetua fuit a primo die usque ultimum ventilatio omnis rei veftiariæ; omnia, quæ ullo modo lotionem ferebant, bis primis; femel ultimis hebdomadibus lota funt: afsidua

---

*) Contra admodum frequentes cum petechiis ex pefte mortes funt.

**) Nudæ integrarum poffefsionum vifitationes ad geographiam phyficam, ad inveniendas hominum, diverfos nævos, deformationes, & ulcera habentium, proportiones ad numerum fanorum plurimum utiles effe poffunt. Non efugerunt attentionem, & obfervationem noftram vitia ifta; fed unice negotiis peftis intenti, fingula chartæ non mandavimus, ut ea quafi per opportunam occafionem ifthic lectoribus fubfterneremus. Minuit qualiscunque noftræ negligentiæ culpam id, quod nos vifitavimus incolas irreghienfes, quorum magnam partem nunc demum morbus contagiofus abftulit, ut proportiones, quæ iftis vifitationibus erui potuiffent, nefcio, an cum iis, quos nullo ejusmodi extraordinario cafu afflicta loci alicujus populatio datura effet, convenirent. Univerfim dicere poffum, paucos fuiffe homines nævis, vitiis corporeis, aut ulceribus foedatos.

dua, accurata rerum omnium, cujusque laciniæ inſpectio ſecuram de omni iſthic rigore obſervato commiſsionem regiam fecerat.

Sed, ut hæc omnia fierent, ut conſiliorum a commiſsione regia initorum præſtantiæ rei ſucceſſus reſponderet, oportuit quotidianæ contumaciæ inſpectioni virum præficere, qui & ſcientia rei contumacialis, & impigro ad agendum animo expectationi publicæ eſſet ſatisfacturus. Gravem, & hic in primis momentoſam provinciam medicus Joſephus Mulſer, qui brevi, quo in proceſſu rumenſi fuit, tempore multis nominibus confidentiam commiſſarii regii meruit, demandatam accepit, atque omnino per trium conſequentium contumaciæ periodorum tempus ita adcuravit negotium depurationis, rigorisque contumacialis, ut nil in hoc genere melius, atque magis exactum potuerit deſiderari.

Eductæ in contumaciam familiæ pauperes erant pleræque: dudum ex malorum vi abſtractæ a facili merendi occaſione, nunc nil prorſus ad alendam vitam agere poterant. Itaque cum univerſim providit commiſſarius regius, ut victualia quæque leviſsimo pretio adeſſent, & impudentiam officialis dominalis compeſcuit, qui auſus eſt cenſum dominalem petere ab iis, qui rem cibariam a contumaciſtis emendam adferrent; tum vero & ligna cuique tugurio, & cuique perſonæ diurnam panis portionem e piſtrina regia, Mangyeloſini exiſtente, gratis ſubminiſtrari diſpoſuit, atque hac etiam ratione tam neceſſarium in publicam ſalutem obſequium afflictorum Irreghienſium plene ſibi devinxit. *)

Vacua-

*) Liceat mihi hoc loco referre illuſtris, & humano ſenſu commendatiſsimi commiſſarii regii verba, quæ præſtitæ ad Majeſtatem Sacratiſsimam ſuper hac diſpoſitione ſua relationi ſubjunxit. „ Potuiſſe „ me hac occaſione uti diſpenſatione largitatis regiæ inter feliciſsi- „ mos vitæ meæ dies referam. Intima enim animi mei penetravit pro-

Vacuatum erat hominibus de contagio ſuſpectis territorium irreghienſe: reſtabat jam, ut etiam res contaminatæ quæcunque, magis adhuc ipſis hominibus metuendæ, quantocyus omnes tollerentur. Ad eas inveniendas, ad hominem unum aliquem, qui uſpiam forte lateret, in contumaciam compellendum judex nobilium Lovrencſics, & juraſſor Veſſelényi cum quinquaginta fidis hominibus, partim equitibus, partim peditibus, juſſu commiſſarii regii plurium dierum ſpatio peragraverunt omne territorium, diligenterque conſignaverunt omnia uſpiam tuguria, & ſpecus, in quibus antea homines degebant, omnes lacinias, & exuvias humanas, atque cadaverum tumulos, quos potuerunt offendere: quæ conſignatio ſtatim poſt tradita eſt medico Budai, ut is de rebus omnibus concremandis, de cadaveribus debito loco inhumandis congruas diſpoſitiones iniret, opusque territorii totius depurandi quantocyus ad optatum finem perduceret, quo ſic ad ſolvendam hujus amplam, & vicinis poſſeſsionibus, vigilias ſufficientibus, gravem præcluſionem primo quoque tempore poſſet tranſiri. Ingentem fuiſſe copiam rerum, quas, per omne irreghienſe territorium diſperſas, de contento contagii fomite ſuſpectas habere oportebat, docuit catalogus, quem plurimum phylirarum volumine comprehenſum judex nobilium transmiſit.

Non iſta territorii irreghienſis cura ita occupavit commiſsionem regiam, ut protelarentur ea, quæ ad ipſam oppidi depurationem pertinebant: quæ enim familiæ nunc prodiverunt in con-

„ rumpens in gratiarum actionem affectus 1645 animarum, quæ dum „ ſe, e proximo vitæ amittendæ periculo ereptas, ultro etiam ali, „ ſuſtentarique e peculiari gratia, & clementia Majeſtatis Veſtræ Sa- „ cratiſsimæ intellexiſſent; me flexis plane genibus oraverunt, ut Ma- „ jeſtati Veſtræ Sacratiſsimæ perpetui homagii, fidelitatisque ſuæ „ profeſsionem eorum nomine faciam. “ Me lacrymarum, hac occaſione commiſſario regio oborientium, teſtem fuiſſe ſemper beatiſsimo animi ſenſu recordabor.

contumaciam, earum ædes, aliaque reclinatoria actutum coeperunt in depurationem ſumi: quæ quomodo inſtituta eſſet, inſtructio commiſsionis regiæ, agendorum capita exponens, docebit, quam tom. II^{do} ſub CC adnectimus.

Ad ceteras, infectas antea, poſſeſsiones converſus commiſſarius regius, ubique jucundiſsimum rerum e ſententia pergentium ſpectaculum habuit. Jam in ipſa etiam poſſeſsione Neradin nullus ab octo hebdomadibus æger fuit; ultimi jam reconvaleſcentes petierunt contumaciam, uno ob ulcus pedis Irreghinum translato; incolæ, in generali depuratione ſtrenue occupati, ſolam jam noſocomii mundationen reliquam fecerant. Poſſeſsiones Shatrincze, Veliko-Radincze, Beſſenovò, Krushedoll impoſitam nuper generalem depurationem, nullo ſe usquam contagii indicio eferente, feliciter terminaverunt: quam depurationem rite peractam eſſe quo certius conſtaret; commiſſarius regius, & dirigens medicus omnes in qualibet domos ipſi obierunt, & ubique peracti laboris rigorem accurate inveſtigarunt, una etiam etiam oculatum præſentis incolarum ſanitatis teſtimonium capientes. *)

Itaque commiſſarius regius, rerum ſtatui admenſuraturus imperia, poſſeſsiones haſce quatuor, quæ inſuper a tribus menſibus nullum ex peſte ægrum ſuffecerunt, a contagio liberas vigore etiam benigni ſanitatis normativi declaravit, & circumductos duabus primis cordones ſolvi juſsit, ea tamen lege, ut, præſente jam neceſsitate colendi ægri, incolis quidem ad territorium ſuum exire, ibidemque rurales labores abſolvere liberum ſit; per tres tamen proximas hebdomadas ab aditu vicinarum poſſeſsionum abſtineant: videbatur hæc reſtrictio, nulla cum incolarum moleſtia conjuncta, ad ulterius vitandas cujuscunque demum recrude-

X 2 ſcen-

*) Similis ſingularum domorum viſitatio inita deinceps eſt in omnibus infectis poſſeſsionibus, antequam ad eas præcluſione ſolvendas commiſſarius regius accederet, neque ſumma hujus laboris ardente ſirio moleſtia potuit animis, unice publica ſalute occupatis, gravis occidere.

ſcentiæ ſequelas, majoremque publicam ſecuritatem non inutilis futura: cui reſtrictioni ne prævaricarentur incolæ dictarum poſſeſsionum; vigiliis ad ſanarum poſſeſsionum aditus locatis proviſum eſt.

De ceteris autem poſſeſsionibus, quas adhuc ſuſpectarum cenſu comprehendi oportebat, ita decrevit commiſſarius regius, ut priorum exemplo hæ quoque omnes paſsim jam exercitam, & finitam in domibus infectis, & ſuſpectis depurationem transferant ad cunctas promiſcue ædes, omnemque ſupellectilem: quo labore per tres hebdomadas pergente ſi nulla ſe etiamnum peſtis evolveret; ipſæ quoque omnes, excepta poſſeſsione Neradin, cum qua maxime diuturnum plenæ immunitatis periculum faciendum eſſet, e numero ſuſpectarum eximerentur.

Itaque ſic jam pergebant negotia poſſeſsionum infectarum omnium, ut merito ſperaret commiſſarius regius, eadem expectatione citius finitum iri. Quo magis moleſtum illi accidit, quod conjuncta cum conſilio depurandi oppidi Irregh neceſsitas incolarum omnium in contumaciam educendorum, & contumaciæ nuper exſtructæ quantumvis magna capacitas, ad quartam demum vicem penitus vacuatura oppidum, finem laborum omnium in quartam, & vigeſimam ſeptimanam prorogatura eſſet. Itaque, cum de diuturnitate unius periodi contumacialis per rigorem normativi ſanitatis detrahi nil poſſet, ad accelerandum negotii finem, ad maturius eripiendos triſti, per æſtatem præcipue, tractationi peſtis Irreghienſes id eficere deſtinavit commiſſarius regius, ut, exceptis illis, quos propter laborem depurationis, & inſpectionis ſecuritatem in ipſo oppido usque ad illius finem remanere oporteat, ceteri omnes incolæ, qui adhuc in oppido exiſtebant, ad unam vicem educi in contumaciam poſſent. Itaque actutum commiſit judici nobilium rumenſi, ut shatrinczenſem contumaciam, dudum erectam, ſed nequaquam rigori contumaciali reſpondentem, ad modum irreghienſis contumaciæ reformet, eamque ſeptuaginta tuguriis inſtruat. Centum ſeptuaginta

tugu-

tuguria omni illi Irreghienſium educendorum numero ſuffectura eſſe calculus hac ſuper quæſtione initus oſtendit.

Reverſus Ilokinum commiſſarius regius tantisper a rebus ſirmienſibus ſolicitudinem ſuam transferre ad vicinos comitatus debuit. Sæviebat inde ab initio anni præſentis contagioſus morbus in compluribus locis brodenſis, & gradiscani regiminis: ſtatim quidem ductis ad modum bacſienſium, & veröczenſium lineis præcluſoriis & ſuperior pars comitatus ſirmienſis, & ceteri comitatus slavonici juxta inviationes, a commiſſario regio dudum acceptas, tutari ſe a contagio ſunt conati: ſed nos, ſatis docti nunquam prorſus acquieſcere in tutamine cordonum, translationem peſtis in ceteros comitatus slavonicos eo magis metuendam habebamus, quod & commiſſarius regius, ſirmienſium præcluſionum ambitu coercitus, adeſſe rebus ejatibus, ac inſtruere, atque animare debitum negotiorum curſum non poſſet, & tam incolas, quam magiſtratuales, methodi ad peſtem tollendam pertinentis ignaros, ſimile Irreghienſibus fatum expectavit. Ita eramus comparati animo, ut novus erumpentis ubicunque in Sirmio peſtis nuncius vix quicquam nos perculiſſet: ea & diſpoſitionum noſtrarum, & procurandæ harum apud populum, jam & intelligere, & exequi imperia noſtra doctum, promtiſsimæ executionis confidentia fuit: alibi, loco nobis obnoxio, naſci peſtem ne cogitare quidem ſine horrore potuimus. Itaque commiſſarius regius, certam agendorum normam illis comitatibus definiturus, præcepit, ut quique deputatos mitterent ad raſtellum palankenſe, quibus & ubere coram ſermone multiplices methodi partes explanavit, quas, ſoli calamo commiſſas, non ſatis forſitan intellecturi fuiſſent, & adhærentium dubia ſolvit, & denique ſcriptam, quæ ad ipſas comitatuum univerſitates deferretur, inſtructionem tradidit, ſumma tractandæ peſtis, & methodi ſirmienſis, præſenti uſu identidem probatæ, capita comprehendentem. Eam inſtructionem, qua medicus dirigens peſtis & coer-

 cen-

cendae, & exſtirpandae principia, modernae occaſionis uſu expolita, complecti adlaboravit, toto ſuo tenore expreſſam lectorum ob oculos tomo II^{do} ſub DD ſiſtimus, partim, ut pateat, quomodo defectum antiqui ſanitatis normativi, nil pene de peſte domeſtica praecipientis, ſupplere adniſi ſimus; partim vero, ut computata hac inſtructione cum iis, quas primo tempore commiſsio regia dederat, penſare liceat, quomodo in excolenda tractandae peſtis methodo ex ipſo rerum uſu proficere ſtuduerimus, libenter confitentes, longe abeſſe ab eo inſtructionem noſtram, ut nos deſiderio normativi de tractanda peſte, quod omnibus numeris abſolutum ſit, poſsit exolvere.

Oportet jam res Kameniczii menſe martio geſtas oratione perſequi. Decretum, ut diximus, menſe jam Februario habuit commiſſarius regius, oppidum Kamenicz vallato cingere. Quo minus tamen illi operi, tunc quidem, manus admoveretur; prohibebat penuria hominum, quorum magnus numerus partim in circumvallationis, & contumaciae irreghienſis magno opere, partim in obſidendis plurium locorum lineis praecluſoriis occupabatur. Hiſce obſtaculis initio menſis Martii plurimum ſubmotis, deſignatum praevie jam a commiſſario regio vallatum, 1600 orgyas longum, *) ſervatis iisdem, atque Irreghini, adducendarum operarum cautelis, judex nobilium Antonius Polyák decem dierum ſpatio ita perfectum, atque excubiarum tuguriis inſtructum praeſtitit, ut nil in hoc genere amplius deſiderari potuerit.

Lineae praecluſoriae, ab agro kameniczenſi irreghienſem dividenti, perpetuos vigiles datos eſſe, Kameniczio ſumtos, alibi memoravimus. Perfecta oppidi circumvallatione, hac a ſanarum poſſeſsionum incolis ſtipata, tempus illorum vigilum reducendorum aderat. Sed homines, qui multam habendae cum palanti Irreghi-

enſi-

*) Vide tab. VII^{mam}

enſium per montes grege commixtionis occaſionem habuerunt, omni jure ſuſpecti, ad oppidum pene jam ſuſpicione contagii exemtum remitti non poterant. Itaque, combuſtis ſuis tuguriis, una cum reculis ſuis transpoſiti ſunt ad contumaciam neoplantenſem, unde, tertia demum hebdomade finita, ad ſuos remigrarunt. Præcluſio, factis & verſus Irreghinum, & verſus Kameniczium concædibus, intermediam viam latam habentibus, communita, ab incolis ſanarum cismontanarum poſſeſsionum, nova ſibi tuguria in via illa intermedia ſtruentibus, ſtipata deinceps fuit, qui & deductis jam tunc ad contumaciam erraticis illis Irreghienſibus non tam facilem ſuſcipiendæ contaminationis occaſionem habuerunt, & a territorii kameniczenſis vago aditu debite prohibebantur. Ita perſtante ſimul linea præcluſoria, quæ dudum a ſummis montibus juxta Ledincze ad Danubium usque deſcenderat, non modo ipſum oppidum Kamenicz propriis ad vallatum excubiis communitum; ſed ipſum loci territorium ita præcluſum fuit, ut nemo deinde ex hoc territorio ad vicina Danubio loca, hucusque a contagio ſemper immunia, exire potuerit.

Una cauſa circumvallandi oppidi fuit illa, ut bacſienſes incolæ ad vineas ſuas, quarum colendarum tempus jam imminebat, in territorio kameniczenſi ſitas, tuto tranſire poſſent. Si horum ſervandæ rei familiaris cura merito tangebat commiſſarium regium; eo magis debebat providere, ut incolæ kameniczenſes, anno præterito incendii, nunc vero iterata jam peſtis calamitate afflictiſsimi, pari beneficio frui poſſent. Quod ut ſine ullo plane metu contagii in bacſienſes vinicolas transferendi fieret, commiſſarius regius, peracta omnium ad vineas exire volentium Kameniczenſium conſcriptione, eos quidem, qui ſe ipſos intertenere poſſent, ad contumaciam neoplantenſem eo fine transponendos curavit, ut, exactis ibi 21 diebus ad ſuum territorium reverſi, ibidemque ab oppido per intermedium foſſatum præcluſi, communiter cum bacſienſibus culturæ vinearum absque omni periculo

mutuæ

mutuæ infectionis vacare poſsint; pauperes autem, qui ſe in contumacia neoplantenſi difficulter eſſent alturi, illocavit in contumaciam inferiorem, quam ad uſus tractandæ peſtis intra vallati ambitum exſtructam fuiſſe alibi memoravimus: ubi cum alimentis, per domeſticos contumaciali more ſuppeditatis, ſuſtentati trium hebdomadum periculum obiiſſent; immediate ex contumaciæ loco ſub comitiva vigilum educti extra recinctum oppidi ſunt, atque ad vinearum territorium dimiſsi.

Utriusque generis vinicolæ in territorio, rerum victualium vacuo, porro quoque ſubminiſtratione alimentorum carere non poterant: qua in re ut ſemper legibus præcluſionum contumacialibus locus eſſet; alia per ſingulam hebdomadam dies Baeſienſibus; alia Kameniczenſibus defixa eſt, qua ſola illi ad raſtellum R in ſuperiore vallati porta M *) exſtructum accederent, atque vel a cognatis, vel ab heris ſuis victuariam pro ſeptimanæ ſpatio proviſionem tranſſumerent.

Non minus providendum erat, ne plures centeni homines, in territorio ſuſpecto paſsim habitantes, ſine medica inſpectione eſſent: itaque deſignavit commiſſarius regius chirurgum, qui, in ipſo promontorio domicilium habens, territorium obeundo ægros reſciſceret, & de eorum conditione medico, intra oppidum exiſtenti, relationem eum in finem præſtaret, ut is, ſi qua ſe inter illos contagioſi morbi ſuſpicio eferret, e veſtigio poſsit ulteriores congruas diſpoſitiones facere.

Hiſce circa præſentem rerum ſtatum coordinatis, commiſſarius regius ad ſequiora tempora providentiam ſuam tranſtulit. Si lætabatur felici rerum præſentium decurſu; eo magis adcurandum ſibi eſſe exiſtimavit, ne futura mala, quacunque forte erum-

*) Vide tab. VIIam.

erumpentia, parum satis comparatum obruerent: omnium autem minime poterat committi, ut ea civilia incommoda, quæ primi temporis errores ultra necessitatem cum negotio pestis copulaverant, hoc etiam anno, si quo fato nova uspiam pestis eferret se, locum essent habitura. Superiore anno propter paucorum locorum pestem totus comitatus sirmiensis seclusus a cetera Hungaria fuit: octo mensibus ferebant tristissimam conditionem possessiones pleræque, quin tanti temporis continuis, quotidianis visitationibus vel minimam latentis uspiam contagii notam iniissent: ejusdem præclusionis sorte toto tempore gravabatur commeatus navigationis, & commercii per Danubium: eadem culturam vinearum sirmiensium, & vindemiam incolis bacsiensibus multum molestiam, ac difficilem fecerat. Serio cogitandum erat de aperiendo Sirmiensibus commeatu, de tollendis tot rei familiaris, atque civilis incommodis: sed una providendum fuit, ne, si malum pestis uspiam recrudesceret, revocari, & restitui præclusiones debere videantur, quæ tanta illa civilia incommoda una secum traherent. Itaque, cum in processu tantum rumensi, in transmontanis locis aliquo cum fundamento nova metui pestis potuisset, commissarius regius hanc provinciam ita a cetero Sirmio, & speciatim a possessionibus Danubio adjacentibus, atque vinearum promontoria habentibus secernere constituit, ut, quæcunque deinde rerum pestis conditio in processu rumensi futura esset, ea nullo modo ad cetera Sirmii loca pertineret, nullaque ratione ex eo capite istorum cum cetera Hungaria commercium intercideretur. Itaque summa montium sirmiensium juga equo prætervectus commissarius regius ea via, quam, olim a principe Eugenio Sabaudo ductam, ejus nomine hucdum appellant incolæ, judicibus nobilium Szalai, & Polyák designavit præcipua puncta ducendi per hos ipsos montes cordonis, atque commisit, ut exsectis ad 8 orgyas per summa montium cacumina silvis, inchoando a linea, territorium irreghiense, & kameniczense jam

 actu

actu dividente, *) juxta acceptam in eundi ductus deſignationem ducerent lineam novam per totum montium tractum, usquedum iſta conveniret cum cordone mangyeloſenſi; eandem concædibus munirent, locatisque vigiliis ſolicite præcluderent: ita nempe procurabatur id, ut, proceſſu rumenſi hinc mangyeloſenſi, usque in ſummos montes aſcendente, & iſta, quam nunc diximus, montana linea; illinc vero ab excubiis regiminis petrovaradinenſis concluſo, caſſari poſsit pars mangyeloſenſis cordonis, quæ a commiſſura cum montano ad Danubium deſcenderet, ut poſsint promontoria, locaque Danubio appoſita ad eandem cum ceteris proceſſus vukovarienſis, & ilokienſis locis conditionem referri, ac denique etiam ad plenam ſuo tempore cum cetera Hungaria communionem admitti: procurabatur, ut, exoriente denuo uſpiam in proceſſu rumenſi peſte, præcluſionis quæcunque ulterior neceſsitas cum triſtibus ſuis confectariis ad ſolum hunc proceſſum; non autem ad totum Sirmium pertineret.

Quo ſecurius loca Danubio adſita ceteris comitatus ſirmienſis poſſeſsionibus, extra lineam mangyeloſenſem conſtitutis, addi, accenſerique poſſent; appoſitum fore exiſtimavit commiſſarius regius, ut hæ poſſeſsiones interea, dum ducendæ, exſcindendæque per ſilvas lineæ montanæ labor ferveret, generali illi omnis domeſticæ ſupellectilis depurationi, cujus maximum ſive ad exſtirpandam peſtem, ſive ad alia etiam ſanitatis adjuncta uſum complura jam ſpecimina docuerant, ſubjicerentur, cujus adcurationem medicus csereviciſenſis Petrovich a commiſſario regio demandatam accepit.

APRILIS.

Juvat nunc rerum Vukovarini menſe Aprili geſtarum expoſitionem continuam facere, ut deinceps non interrupto tenore nego-

*) Vide tab. I*mam*

negotiorum, in proceſſu rumenſi hoc menſe terminatorum, ſeriem poſsimus complecti.

Nuper jam, cum ultimas circa oppidum Vukovar diſpoſitiones feciſſet commiſſarius regius, earumque ſeriem altiſsimæ approbationi ſubſtraviſſet, additis rationum momentis, quæ ſecuritatem ſolvendæ incolarum præcluſionis docerent, una facultatem faciendæ menſe medio Aprili reſerationis hujus oravit. Auguſtiſsimus, qui & zelo viri commendatiſsimi, & probato rerum penſandarum judicio prorſus acquieverat, ſoli commiſſarii regii arbitrio graviſsimi momenti negotium commiſit, id optime ad rem communem actum exiſtimaturus, quod ipſe, omnia cominus intuens, & vivam rerum omnium imaginem verſans ob oculis, agendum conſtituiſſet.

Quo honorificentior hæc ſummi principis confidentia fuit; eo magis intellexit commiſſarius regius, quæcunque circa hoc objectum decerneret, non modo maximam rationum, & motivorum probabilitatem habere; ſed etiam ſummam, quæ ab ulla unquam rerum humanarum ſupputatione deſiderari poſsit, feliciſsimi eventus ſecuritatem præſtare oportere.

Itaque cum peracta etiamnum prævie omnium domorum incolarumque viſitatione pateret, & nullum uſpiam ſuſpicioni, contagioſi morbi locum eſſe, & omnia depurationis ſtudia eſſe exhauſta; cum initio jam menſis & cuncta lazareti tuguria, hucusque in fortuitos uſus ſervata, & contumacialis apparatus ad omnem fomitis extinctionem igne deletus eſſet; commiſſarius regius 17ma Aprilis, actis D. O. M. utroque ritu gratiis, excubias, hucusque præclusionis lineæ adſtantes, dimiſit, deindeque progreſſus in forum ovanti populo annunciavit reſerationem oppidi, ſequentibus conditionibus tantisper conſtrictam.

Primo: ut per tres proximas hebdomadas ſeu, usque 8^{vam} Maji, incolis tantummodo intra territorium oppidi, a quo hucusque per cordonem excludebantur, liber commeatus ad agros, vine-

asque ſuas colendas pateat; tranſitus autem ad vicina territoria, & poſſeſsiones interdictus ſit.

Secundo: mercatoribus, quos commercii, longiſsimo tempore interciſi, neceſsitas ad vicina raſtella evocatura eſt, liceat quidem poſt præviam viſitationem, teſtimonio medici probatam, penes paſſuales ſubſtituti vice-comitis literas excurrere ad vicinum raſtellum kliſſenſe, ita tamen, ut in locis tranſennalibus viſæ apponantur, & mora itineris ultra præfixos in paſſualibus dies non extendatur. Eo ſecurius poſſe ſe iſtud mercatoribus beneficium impertiri commiſſarius regius exiſtimavit, quod toto tempore graſſantis in oppido contagii immunes a morbo perſtiterunt.

Tertio: usque ad dictam 8^{vam} Maji diem extraneo cuique intrare oppidum interdictum ſit: qui autem vicinarum poſſeſsionum incolæ ad colendas ſuas in territorio vukovarienſi vineas tranſire cuperent, his acceſſus ad illas penes paſſuales ſubſtituti vice-comitis ea lege admittatur, ut illi, ubi finito labore domum reverti volent, non niſi prævie viſitati, & novis paſſualibus proviſi redire ad ſuos poſsint.

Has mutui commercii aliquantas reſtrictiones præmittere ſe plenariæ cujuscunque civilis commercii libertati eo magis debere commiſſarius regius exiſtimavit, quod hinc quidem prima, ac ſola pene plurimis incolis agrorum, vinearumque ſuarum colendarum neceſsitas eſſet; inde vero ſic pedetentim tantum, ſineque tumultuaria commixtione ad plenam libertatem rediretur, ut, ſi quid forte contagii præter omnem expectationem hoc proximo tempore evolveretur, iſtud eo certius intra anguſtiores limites coerceri, novaque oppidi præcluſio cum minorum, & pauciorum removendarum difficultatum neceſsitate iniri poſsit.

Eundem in finem commiſſarius regius & vallati, & tuguriorum, eidem adſitorum, conſervationem porro quoque curæ eſſe magiſtratibus voluit, & perſonis medicis ulteriorem viſitationum

ſionum quotidianarum accurationem impenſe commendavit, & denique, ne futuram ſeparationis fortaſſe alicujus faciendæ neceſſitatem defectus manſionum contumacialium moraretur, novam contumaciam, 12 tuguriorum capacem, & ex more contumaciæ irreghienſis inſtructam, erigi actutum curavit.

Licet jam nunc aliquamdiu rebus proceſſus rumenſis occupari, & continuata rerum ſerie in menſem usque Majum procurrere.

Qua providentia ad exſtirpandum, qui uſpiam in territorio irreghienſi lateret, contagii fomitem acceſſum ſit, ſupra pluribus verbis diximus. Negotium provide inſtitutum ſumma adcuratione, atque aſsiduitate indefeſſum medici Budai, & juraſſoris Hajnovich ſtudium mature conſummavit. Qua de re cum nuncius ad commiſſarium regium perlatus eſſet; idem, ut legali etiam teſtimonio conſtaret, quod rite factum eſſe pro ſua in nominatos viros confidentia ſibi pollicebatur, iterum judicem nobilium Lovrencſich cum juraſſore Veſſelényi, & comitatu 50 hominum ad faciendam omni diligentia, & attentione alteram totius territorii viſitationem exmiſit. Quorum relatione cum de plena territorii depuratione certior eſſet factus; locatis nunc ad ipſum oppidi Irregh vallatum, dudum paratum, excubiis, ſuſtulit præcluſionem magnam toti territorio circumdatam, poſſeſsiones Gergeteg, Rivicza, eadem prius præcluſione comprehenſas, quæ dudum ab omni ex peſte ægro immunes, omnique depurationis negotio rite defunctæ eſſent, infectarum catalago ſolita cum reſtrictione exemit. Quo minus idem circa Neradienſes eodem modo decerneret, ſola magnæ præteritæ contaminationis conſideratione prohibitus eſt. Itaque in majorem ſecuritatem, certiusque prohibendos ab aditu vicinarum poſſeſsionum Neradienſes, horum territorium ſingulari vigiliarum ſerie ſtipandum, cingendumque curavit, addito tamen earum poſt ſex hebdomadas removendarum præcepto, ſi interea, quæ præſens eſſet, a contagio immunitas perſtaret.

 Solu-

Soluto magno cordone cum processus rumensis incolis aditus ad irreghiense territorium undique patefactus esset; poterat jam provideri de agris, vineisque oppidi colendis, quæ ab incolis partim intra illud, partim ad contumacias reclusis negligi, cum summa licet miserorum illorum in futuros etiam annos jactura, debuissent. Itaque statim commissarius regius agrorum per ceterarum dominii Ilok (ad quod Irreghinum pertinet) possessionum incolas subarandorum, inserendorumque curam provisori dominali demandavit: pro vineis autem sive emortuarum familiarum, sive pupillaribus, aut vidualibus, sive denique illorum quorumcunque Irreghiensium, qui hoc sublevamen peterent, excolendis operarios judex nobilium Lovrencsich e vicinis possessionibus erga admensum censum laudabili, & omni commendatione digna assiduitate sua conduxit, potuitque ea factorum conscientia acquiescere humanus sensus noster, quod irreghienses incolæ præter salvatam vitam, sanitatemque suam, etiam vitæ ulterius alendæ subsidia nostro studio conservata acceperunt.

Parata circa medium mensem Aprilem indefesso judicis nobilium Lovrencsich conatu erat contumacia shatrinczensis, ad quam simili prorsus, ac nuper ratione, attentionisque, & accurationis publicæ severitate educti sunt a 20ma ad 22^{dam} Aprilis incolæ irreghienses 363, quorum inspectionem commissarius regius medico Seele, plurimis sibi nominibus commendatissimo, & hancce provinciam sibi ad ceteras addi ultro expetenti, detulit.

Quod ad ceteras infectas hujus processus possessiones attinet, in iis commissarius regius hoc mense solam pene jucundissimam solvendarum præclusionum occupationem habuit. De Neradin, Gergeteg, Rivicza jam diximus. Possessiones Veliko-Radincze, Bessenovo, Shatrincze, Krushedoll-Pernjávor, quæ, priori mense a peste immunes declaratæ, facultatem territorii sui libere colendi acceperunt, eadem incolumitate per proximas etiam sex hebdomadas usæ, omnisque repetitæ mundationis labore defunctæ,

functæ, ultimis menfis Aprilis diebus ad plenam cum fanis processus rumenfis poffefsionibus communionem admiffæ funt. Poffefsiones autem Gergurevcze, Beffenovo-Pernjávor, Jazak, 12ma Aprilis a contagiofo morbo immunes declaratæ, folutis circa pofteriores cordonibus, in proximas fex hebdomadas ad fola fua territoria reftrictæ, ad plenam agri colendi, & agendorum domi negotiorum facultatem pervenerunt.

MAJUS.

Jam primorum contumaciftarum præclufione fua exolvendorum tempus advenerat. Commiffarius regius, medio defluentis periodi contumacialis eos identidem vifitans, atque infpiciens, cum omnium ab iis rerum mundationem debite peragi, cunctasque contumaciæ leges ad amufsim obfervari cognoviffet; una etiam eum influxum, quem ftudiofa munditiei procuratio, cum ufura liberi aeris conjuncta, ultra exftirpationem contagiofi fomitis in ceteram contumaciftarum fanitatem haberet, quemve, licet minus ad peftem pertinentem, curiofus omnis rei humanæ animus prætervidere non potuit, lætus animadvertit. Scilicet non unius, aut alterius; fed omnium pene hujus contumaciæ incolarum habitus externus corporis gratior priore, plenior, vegetiorque factus eft, fanitatemque fuam omnes commiffario regio cum exuberantis gaudii fenfu funt profefsi: perftitit hæc fanitatis conftantia inter tam numerofos contumacifias usque ad finem legalis periodi, ut e tanto hominum numero fpatio fex hebdomadum tantum quinque infirmati, & nonnifi duo, iique morbo chronico laborantes, infans fcilicet unus ex hydrope anafarca; alter vir fenex ex phthifi mucofa, mortui fint. Exiftimavi me hanc fymbolam, ad obfervationes diæteticas pertinentem, ifti, rerum medico-politicarum feraci, operi eo magis poffe infcribere, quod eadem fanitas, eadem vigoris corporei inftaura-

tio,

tio, eadem morborum paucitas obtinuit apud omnes deinceps contumaciſtas, amplius mille tercentos, quodve paſsim medici noſtri in minoribus quibusque contumaciis a ſe obſervatum prodiderunt, homines non tantum ad coercendum peſtis contagium; ſed etiam ad roboris corporei incrementum, febriumque intermittentium abolitionem periodo contumaciali eſſe defunctos.

Inter illam ſanitatis, quam diximus, uſuram contumaciſtæ primis Maji diebus ad finem normalis periodi pervenerunt. Tunc commiſſarius regius, inſtituta iterum non tantum tuguriorum contumacialium viſitatione; ſed etiam ciſtarum, & aliorum quorumvis impedimentorum reviſione ad minima quæque ſeſe demittente, cum nil prorſus non exacte mundatum deprehendiſſet, eosdem legitime viſitatos, nulloque prorſus contagii indicio notatos penes ſolitas paſſuales literas recinctu contumaciæ dimittendos curavit.

Tanta hominum nunc dimiſſorum multitudo, quæ nec ad vetera ſua in oppido præcluſo domicilia adhucdum quidem reverti, nec propter agrorum, vinearumque ſuarum, in territorio irreghienſi exiſtentium, ulteriorem culturam in remotiores quasque poſſeſsiones facile diſtribui poterat, cuique novorum hinc inde in tenutis ſuis, aut plane in ſilvis pro nationis more tuguriorum, vigilantiam publicam efugientium, exſtructionem nullo modo admittendam eſſe intelligebamus, publica auctoritate in novam quaſi coloniam deinde quoque cogenda videbatur.

Itaque diſpoſuit commiſſarius regius, ut, opificibus, & mercatoribus exceptis, quorum plurimi ſe Rumam; pauciores autem in alias poſſeſsiones, dato prævie apud judicem nobilium nomine, receperant, ceteri omnes ex advectis nuper jam lignis in valle Volodor, in territorio irreghienſi ſita, tuguria ſibi erigerent, exque hoc novo domicilii loco ad rem familiarem curandam excurrerent. Tuguriis his intra hebdomadam paratis, conſidenteque colonia, initus omnium, qui huc domicilium transtuliſ-

tulissent, numerus est; præfectus civitati judex; additus sacerdos; inspectio autem medica hujus Irreghiensium tribus mandata medico Seele, cui obortus quacunque die æger actutum renunciaretur, & qui singulis diebus dominicis, quibus a labore reduces domi adessent, omnia tuguria cum judice obiret, singulorum sanitatem examinaret, executionem dispositionum medico-politicarum, si quarum necessitas adesset, adcuraret. Ita cum publicæ saluti prospectum esset; ne hic quidem privatæ pauperum egestati paterna commissarii regii solicitudo, atque providentia defuit: vix enim delati ad novam stationem, idoneam tritici penum, suis usibus distributam, acceperunt.

Evacuatam primis incolis contumaciam diligenti mundationi, expurgationi secum omnium, tignorum lotioni obnoxiam fecimus, qua peracta a 10ma usque 12^{am} Maji successit in illam nova ex oppido colonia 616 personarum, ea nunc etiam cum cautela eductarum, ut, facta prævie in oppido visitatione, nemo ulcerosus exmitteretur, circa quos, in peculiarem locum secretos, ea deinde ad summam publicam securitatem consilia commissio regia inivit, quorum expositione post, neque ita multo, perfungemur.

Contumaciales apparatus, quorum hucusque & structuram, & usum memoravimus, hominum imprimis, reique vestiariæ, ac alius cujusque domesticæ supellectilis depurationi inserviebant. Multæ in magno oppido merces, tanto tempore ab infectissimis contrectatæ, peculiarem attentionem merebantur. Commissio regia, quæ in negotiorum coordinatione magis, ut illa optime; quam ut solum ad habendam a normativi tenore legitimationem gererentur, solebat adcurare, & exaggeratas ultra necessitatem cautelas moleste ferens, ex adverso ubique necessarium rigorem exigebat, sola normali mercium cujuscunque generis ventilatione, in primis autem præscripto lanæ, & pellium contumaciali periculo acquiescere non potuit: atque adeo ventilationis

tionis depuratione ad eas ſolum merces reſtricta, quas lotio corrumperet, laneam in primis, ac pelliceam rem omnem aquæ lavacro mundandam decrevit, atque ſua cuique depurationis negotio ſingularia loca deſignavit.

Mercium ventilandarum contumaciæ penes contumaciam irreghienſem ſpatium magnum, vallato ſex pedes lato, & profundo munitum, inſervivit, quod in plures areas (numero arearum ad notam mercatorum copiam admenſo) intermedio itidem aggere dividebatur. *) In quaque area locabantur tuguria quatuor, ad quæ merces, ſub vigilum comitatu ex oppido elatæ, deponebantur. In arearum medio pegmina ſtruebantur aſſerum, ad quæ interdiu explicabantur merces, benignam aeris vim laturæ, atque a radiis ſolaribus per expanſa ſuper pepla defendebantur. Eductis ex oppido omnibus hujus generis mercibus, hominibus, qui eas continuo verſarent, viſitatis, illarum contumacia initium 3tia Maji ſumſerat.

Mercibus lotione depurandis locus penes contumaciam shatrinczenſem delectus fuit, cui editiore loco ſitæ adjectam vallem rivulus amplior perluit. In hac ſpatium amplius ex tribus lateribus foſſato ſatis lato, & profundo ita circumdatum eſt, ut quartum latus immediate præterfluenti rivulo apponeretur; mundatus rivuli alveus, ut copioſiorem aquam caperet; erectæ ad accumulandam aquam cataractæ; efoſſa juxta alvei ductum receptacula, in quæ copioſior aqua congregari poſſet. In hunc locum delata omnis ex oppido ſupellex lanea, & pellicea ſub inſpectione præſtantiſsimi medici Seele depuratoriam lotionem obivit: quo in opere quibus cum ſive cautelis, ſive ſucceſſu eſſemus verſati, juvat ipſius ejus medici verbis referre, qui rogatu meo encheiriſium ab ſe adhibitarum expoſitionem complexus eſt, huic operi tomo IIdo ſub EE inſertam.

Pecu-

---

*) Vide tab. VIIIam

Peculiarem ulceroſorum Irreghienſium rationem eſſe habitam memoravimus: nunc oportet rem uberius expedire. Cum nulla uſpiam publica, aut normali ſanctione decretum eſſet, quid circa ulcerum ex peſte reliquorum contagioſam facultatem tenere oporteat; ſolicitudo metuendi ab iſtis longiore etiam tempore contagii eo magis affligebat commiſſarium regium, quod, cum ceteris omnibus exſtirpandæ peſtis obſtaculis, quantumvis arduis, conatus noſtri ſuperiores exſtitiſſent, pauci iſti ulceroſi ſuperſtites optatiſsimam exſtincti penitus mali gloriam ſive morari, ſive prorſus intercidere videbantur. Ante omnia intererat, propius noſſe eorum hominum conditionem, qui qualiacunque ulcera ex peſte reliqua habebant: in hac notitia fundari conſilium omne oportuit, quod deinceps in hoc negotio ineundum eſſet: omnia adjuncta huc pertinentia illa inveſtigatione pateſcere voluit commiſſarius regius, qua poſſet quam maxime acquieſcere. Itaque medicus dirigens profectus Irreghinum, cum ulceroſos omnes in conſpectum ſuum adducendos curaviſſet, ſolicita inveſtigatione diſcrevit eos, qui peſtem habuiſſent, ab iis, qui, morbo contagioſo non obnoxii, alia quacunque cauſa foedatum ulcere corpus exhiberent, ſive jam priorum illorum ulcera, nunc conſpicua, ab exanthemate peſtis originem ducerent; ſive dudum ante hunc morbum adfuiſſent: dein adcurate inquiſivit in adjuncta omnia, quæ ſive ad quæſtionem de præſente adhuc contagii communicandi facultate dicendam, ſive ad faciendam percurandorum ulcerum prognoſin pertinerent, ut, ſi juſta methodo diligenter adhibita matura perſanandæ cutis ſpes affulgeret, illis ancipitis quæſtionis moleſtiis liberaremur: quo facto, cum inſuper de ulteriori tractandorum illorum ulcerum ratione conſtituiſſet, reverſus ad commiſſarium regium, ſcriptam illi inveſtigationis ſuæ renunciationem reddidit, ea in primis complectentem, quæ ad decidendam, cujus cura propius commiſſarium regium tangeret, quæſtionem plurimum pertinere exiſtimabat: qua cum indicaſſet, quibusdam ulceroſis citiſsime

 ſanan-

ſanandis, alios ſeriorem, alios vix probabilem aliquam coalituri vulneris ſpem polliceri; una quidem expoſuit rationum momenta, quibus univerſos ab ulteriori ſanorum contaminandorum facultate vacuos ſtatuere ſe debere exiſtimavit; una tamen oravit commiſſarium regium, ut ſummi momenti quæſtionem, ipſarum medicarum facultatum patriarum auctoritate definiendam, excelſis dicaſteriis ſubſterneret, interea autem eas diſpoſitiones circa iſtos homines iniret, quæ talibus, quos adhuc ſuſpectos habere oporteat, convenirent. Aliena ab humano ſenſu arrogantia fuiſſet, ſuo nomine velle definire ſententiam, quæ hinc ſummo novæ peſtis periculo; inde triſti hominum in perpetuos contumaciales carceres concludendorum neceſsitate penſaretur.

Itaque interea, quam audiri facultates medicæ, quam earum conſilia, longiori fortaſsis deliberatione ineunda, ad Sirmium poſſent perferri, commiſſarius regius, facile intelligens tutiorem ſe hic partem debere amplecti, cum educendi eſſent ulceroſi ex oppido, cujus plenariam depurationem eorum adhucdum ſuſpectorum præſentia moraretur, prope irreghienſem contumaciam ejusmodi illis noſocomium adparandum curavit, quo incluſi nullam omnino evadendi rationem haberent, quodve in eum etiam caſum, ſi contagioſos adhuc eſſe illos facultates medicæ declaraturæ eſſent, ita illos coerceret, ut, quamdiucunque deinceps cum ſuis ulceribus colluctarentur, nihilominus, cum ceteri deſtinati labores abſoluti eſſent, tuto poſsit ad plenariam totius Sirmii reſerationem tranſiri. Id noſocomium, cujus imaginem tabula X^{ma} exhibet, ſequenti ratione adparatum fuit. Foſſatum rectangulum a a a a octo pedes latum, & profundum, atque alta veprium ſtrue munitum, aream determinatæ magnitudinis comprehendit, ad quam hians ad b vallatum aditum aperuit: intra illud ductum fuit ſepimentum c c c c, ſesquiorgyam altum, arbuſcularum textu factum, & tignis ab exteriori parte ſuffultum, quod itidem ſuperne vepres armabant: porta d firma ſera munita aditum præcludebat: ne

vero

vero quis, forte in aream cçcc elapſus, ad ee per b exire libere poſſet; ſepimenti limbus cum limbo vallati per ſepimenta e, e, commiſſus fuit: intra ſepimentum cccc fuit domus chirurgi expoſiti f, qui una aream gggg ampliorem pro ambulacro neceſſario habuit: intra hanc aream novum vallatum hhhh ſex pedes latum, & profundum ductum fuit, cujus aream portula i aperiebat; ſepimentum kkkk bifariam dividebat. Hujus areæ poſterior pars L, ad quam via mm inter duo ſepimenta media, & portula n ducebat, habuit quinque tuguria pro excipiendis 15 ægrorum ſtratis, qui in O habebant commune reclinaculum, virgultis contextis factum, ubi & coenarent ſimul, & a chirurgo commode deligarentur: anterior areæ pars diviſa fuit in areolas quatuor pppp, itidem viminum textu diſtinctas, ſingula tuguria continentes, & propria portula qqqq anterius adeundas, ad quas ægri, coalitis ulceribus contumaciam acturi, transponerentur.

Ad hoc jam noſocomium ex oppido translati ulceroſi illi, & juxta conſtitutam nuper a dirigente medico methodum tractati vario deinceps tempore convaluerunt omnes, præter Joannem Csismich, qui phthiſi ſcrophuloſa conſumtus periit; puerum Vaſa Kurtovich, cui occalleſcens, & obducta cicatrice fiſtula identidem ſolita eſt recrudeſcere; Evamque Lovrendievam, cujus ſinuoſum ex bubone ulcus ſerius demum intra oppidum coaluit, poſtquam judicia facultatum medicarum inſontes jam, & a vi contaminandi immunes eſſe iſtos homines declaraverunt, atque in horum ſequelam eosdem, contumacia, & veſtimentorum omnium lotione defunctos, commiſſarius regius ad ſuos dimiſit.

Relationem dirigentis medici, ſuper propoſita quæſtione commiſſario regio præſtitam, una cum facultatum viennenſis, & peſthanæ opinionibus eodem in negotio depromtis tomo II^{do} ſub FF accludimus.

Poſt tot deductas ex oppido Irregh varii generis colonias ſupererant intra ejusdem recintum nonniſi 406 perſonæ,

 omnes

omnes aut laboratores, depurationis opus facientes, cum ſuis familiis; aut perſonae medicae, & magiſtratuales, directionem, atque inſpectionem negotii procurantes: interim ne hi quidem habitabant jam in domibus oppidi, ſed magiſtratuales quidem in caſarna; laboratores in proximis 60, quae antea contumaciae inſervierant, tuguriis, quod ad habendam majorem ſuper his nocturno tempore vigilantiam, impediendaque per oppidum furta neceſſarium videbatur. Ita nil jam reliquam erat ad accelerandum negotiorum finem; quam ut maturaretur depurandi labor, cujus adurſionem medico Budai, & juraſſori Hajnovich impenſe iterum commendavit commiſſarius regius, cujusque peracti ſummam alio loco ſumus relaturi.

Ultimis Maji diebus poſſeſsiones Gergurevcze, Beſſenovo-Pernjávor, Jazak, Gergeteg, ultimae quoque depurationis, & reſtrictionis periculo feliciter defunctae, & domatim a commiſſario regio, atque dirigente medico viſitatae, plenam per proceſſum rumenſem commercii civilis uſuram acceperunt, ſimili beneficio primis proximi menſis diebus etiam ad poſſeſsiones Rivicza, & Neradin translato, poſtquam omnigenae depurationis conſummationem, & incolarum incolumitatem commiſſarius regius proprio etiam obtutu eſt edoctus.

Tranſimus ad poſſeſsiones Danubio appoſitas, quae cum praeſcriptum mundationis ordinem prorſus ad deſiderium commiſſionis regiae executae eſſent, atque viſitationum quotidianarum teſtimonio plenam a contagioſo morbo immunitatem haberent; inſuper autem judices nobilium Szalai, & Polyák deſignatam nuper montanam lineam mature adparaſſent; commiſſarius regius ante medium menſem Majum ſuſtulit partem praecluſionis mangyeloſienſis, a ſummis montibus ad Danubium productam, atque poſſeſsiones Cserevics, Beocſin, Rakovacz, Ledincze ad communionem cum citeriore Sirmii parte admiſit.

Ea

Ea jam & rerum kameniczenſium conditio fuit, ut de minuenda peſtis diſciplina merito cogitaretur. In quartum menſem nemo ex oppido; in tertium nemo ex contumacia accesſit æger peſtem habens: depuratio domorum infectarum duobus jam amplius menſibus abſoluta fuit: ſimilem depurationem ceteræ omnes oppidi domus itidem terminaverunt: ægri omnes dudum convaluerant, tantumque Maria Klaich ſinuoſum ex bubone ulcus medentes occupabat, & caſſationem noſocomii morabatur. Itaque illa Irreghinum translata, ceteris convaleſcentibus contumaciam agentibus, combuſto omni noſocomiali apparatu, & tugurio depuratorio rei veſtiariæ, clauſo peſtilentiali coemeterio, vigilias quoque finiente Majo deduxit commiſſarius regius a vallato oppidum ambiente, atque incolis, deinceps parte lineæ montanæ, & linea ledinczenſi coercendis, liberam, atque promiſcuam territorii ſui adeundi, & colendi facultatem, ſiberumque ſacrorum exercitium impertivit.

Octava Maji dies plenariæ oppidi Vukovar emancipationi deſtinata fuerat. Perſtantes ad eum usque diem quotidianæ viſitationes porro quoque docebant omnigenam incolarum a peſte immunitatem, & varia morborum genera, per inſpicientem medicum ceteroquin obſervata, atque deſcripta, ne ſuſpicioni quidem alicujus contagii locum fecerant. Commiſſarius regius, ad eum diem per alia negotia Vukovarino prohibitus, 11ma Maji profectus eodem eſt, ac proxima die ſingulas de domo in domum familias obiens, comperta & ſanitate omnium, & peractæ depurationis accuratione, denique plenam commercii civilis cum cetero Sirmio communionem anhelanti populo annuciavit, ſolutisque omnibus, quæ erant hucdum, repagulis priſtinum undique commeatum aperuit.

Tantis undique ad finiendum peſtis negotium factis progresſibus omnino jam cogitandum erat de eo, quod, ut dudum factum eſſet, merito videmur optare potuiſſe, ut nem-

pe

pe ad ſolvendas, quæ tanto & ærarii ſumtu, & contribuentium moleſtia ſtarent, præcluſionis lineas, quibus bacſienſem, & veröczenſem comitatus a Sirmio hucusque diviſos tenebamus, perveniretur: oppidum Vukovar, jam plene ſibi redditum, omni nomine ſaniſsimarum poſſeſsionum conditionem depoſcebat: ceteræ proceſſuum vukovarienſis, & ilokenſis poſſeſsiones, pene inde ab initio graſſantis in comitatu peſtis, in nonum adeo menſem, perpetuæ viſitationi obnoxiæ, nullum uſpiam contagii veſtigium exhibuerunt: eædem a proceſſu rumenſi, & oppido Kamenicz, adhucdum quidem ſuſpecto, dividebantur cordonibus ita communitis, ut de peſte, ſi qua ſe forte deinceps ibidem eferret, intra horum limites coercenda plurimum ſecuris eſſe nobis licuerit. Ita nil omnino videbatur prohibere, quo minus duæ lineæ præcluſoriæ vicinorum comitatuum, bacſienſis inde a territorio neoplantenſi, quod verſus oppidum Kamenicz, etiam non multo poſt emancipandum, ſpeciatim adhuc cuſtodiendum ſupereſſet, totaque veröczenſis adverſus comitatum ſirmienſem ducta, ſuo ordine ſolverentur.

Si ad plenam ſufferendarum harum præcluſionum ſecuritatem procurandam generalis depuratio, tot jam vicibus a me memorata, pertinere commiſſario regio videbatur; nunc certe, ſi unquam, peraccomoda occaſio fuit, qua populus, ſordibus, pedore, ac ſpurcitiis innutritus, ad munditiei ſtudium, cujus ſalutarem in ſanitatem univerſam vim, vel iſto peſtis tempore, commiſsio regia ſatis experta eſſet, perduceretur: ſive metu peſtis, ſive deſiderio reſtituendi liberi commeatus, ſive denique inita jam aſvetudine exequendarum diſpoſitionum medico-politicarum nunc facillime omnium videbatur is ſcopus poſſe obtineri, & mora, ex hoc depurationis labore, deinceps ſuſcipiendo, reſerationi præcluſionum impendens, poterat emolumentis, procurata munditie obtentis, abunde etiam compenſanda exiſtimari. Itaque commiſſarius regius, ſuccinta neceſſariæ hujus mundationis adumbratione

tione inter omnes magiſtratuales, & medicos diſtributa, præcepit, ut judex nobilium cujusque proceſſus, & concernens medicus, ſingulas poſſeſsiones accedentes, capita depurationis publicarent, ſcriptaque notario pagenſi relinquerent; deinde autem quavis hebdomade progreſſum negotii inſpicerent. Ut autem complura, quæ in hocce comitatu ſunt, monaſteria græci ritus depurationem hanc ad amuſsim perficerent, eaque in re populo ſuo, in rebus conſvetudinis libenter ad ſacerdotes ſuos reſpicienti, bono exemplo præirent, abbas gergetegenſis Stephanus Avakumovich pro præclaro zelo ſuo, & rudis plebis excolendæ ſtudio ad multam ſui apud commiſſarium regium commendationem procuravit.

Huic depurationis labori per totum Sirmium perficiendo commiſſarius regius terminum ſex hebdomadum, ab 8va Maji, aſſerti in libertatem oppidi Vukovar die, computandum, ita præfixit, ut, ſi hoc etiam tempore evoluto nulla ſe contagioſi morbi indicia exererent, accedente, quem una deprecabatur, auguſtiſsimi principis annutu, ad ſolvendas bacſienſes, & veröczenſes lineas gradum eſſet facturus.

JUNIUS.

Pervenimus ad menſem Junium, quo pene ſolæ jam irreghienſes res commiſsionem regiam occupabant. 4ta Junii 363 oppidani, ad contumaciam shatrinczenſem menſe Aprili illocati, poſt exactiſsimam rerum omnium depurationem, exantlatamque normalem periodum præcluſione exemti, atque ad rem ſuam familiarem curandam dimiſsi ſunt, &, ne nova tuguriorum exſtructio ulterius ab agro colendo avocaret, in ipſo contumaciæ, nullis amplius publicis uſibus ſerviturae, loco usque tempus ſui ad oppidum reditus libere habitaturi, eandem cum Irreghienſibus, in vallem Volodor coactis, commeatus facultatem acceperunt, iisdemque conſtitutionibus medico politicis, & ſervandi

civilis ordinis regulis obnoxii facti ſunt. 14ta Junii contumacia ventilatarum mercium poſt incolumitatem hominum, qui eas verſabant, viſitatione compertam ſortita finem fuit. 27ma contumacia lanae, & pellium ſub præſcriptis ſanitatis cautelis ſoluta eſt. denique 24ta Junii 616 Irreghienſes, a 12ma Maji in magna contumacia normali periculo obnoxii, iſto ex normativi tenore peracto, miſsionem acceperunt, & tantisper ad vallem Volodor pro habendo domicilio tranſierunt, donec, abſoluta ipſius oppidi depuratione, ad mundatos legitime lares ſuos poſſent reverti.

Sub idem tempus labor depurandi oppidi, quartum in menſem omni ſtudio adcuratus, ad finem pervenerat. Dirutæ, ſolo æquatæ erant domus 402, quarum vel incolæ penitus emortui eſſent; vel peſsima conditio depurandi opus non ferret: feces 20 amplius millibus curruum ex oppido evectæ, atque combuſtæ: combuſta igne ſupellex omnis familiarum emortuarum, ſucceſsive in peculiare depoſitorium congeſta: 571 domus ſuperſtites cum omnibus caſis, tuguriis, atque cellis vinariis, ad eas pertinentibus, mundatæ undique: totum oppidum, in quartum menſem novæ contaminationis expers, apertis omnibus portis, & feneſtris perpetuo aeris meatui, omnisque tempeſtatis influxui patebat. Nunc commiſſarius regius præcepit, ut, facta nova domorum connumeratione, præter numeri arabici ſeriem, parieti cujusque domus, in plateam ſpectanti, inſcriptam, inſuper emortuis domibus rubra; iis, quarum aliqui tantum incolæ ex peſte obiiſſent, nigra crux ad perpetuam rei memoriam, & facilius priſtinæ cladis ſpectaculum inſcriberetur; nudæ manerent domus, quarum incolæ in tanto periculo immunes a malo perſtitiſſent. Ita conſervata præteritæ cladis in ipſo loco memoria, hic porro ſcriptam ſuperſtitum ædium connumerationem addimus, quæ illam ſanarum, infirmarum, emortuarum diverſitatem exhibeat, quave pateat, 111 fuiſſe domos, ad quas ſolas in contaminatiſsimo oppido inter 973 ædes contagioſi morbi vis non penetra-

vit;

vit; ex infectis antea domibus ſuperſtitibus 46 ad emortuarum; 414 ad infirmarum cenſum pertinuiſſe. *)

Defuncti omnibus laboribus depuratores, cum tenore ſyſtematis rerum gerendarum, dudum initi, denique ipſi etiam obire contumaciale periculum deberent, combuſtis prævie, quæ ultimo tempore habitaverunt, tuguriis, pone caſarnam exſtructis, 29na & 30ma Iunii prodiverunt in vacuatam proximis ante diebus contumaciam cum rebus ſuis, vacuumque omni homine oppidum reliquerunt.

Deſtinatum erat, ut in depuratum oppidum mundati omni cum rigore contumaciali incolæ remitterentur: hos omni peſtis periculo defunctos, omni contagioſo fomite exutos eſſe certo conſtabat: intererat, ſummam etiam de peracto omni intra oppidum depurationis labore certitudinem inire. Ad fidem hac ſuper re ſibi, ipſique toti patriæ faciendam commiſſarius regius medicum dirigentem delegerat, qui, accepto ſecum medico Mulſer, ſpatio quinque dierum omnes oppidi domos, tecta, cellaria, ſtabula, caſas, reclinatoria, horrea, caduaria, & totam intra præcluſionis vallatum aream ſua ſerie ſumma adcurationis ſeveritate perveſtigavit, inventos hinc inde, paucisſimos quidem illos, minoris momenti nævos medio allati ſecum ex contumacia famulitii actutum ſuſtulit, atque ita plenam denique commiſſario regio factæ omnigenæ depurationis aſſecurationem procuravit, ſcriptamque exhibuit.

J U L I U S.

Interea, quam iſta Irreghini medicus dirigens ageret, commiſſarius regius in referandis extimis præcluſionum, provincias antea ſuſpectas ambientium, lineis occupabatur. Finierant pro-

 ceſ-

*) Vide illam tomo II^{do} ſub GG.

ceſſus vukovarienſis, & ilokenſis imperatam nuper omnium poſ-ſeſsionum depurationem; perſtitit tot jam criteriis probata poſ-ſeſsionum omnium a peſte immunitas; inita ſunt cum ſuprema armorum præfectura slavonica conſilia, quæ ad communiter per provincias, etiam illi obnoxias, faciendam præcluſionum diſſolutionem, habendamque de contagioſo morbo, etiam in ſtatus militaris diſtrictibus plene extincto, certitudinem pertinebant; denique expetitus auguſtiſsimi principis annutus, hac quoque in re commiſſarii regii arbitrio plene deferens, advenerat. Itaque commiſſarius regius prima Julii, actis D. O. M. Ilokini gratiis, ovanti populo annunciavit reſerationem præcluſionis bacſienſis, contumaciam palankenſem una cum raſtello ſolvit, homines in contumacia hactenus degentes liberos dimiſit. Eadem die Mitroviczium profectus, communi nomine cum colonello regiminis petrovaradinenſis, Maxentio Milutinovich, mutuum inter confiniarios milites, ac proceſſus ilokenſem, & vukovarienſem commeatum aperuit. Poſtridie, ac tertio die miſſæ ſunt excubiæ, Brodenſes a Sirmio; Gradiſcanos a poſegano comitatu prohibentes. Denique 4ta Julii ſublatam declaravit commiſſarius regius lineam præcluſoriam, a comitatu veröczenſi contra Sirmium ductam, kliſſenſemque contumaciam, eidem lineæ appoſitam, vacuavit. Tot undique apertis commeatibus ſolæ jam illæ reliquæ manebant lineæ præcluſoriæ, quæ proceſſum rumenſem inde a regimine petrovaradinenſi; hinc vero a cetero comitatu ſirmienſi ſejungebant, quibusve oppidum Kamenicz ſeorſim includebatur: qua etiam cauſa partem illam cordonis bacſienſis, quæ, per territorium neoplantenſe decurrens, eidem oppido oppoſita fuerat, una cum raſtello, & contumacia neoplantenſi tantisper in ſuo ſtatu relinqui oportuit.

Hinc Rumam profectus commiſſarius regius, cum præſtitam a dirigente medico viſitati ſummo cum rigore oppidi Irregh ſignificationem accepiſſet, atque adeo omnia jam, quæ ad depura-

ra-

rationis negotium quoquomodo pertinerent, exhausta esse omni jure censeret, 6ta & 7ma Julii evocatos e contumacia shatrinczensi, e valle Volodor, e vicinis possessionibus incolas immisit ad oppidum, submotisque e vallato excubiis, liberum illis ad suum territorium commeatum aperuit.

Si ista adeundi territorii, curandæ rei familiaris libertas eo magis danda jam Irreghiensibus fuerat, quo majori cum damno, atque acerbitate longo nimis tempore eadem caruerunt; videbatur ad securitatem publicam interesse, ut versantes in oppido, nunc demum depurato, aliquanto adhuc tempore a vicinarum possessionum aditu prohiberentur: non ex conscientia tantum laborum depurationis optime peractorum; ipso etiam efectu, qui in persistente eorum, qui nuper mundatum oppidum habitarent, & minimas quasque latebras identidem adirent, atque exquirerent, incolumitate poneretur, optabat sibi constare commissarius regius, omnino nil uspiam contagiosi fomitis latere. Itaque pluribus ante hebdomadibus designatam isto consilio præclusionis lineam, agros, vineasque solas irreghienses ambientem, nunc ipse equo prætervectus cum idoneo tuguriorum numero instructam comperisset; actutum illocari curavit vigilias, & oppidanos in proximas sex hebdomadas, ultimo illi periculo destinatas, intra suum territorium restrinxit, addita ad cordonem provisione rastellari, quæ necessariarum rerum subministrationi locum faceret.

In tali modo restaurato oppido ut negotia quæque medica, medico-politica, & civilia legitimo ordine inchoarent, atque proveherentur, medico Budai, & jurassore Hajnovich contumaciæ nunc obnoxiis, medicum Seele, & jurassorem Vesselényi, viros præstantissimos, sibique plurimum probatos, negotiis irreghiensibus commissarius regius præfecit, qui & adcurarent visitationes quotidianas, possentque harum indicio certas quotidie

 com-

commifsioni regiæ fuper ftatu fanitatis oppidi relationes præfta-re, & data in quoscunque cafus imperia coram exequerentur.

Tempus rerum in oppido Kamenicz terminandarum advenerat, poftquam dimifsi etiam ad territorium fuum incolæ, & promifcuam rei familiaris curam exercentes, fex hebdomadum fpatio in nupera fuæ a contagio immunitatis ufura perftiterunt. 14ta Julii commiffarius regius, eodem profectus, communi nomine cum fupremo armorum præfecto slavonico, a cujus fententia referatio lineæ per ftatum militarem contra Kameniczium ducta dependebat, oppidum ab omni contagii nota liberum declaravit, mifsisque ex omni ambitu vigiliis omnem quaque commeatum aperuit: dein autem trajecto Danubio fuftulit cincturam raftellarem neoplantenfem una cum eate contumacia, interque fummos prodeuntis populi applaufus profectus in urbem D. O. M. utroque ritu litavit.

AUGUSTUS.

Proximi intercifam longifsimo tempore commercii civilis ufuram reddi fibi Rumenfes expectaverunt. 2da Augufti commiffarius regius profectus Mitroviczium, cum confentientem fuis confiliis non modo colonellum regiminis petrovaradinenfis; fed etiam fupremum armorum præfectum slavonicum haberet, provinciæ, in fextum menfem nullum jam ufpiam ex pefte ægrum habenti, repetitisque etiam per fanas pofſefsiones depurandi laboribus defunctæ, non dubitavit impertiri defideratam dudum commeandi libertatem, cunctasque excubias, mangyelofenfi, & montanæ lineæ adftantes, fubmovit, fimili difpofitione a ftatu etiam militari quoad lineam confiniariam eodem die inita.

Undecima Augufti finiit periodus contumacialis 406 illorum nuperorum oppidi Irregh depuratorum, quos finiente Junio cum medico Budai, & juraffore Hajnovich ad contumaciam commi-

migraſſe ſuo loco retulimus, qui, ſolutis repagulis dimiſsi, ſumma alacritate amatos lares petiverunt.

Viceſima Auguſti, ipſo regis Stephani feſto die, eo tandem pervenimus, ut cuncta peſtis negotia terminata haberemus. Tempus ultimi periculi, cui rem irreghienſem commiſſarius regius obnoxiam eſſe voluit, ita evolutum fuit, ut ne ſumma quidem medici Seele adcuratione ullum uſpiam peſtis indicium pateret. Excuſſum eſſe omnem undique fomitem contagii ſummo jure, juxtaque omnia certitudinis rerum humanarum criteria debebamus cenſere. Res familiaris, altrix, ſuſtentatrixque vitæ, cujus ob cauſam omnia hucusque moliti ſumus, reddi jam Irreghienſibus interceptam tanto tempore civitatis uſuram flagitabat. Itaque commiſſarius regius, factis ſolenni græco ritu ſacris, habitaque per abbatem Avakumovch ad populum oratione appoſita, progreſſus in forum, circumfuſæ multitudini plenam peſtis in univerſo Sirmio ceſſationem annunciavit; Irreghinum in parem ceteris omnibus poſſeſsionibus conditionem aſſeruit. *)

Qua de re cum ad auguſtiſsimum principem retuliſſet, quo & a calamitate præterita quadamtenus erigeret Irreghienſes, & a futuris cladibus tutaretur; primum quidem oravit majeſtatem ſuam ſacratiſsimam, ut Irreghienſes per triennium a præſtando regio, & provinciali cenſu exemtos clementer vellet decernere; dein autem, ut de regulando ad morem plerarumque Sirmii poſſeſsionum oppido, quod ipſa domorum coacervatione, peſsimaque ſtructura ſummopere faviſſe peſti diximus, congruas facere diſpoſitiones dignetur. Apud regem optimum ſumma vis ſaluberrimi conſilii fuit, ſtatimque data appoſita imperia ſunt.

Ita

---

*) Vota jovi ſolvo, populisque recentibus urbem
Partior, & vacuos priſcis cultoribus agros.

Aeacus apud Ovidium Metamorph. L. VII.

Ita denique finivimus negotium, cujus adjuncta, toti Hungariæ periculum minitantia, pulcherrimam, & incolis frequentem Sirmii provinciam tredecim amplius menſibus plurimum gravaverunt, quo durante dirum peſtis malum, tribus oppidis, decem pagis infeſtum, e 19610 hominibus 4559 corripuit, 1124 ſuperſtitibus 3435 leto dedit; *) quod, per ſe triſtiſsimum, eo in primis tempore publicam rem afflixit, quo & plurimis aliis, iisque graviſsimis curis princeps optimus diſtrahebatur, & faciendorum in multiplices diri belli apparatus ſumtuum neceſsitas novas alius generis diſpenſationes admodum graves, atque difficiles reddiderat. Enimvero regis optimi, patrisque patriæ beneficentia ſupra omnes haſce difficultates eminuit, atque prouti primis

*) Juvat hoc loco uno ſpecimine cujusque poſſeſsionis ſtatum populationis, & numerum mortuorum, ac reconvaleſcentium comprehendere.

Poſſeſsio infecta	Status impopulationis ante peſtem	Nrus mortuorum ex peſte	Nrus reconvaleſcentium
Irregh.	4813	2548	841
Neradin.	968	425	101
Gergeteg.	248	69	21
Rivicza.	664	60	12
Jazak.	1727	140	26
Per*n*j. Krushedoll.	279	49	15
Shatrincze	165	18	6
Vukovar.	5615	58	79
V. Radincze.	368	16	5
Gergurevcze.	1953	8	1
Beſſenovo.	939	3	nemo
Pernj. Beſſenovo.	358	10	4
Kamenicz.	1513	31	13
Summa.	19610	3435	1124

primis rerum peſtis initiis, nondum cognita impendendorum ſumtuum magnitudine, omne ærarii regii ſubſidium paternus regis animus decrevit; ita toto tempore quantiscunque deinceps erogationibus, auctoritate commiſſariorum regiorum aut factis, aut deſtinatis, nullus regio nomine modus poſitus eſt, auguſtiſsimo principe ſummam quorumcunque ſumtuum compenſationem in ſervatis civibus reponente. Itaque parati æris 238660 floreni rhenenſes, 38½ xr. ad res peſtis gerendas inſumti ſunt.

Tantis ærarii regii ſumtibus, tanto multorum millium hominum labore, tantis ſuis, ſuorumque fatigiis ſalvatum Sirmium, cui præſens tanta emolumenta, beatumque illum ſervatæ potioris incolarum partis ſenſum commiſſarius regius paraverat, ut etiam a diſceſſu ſuo tutum eſſet a novis cladibus, poſſetque jucundiſsima paternæ providentiæ memoria felix perfrui, non potuit non adcurare. Itaque, limitum contra novi ex Turcia contagii transplantationem defendendorum cura unice ad ſtatum militarem pertinente, cum plurima contra peſtis, intra provinciam perlatæ, rapacitatem vis in bene inſtitutis incolarum medicis viſitationibus repoſita eſſet, quæ, mature novum contagium indicantes, idoneis magiſtratuum diſpoſitionibus locum facerent, abiturus jam, provinciam ſirmienſem trium medicorum, & ſex chirurgorum ulterioribus usque futuræ hiemis initia viſitationibus obnoxiam fecit, peragendarum viſitationum, faciendarum pro occurrenti neceſsitate tempeſtivarum diſpoſitionum, præſtandarum magiſtratibus, & altioribus dicaſteriis relationum rationem omnem coordinavit, ſcriptamque & comitatui, & perſonis medicis tradidit eam ipſam, quam tomo II*do* ſub HH accludimus.

Ita denique præteritis negotiis omnibus feliciſsime terminatis, cum futurarum etiam rerum ſorti providentiam ſuam impertitus eſſet commiſſarius regius; ultima Auguſti profectus e Sirmio eſt. Euntem amor univerſi populi; ſenſus grati animi toto pectore expreſſus; ſtudia medicorum, & magiſtratualium, qui,

laborum focii, non minus diligebant amicum; quam commiffarium regium venerabantur; lacrimæ omnium profecutæ funt.

Viennam perlatum auguftifsimus princeps, confpicuis propenfæ voluntatis indiciis complexus, in magna procerum patriæ corona incliti ordinis S. Stephani commendatorem renunciavit. Omnes, qui fub viro fummo in domanda pefte elaboraverunt, merito cenfuerunt, iftam regiæ gratitudinis fignificationem etiam ad fe pertinere, quos commiffarius regius ultro, libenter, omni occafione, ad ipfum fummum principem, gravifsimis verbis peritos, ftrenuos, egregios laborum focios fuiffe fit profeffus.

EXPLICATIO

TABULARUM.

Tab. I.

Mappa Comitatus Sirmienſis: una ſpeciatim lineas præcluſionis, intra ejusdem ambitum ductas, exhibens.

Tab. II.

Ichnographia oppidi Irregh.

A. Gretska Mala (vicus).
B. Sredna Mala.
C. Oratska Mala.
D. Tabanska Mala.
E. Caſarna.
F. Coemeterium peſtilentiale.
G. Circumvallatio oppidi cum tuguriis, & ſtationibus excubialibus vigilum.
H. Porta cum raſtello in circumvallatione exſciſſa.
I, I. Rivuli oppidum perluentes.
K. Locus contumaciæ hominum, quam vide tab. VIII.
L. Locus contumaciæ mercium.
M. Locus noſocomii, quod vide tab. X.
N. Locus pro curribus contumaciſtarum reponendis.

Tab. III.

Raſtellum, & Contumacia Palankenſis.

Tab. IV.

Contumacia Neoplantenſis.

Utriusque explicationem vide a pagina 44ta ad 48^{vam}.

Tab. V.

Ichnographia oppidi Vukovár utriusque.

A. Vetus Vukovár.

B. Novum Vukovár.

C. Fluvius Vuka.

D. Danubius.

E. Linea præcluſoria utrinque ad Danubium excurrens, & uno latere Vukam amplectens.

F. Pons lapideus in Vuka utrumque oppidum connectens: in ejus medio

G. Raſtellum.

H. Pons communicationis ſuper Vuka pro excubiis circa lineam præcluſoriam.

I. Porta altera, lineam præcluſionis verſus Sotin aperiens, & in ea raſtellum.

K. Tuguria vigilum. E duplicibus alterum tenebant milites.

L. Linea præcluſoria bacſienſis.

M. Inſula in Danubio, ad quam pecora expulſa ſunt.

N. Vicus Brdo (Collis).

O. Alicza, vicus ad Danubium ſitus.

P. Contumacia, quam vide tab. VIta.

Q. Lazaretum, & coemeteria, quæ vide Tab. VIta.

1.	Domus	Familiæ	Borovácz.
2.	—	—	Gavrilovics.
3.	—	—	Subotin.
4, 4.	—	—	Kudranow.
5, 5.	—	—	Bebics.
6, 6.	—	—	Villercſics.
7.	—	—	Milinovics.
8.	—	—	Sikloſſanin.
9.	—	—	Vlah.
10.	—	—	Jugurcſics.
11.	—	—	Jázovácz.

12. Do-

12. Domus Familiæ Cſebedſia.
13. — — Bakalovics.
14. — — Vuics.
15. — — Relics.
16. — — Smolics.
17. — — Fuxanovics.
18. — — Latyaracz.
19. — — Radivoevics.
20. — — Marinkovics.
21. — — Sulyaſacz.
22. — — Diakovics.
23. — — Dugalics.
24. — — Antonovics.
25. — — Berkanovics.
26. — — Bartolovics.
27. — — Stipekovics.
28. — — Staniſics.

Tab. VI.

I. Contumacia Vukováriensis.

A. A. Strues lignea duplex, reclinacula, ſeu cameras contumaciales complectens: una longior pro familiis ſuſpectis; altera brevior pro reconvaleſcentibus.

a, a, a. Areæ camerarum ſingularium, ſingulæ proprio ſepimento ambitæ.

bb, bb. Sepimentum generale univerſas areas extus ita ambiens, ut medius

c, c. ambitus naſceretur.

d,d, d,d. Receſſus communes, ad quos contumaciſtæ e ſuis areis in ambitum c prodeuntes per

e, e, e. angiportus, &

f, f. portulas accedebant, curantibus interea vigilibus, ne ex alia camera contumaciſta eodem accederet.

g, g, g. Cadi, ad quos aqua per

h, h, h.

h, h, h.	canales ligneos ab extus affundi poterat.
B, B.	Domunculæ pro faciendis hominum ad contumaciam ſuſcipiendorum viſitationibus.
C.	Area clatris ambita, tuguria nundinalia continens, quæ depoſitoriis infectæ ſupellectilis inſerviebant.
D.	Hoſpitium chirurgi expoſiti.
E.	Culina contumaciæ.
F.	Tentorium, ſub quo ſacra fiebant.
G.	Stabulum pro equis ad contumaciæ ſervitium neceſſariis.
H.	Domus balnei pro lavandis in contumaciam datis hominibus.
I, I.	Domus vigilum, & famulorum contumaciæ.
K, K, K.	Caſulæ excubiales.
L, L, L.	Vallatum octo pedes latum, & profundum cum ſuggeſtu vepribus inſtructo, duplicem ad
M, N.	introitum habens.

II. Lazaretum Vukováriense e murorum horto aptatum.

A, A.	Septem tuguriorum ordines clatrorum tramitibus ambiti: medii excipiendis ægris; extimi familiis contaminatis inſervientes.
b, b.	Meatus intra clatra patentes pro habendo ad miniſterium acceſſu.
c, c, c.	Stationes excubiarum ſingulis ordinibus attendentium.
d, d, d.	Tuguria famulorum, & vigilum contumaciæ.
e, e.	Penus lignorum.
f, f, f.	Vallatum octo pedes latum, & profundum cum ſuggeſtu vepribus munito.
g.	Introitus ad lazaretum, porta munitus.
h, h.	Cadi pro aquæ proviſione.
B.	Coemeterium pro hominibus ex peſte mortuis.
C.	Coemeterium pro hominibus, in contumacia, aut in oppido non ex peſte mortuis.
i, i, i.	Viæ e lazareto ad coemeteria.
k.	Aditus ad coemeterium contumaciale ex oppido, & contumaciæ ſuſpectorum.

Tab. VII.

Tab. VII.

Ichnographia oppidi Kamenicz.

A, B. Plateæ menſe Octobri, & Novembri infectæ; in his domus infectæ

1. familiæ Gallos.
2. — Bognár.
3. — Toth.
4. — Matkovics.
5. — Muycs.
6. — Boxics.

b. Domus ſex pro lazaretho ſecretæ.

C, C. Plateæ menſe Januario infectæ; in his domus infectæ

1. familiæ Klaics.
2. — Popovich.
3. — Kaſaics.
4. — Rabics.
5. — Becſesács.
6. — Katyánsky.
7. — Simonovics.

D. Contumacia pro reconvaleſcentibus tempore primæ infectionis.
E. Lazaretum ſecundæ infectionis.
F. Domus chirurgi expoſiti, & culina lazareti.
G. Contumacia minor.
H. Contumacia major.
I. Depoſitorium pro depuranda ſupellectili.
K. Tuguria vigilum circa contumacias.
L. Linea præcluſoria circa oppidum ducta.
M. Duæ portæ præcluſionem aperientes.
N. Tuguria ſubterranea, & ſtationes vigilum circa lineam præcluſoriam.
O, O. Coemeteria peſtilentialia primæ, & ſecundæ infectionis.
P Q. platea vicum infectum ſeparans a vicinis.
R. Raſtellum in porta ſuperiori M aptatum.
S. Danubius.

Tab. VIII.

Contumacia Irreghienſis.

A. Vallatum magnum octo pedes latum, & profundum, ac vepribus munitum, totam aream contumacialem ambiens, una cum caſulis, & tuguriis excubialibus.

B, B, B. Tres plateæ, in quas area contumacialis diviſa eſt, ad quarum ſingulam utrinque areolæ contumaciales 17; univerſim 102 poſitæ ſunt.

C, C, C. Portæ ad plateas ſingulas patentes.

D, D, D. Cadi magni pro aqua.

In quavis areola contumaciali, quam ſuggeſtum & vepres a vicina dividunt,

a. Tugurium ſubterraneum in medio areolæ.

b. Clatra pro ſuſpendendis veſtibus.

c. Receſſus.

d. Cadus pro aqua.

e. Portula areolam ad plateam aperiens.

E. Domus directoris contumaciæ.

F. Tugurium pro fumandis veſtibus.

G. Tugurium pro viſitatione.

H. Domus chirurgorum.

I, I, I. Putei.

K, K, K. Tuguria famulorum contumaciæ.

L. Noſocomium pro ægris ſuſpectis.

Tab. IX.

Inſtrumenta pro efoſsione cadaverum.

A. Forceps ferrea, qua cadaver ambiri poſsit, fune adſtringenda.

B. Uncus ferreus harpagini ſimilis.


C, C. Stili lignei, inſtrumento ferreo immiſsi, ut illud manibus regi, & profundius promitti poſsit.

Tab. X.


Noſocomium ulceroſorum.

Ejus explicationem vide pag. 182.

Tab. I



Eszek
Danubius
COMITATUS BATSIENSIS
Lacus Palotsa
Novoszello
Palánka
Begets
Futak
Danubius
Petervardein.
Carlovitz
Vinkoftze
Sid
Batsintz
Kukujevtze
Maradik
Gollubintze
Kernjesevcze
Szibats
Mitrovitz
Ratsa
Scala unius Milliaris Hungarici.

Tab. II.




Peter Paul Westermayer Delineavit.

Sam. Czeller sculps.



Tab III
Danubius
A.
B.
C.

Tab. IV.



Peter Paul Westermayer delineavit.

Sam. Greller sculps.


Tab. V



Samuel Coetter sculpsit Viennae.

Peter Paul Westermayer del.

Tab. VI.






Peter Paul Westermayer. del.

Prixner sc. Pesth


Tab. VIII.



Peter Paul Westermayer delin.

Samuel Cutter sculps.


Tab: IX.



Joh: Janochna delineavit.

Sam: Czetter sculps.

Tab. X



Peter Paul Westermayer delineavit.

Sam. Czetter sculps.

HISTORIA
PESTIS SIRMIENSIS

ANNORVM

CIƆIƆCCXCV ET CIƆIƆCCXCVI.

IVSSV REGIO

SCRIPSIT

FRANCISCVS SCHRAVD

M. D.

S. C. R. A. M. A CONSILIIS REGNI HVNGARIAE PROTOMEDICVS MEDICVS DIRIGENS NEGOTIA PESTIS PER DITIONES AVSTRIACAS COMITATVS SIRMIENSIS TABVLAE IVDICIARIAE ASSESSOR SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARVM GOTTINGENSIS MINERALOGICAE IENENSIS SODALIS.

TOMVS II.

BVDAE

SVMTIBVS TYPOGRAPHIAE REGIAE VNIVERSITATIS PESTHIENSIS

ANNO 1802.

A.

NOMINA

Irreghienſium a 14ta Julii 1795 ad 4tam Auguſti anni ejusdem mortuorum.

Die 14. Julii Angyelia Nedelkovics.
— 22. — Jovan Nedelkovics.
— 23. — Disha Nedelkovics.
— 25. — Anna Nedelkovics.
— 26. — Voin Lozakovics.
Makrena Lozakovics.
Anna Joancsevics.
Roſa Joancsevics.
Simeon Nedelkovics.
Juliana Stephanovics.
— 27. — Juliana Lazarovics.
Efimia Lazarovics.
Maria Nedelkovics.
— 28. — Sophia Nedelkovics.
Maria Avramovich.
Stana Servianacz.
Sophia Lozakovich.

Die 28. Julii Vemia Szretics.
Jovanka Lozakovics.
— 29. — Grozda Bugarcsics.
Anna Csurics.
Sophia Gurin.
— 30. — Vemia Csurics.
— 31. — Stephan Dishin.
Jeka Dishina.
— 2. Aug. Martha Rkalova.
Koſta Dishin.
— 3. — Jeka Xivoinova.
Thanaſia Gushitya.
Makrena Servincza.
Rivana Macsvanka.
Alexia Boſilkitya.
Mara Kapitya.
Marko Dishin.
— 4. — Jeorem Jovancsev.
Avram Rajcsetics.

B.

N O M I N A

Neradiensium a 22da Julii 1795 ad 2^{dam} Augusti anni ejusdem mortuorum.

Die 22.	Julii	Thoda Nikolics.
— 24.	—	Sara Xivkovics.
		Jeka Theodorova.
— 26.	—	Gyura Konics.
		Thoda Kolonics.
		Kazman Novakov.
		Jeka Ugrenova.
		Thoda Ugrenova.
		Anna Nikolics.
		Elisabetha Szubotics.
— 27.	—	Pelagia Kolonics.
		Thoda Budinszki.
— 28.	—	Nasta Ugrenovics.
— 29.	—	Jeka Ugrenovics.
— 30.	—	Filiamana Adamovics.
— 31.	—	Moysilo Kuzmanov.
— 1.	Aug.	Theodor Kuzmanov.
— 2.	—	Mitar Xivkovics.
		Jovan Kolonics.

C.

PLANUM

ducendæ circa loca in comitatu ſirmienſi morbo contagioſo infecta lineæ contumacialis, a medico dirigente propoſitum.

1mo Scopus ducendae hujus lineæ contumacialis duplex eſt: primus, ulteriorem contagii ex locis certo infectis propagationem impedire; ſecundus, loca iſto extimo cordone comprehenſa comitatus ſirmienſis inveſtigationi ſubjicere, ex qua pateat, an exterior hic cordo poſt aliquod tempus caſſari poſsit.

2do Hæc linea contumacialis complectetur tantum territoria locorum actu infectorum, & eorum, quæ ſunt his viciniſsima, quibus adeo repetitam etiam cum locis infectis communionem interceſsiſſe ſumme probabile ſit.

3tio Hæc linea ita ducenda eſt, ut ſit quam breviſsima, pergat per planitiem, apponatur fluviis, foſsis, aquis ſtagnantibus, vitet ſilvas, loca non longinquo proſpectui patentia.

4to Deſignatio hujus lineæ fiet ſtatim a domino vice-comite, utpote regionis maxime gnaro, adſumtis duabus perſonis magiſtratualibus: factam deſignationem idem domino commiſſario regio ſubſternet.

5to Hæc linea vigiliis ita obſeri debet, ut una ſtatio ab altera ita diſtet, ut ſe mutuo conſpicere vigiles poſsint: quamvis ſtationem obſideant perſonæ alternatim excubias acturæ, quibus in ſagacitatis, & attentionis auxilium liceat, & commendetur fideles, & vinctos canes ſecum ſumere. Noctu clamore vigilantiam ſignificabunt.

6to Repartitionem numeri ſtatuendorum vigilum inter loca circumſita, eorumque ordinatam alternationem elaborabit itidem do-

dominus vice-comes, ſtatutionem cum duabus perſonis magiſtra-ſtratualibus effectuabit, ſuperque tota re ſpecificam expoſitionem domino commiſſario regio ſubmittet.

7mo Dominus regius commiſſarius ex his datis determinabit diem, quo cordon iſte inchoare debeat, uti, an, & quanta diurna bonificatio vigilibus applacidanda ſit.

8vo Sic conſtitutum cordonem oportet perpetuæ inſpectioni ſubjacere: itaque ex quovis loco contermino unus, aut alter e juratis, aut vero famulus comitatenſis ſæpius de die obequitabit ſuum cordonem, ſuorumque attentioni invigilabit.

9no Eundem in ſcopum totus cordon inter duas perſonas magiſtratuales diſtribuetur: ſingula quotidie luſtrabit ſuos limites, de vigilum alternatione providebit, domino commiſſario regio quotidie referet, an vigiliæ a locis concernentibus præſtitæ, an quidam cordonem tranſire tentarint, an veſtigia nocturni transfugii obſervata, an aliquod adjunctum vigiliarum reduplicationem requirat, quam ipſam etiam ſine mora ſua auctoritate effectuabunt: denique omnes diſpoſitiones facient, ut transfugam juxta veſtigia poſſeſsiones vicinæ perſequantur, & intercipiant. Dominus vice-comes cordonem bis in hebdomada inveſtigabit.

10mo Ad majorem cordonis ſecuritatem plurimum conferet eum a militibus ſaltem ex parte ſtipari: eam in rem dominus commiſſarius regius neceſſarias proviſiones facturus eſt.

Sic conſtituto cordone ſequentes duæ inveſtigationes faciendæ ſunt: prima, nemone amplius e cordone elabitur? ſecunda, acquiritne aliquis extra hunc cordonem peſtem?

Ad primum ſcopum ſequentia facient.

1mo Nemo pergat in comitatu ſine paſſualibus loci, unde eſt, ſineque eo, ut in omni loco, per quem pergit, tempus adventus, & abitus ad paſſuales adſcribatur: ſine his paſſualibus,

aut, ſi tempus adventus cum diebus paſſualium non congruat, ſtatim contumaciæ obnoxius fiat, quem in uſum quovis loco aliquam domum, caſam, aut ſimilia judices deſignent.

2do Inculcetur incolis etiam ex cathedra, ut nullum advenam domo excipiant, niſi paſſualibus prius a judice, aut notario acceptatis, &, ſi ſciant, id ab altero factum, judici inſinuent. In hoc caſu vagabundus cum incolis hoſpitio excipientibus in horum domo, ſi ſecludi poteſt, appoſitis vigiliis concludetur.

3tio Judices, & primores pagenſes monebuntur, vagabundis omnimode diligenter attendere, minima quæcunque eorum veſtigia perſequi, domos improviſo adire, in primis ſolitarias, longius a loco remotas.

4to Omnia loca extra cordonem ſita diſtribuantur inter aliquot perſonas magiſtratuales: hi illa continenter viſitabunt, monaſteria ſingularia, molas, popinas, villas, & ſimilia accuratius luſtrabunt: deſuper, & ſuper nefors inventis vagabundis, deque qualibus eorum reſpectu factis ordinationibus domino commiſſario regio bis in hebdomade relationem præſtabunt.

5to Quævis ſine paſſualibus detenta perſona examinabitur, quomodo vocetur, unde ſit, quando inde abierit, qua iter duxerit, quamdiu in loco detentionis jam morata ſit, cum quibus incolis commixtionem habuerit: ſi fatetur ſe ex aliquo intra cordonem loco eſſe, e tempore emigrationis patebit, quantum in nunc ducto cordone confidere liceat: ſi ait ſe e loco extra cordonem eſſe, ſed hoc fide juſsione fidorum incolarum docere non poteſt; facienda eſt in loco provocato quæſtio: interea vero una cum iis, qui eum clanculum receperant, uti numero 2do, ſecluſus tenebitur; dum acceptum reſponſum confirmabit faſsionem, ſolvendæque eo ipſo ſecluſionis rationem præſtabit.

6to Secluſi adſtringentur ad ſe ipſos, veſtes, utenſilia, domus ſuas diligenter, repetitimque lavandas: conſtituetur homo, qui petenda ad unam de die vicem victualia ante fores adferat.

Si

Si feclufus in præfens caret pecuniis, judex poffefsionis e caffa domeftica fuppeditabit vitæ necefsitates, recompenfatione deinceps aut a dimiffo contumacifta, aut, fi vere pauper fit, a caffa domeftica comitatus dependenda.

Superioribus de conftituendo cordone regulis id infuper addendum eft, ut, fi ob faciliorem lineæ contumacialis cuftodiam, in primis vero, quia locus aliquis magnam recepti contagii fufpicipnem excitavit, necefsitas adfit, poffefsionis alicujus communi cum Irregh, & Neradin cordone includendæ, hæc poffefsio per fuos ipfius incolas novo cordone; fed tantum juxta limites, qua poffefsionibus illis contigua eft, ducendo fe cingat, ut deinceps a contagio defenfa, & poft aliquot hebdomadum inveftigationem contagii expers declaranda, communionem cum locis extra cordonem pofitis refumere pofsit.

Quo ipfo de cordone non minus; ac de ejus fucceffu regius commiffarius eodem, quo fupra dictum eft, modo edocendus veniet. Denique, ut regius commiffarius perfecte certus effe pofsit, neminem, qui ex infectis locis elapfus fit, alicubi in gremio comitatus delitefcere, curabit dominus vice-comes per homines fidos, & filvarum gnaros easdem inveftigari, deque inventis ibi aut mortuis, aut vivis dominum regium commiffarium certiorem faciet: illos per conductos ad id fingulariter homines, & deinceps contumaciæ fubjiciendos fepeliri; hos ad aliquam contumacialem domum deduci curabit.

Ad rite refolvendam quæftionem alteram fequentia requiruntur.

1mo Toto comitatu extra cordonem fito diftribuendi funt chirurgi eo ad diftantiorum fitum numero, ut quisque loca fibi mandata quotidie invifere pofsit: numerum neceffariorum ex hoc refpectu chirurgorum conftituet dominus vice-comes, & intra biduum domino regio commiffario fignificabit, qui deinde fubmifsis

fibi

ſibi in hunc uſum a domino commiſſario regio chirurgis ſingulis ſuas ſtationes deſignabit, deque hoc qualiter facto commiſſarium regium edocebit.

2do Horum chirurgorum ſequens erit officium.

a) Omnes quovis loco mortuos inſpicient, atque juxta inſtructionem ſpecialiter ipſis extradandam viſitabunt, an homo peſte mortuus ſit, nec ne: ob eam rem ſerio inculcandum erit judicibus, & parochis, ne quemquam ante ſcriptam a chirurgo ſepeliendi licentiam ſepelire præſumant, cum in caſum contraventionis neceſſe futurum ſit, omnes, qui cum mortuo communionem habuerint, contumacia includere.

b) Adibunt ægros, qui adeſſe renunciabantur, & eorum infirmitatem, an peſtis ſuſpicionem faciat, itidem ex inſtructione ſibi data penſabunt.

c) Viſitabunt contumaciſtas, ſi qui in loco præſentes ſint, & ſecundum quæſtiones in tabellari formula conſignatas examinabunt.

d) Si nil graſſantis contagioſi morbi ſuſpicionem faciat, omni tertio die medio reſpicientis perſonæ magiſtratualis relationem, juxta formulas eisdem abhinc communicandas conceptam, ad dominum commiſſarium regium ſubmittent.

e) Si quem mortuum ſine ſua licentia ſepultum intelligant; conabuntur omnia ejus morbi adjuncta reſcire, ut inde certo concludere poſsint, hominem non ex peſte obiſſe: in hoc caſu tantummodo ſignificabunt perſonæ magiſtratuali prævaricationem legis, ut, qui peccavit, puniatur: ſin peſtis ſuſpicionem prorſus amoliri non poſsint; omnes, qui cum mortuo communionem habuerunt, interea contumacia concludi facient, dum veniens ad viſitationem medicus, re mature examinata, quæſtionem definiat. Imponendum judicibus eſt ſeveriſsime, ut omnem chirurgis aſsiſtentiam præſtent.

f) Iidem ſubſtituto medico comitatenſi, cui obnoxii fient, poſſeſsiones ſeriatim viſitanti relationem facient, de decurſu viſitatio-

tionum ſuarum, dubia, difficultates, impedimenta, quæ occurrerint, nota facient.

3^{tio} Superinſpectioni hujus inſtituti deſinati ſunt ſubſtituti comitatenſes medici: hi partem comitatus ſibi attributam ſeriatim peragrabunt, ægros, contumaciſtas inſpicient, horum reclüſionis cauſam penitius examinabunt, de termino contumaciis ſingulorum ponendo ex rerum adjunctis, facto in dubiis caſibus ad regium commiſſarium recurſu, decident, chirurgorum dubia, & hæſitationes ſolvent, in eorum, ſi fortaſſe peſtem celaſſent, prævaricationem accurate inquirent, impedimentis poſitis intercedent, obſervationes ſuas circa ducti cordonis ſecuritatem, & ſufficientiam facient, deque his omnibus quavis hebdomade ſemel immediate domino regio commiſſario renunciationem præſiabunt. Hac ſua comitatus peragratione genium epidemicum edocti medici felicius verſabuntur in tractatione morbi peſtiferi, neſors alicubi erumpentis, conſtituenda.

4to Perſona magiſtratualis cujusque diſtrictus, eundem peragrans, apud judices locorum ſciſcitabitur de chirurgorum in faciendis viſitationibus aſsiduitate, & accuratione, nec non de adjunctis has viſitationes comitari ſolitis: deinde a parocho librum mortuorum, & chirurgicas ſepeliendi licentias ſibi exhiberi petet, ut utroque collato videre poſsit, an, quæ de ſepultura ſuperius conſtituta ſunt, obſerventur. Dominus vice-comes, cui totius plani executionis procuratio primario, & ſpeciatim commiſſa eſt, non celabit regium commiſſarium difficultates neſors in executione ſeſe offerentes: renunciabit, in quantum caſſa domeſtica comitatus erogationibus, eundem in finem neceſſariis, faciendis inſufficiens ſit, ne ex hoc defectu diſpoſitiones adhæreſcant: providebit de perſonis magiſtratualibus inſtantanee adlegendis, ſi actu præſentes ad iſta omnia non ſufficiunt: de chirurgis, medicis, ubi diſtributi fuerint, ſi morbo, aut morte a viſitationibus abſtracti ſint, per no-

novos resarciendis dominum commissarium regium quo ocyus informabit.

Relationum quo ocyus ad dominum regium commissarium perferendarum causa idem dominus regius commissarius cum domino vice-comite constituet locum limitaneum, ad quem omnes relationes dirigendæ sint: dominus vice-comes de eo informabit omnes personas magistratuales, ac una, ut in locis literarum transennalibus portitores semper præsentes sint, effectuabit. Sic facto per 3—4, aut plures, uti excelso consilio deinceps constituendum videbitur, hebdomadas examine locorum patebit, an pestis omnino intra limites cordone interiore cinctos coercita sit, & an tuto jam ad dimittendum cordonem exteriorem progredi liceat: Qui cordo exterior quoniam consentienter cum statu militari solvi debet, cum etiam confinia militaria proprio cordone a comitatu separata sint; necesse est gubernio militari & designationem nunc propositi cordonis, & ejus realem constitutionem, & omnes deinceps habendas magistratuales, & medicas, atque chirurgicas relationes in paribus communicari, demum vero ultimo ante cordonis bacsiensis, & veröczensis solutionem a commissione mixta interiorem cordonem visitari, ut ita deinceps unanimi consensu in cordone illo interiore acquiescatur.

D.

D.

INSTRUCTIONES PRO NEGOTIIS PESTIS IN COMITATU SIRMIENSI GERENDIS A DIRIGENTE MEDICO

Menſe Auguſto 1795 elaboratæ.

I.

Anweiſung für die Wundärzte zur Beſchau der Kranken, der Kontumaziſten, und der Todten.

1tens Der Wundarzt wird von dem Herrn Vice-Geſpann, oder Ober-Stuhlrichter die Beſtimmung der Ortſchaften erhalten, die er täglich zu bereiſen, und zu beſuchen haben wird. Deswegen ſind die Dorfrichter angewieſen, die nöthigen Wägen ſtets in Bereitſchaft zu halten.

2tens Wenn er in die Ortſchaft ankömmt, wird er ſich zum Richter, und Notär begeben, um zu erfahren, ob es Kranke in dem Orte giebt: dieſes muſs denſelben bekannt ſeyn, denn es iſt angeordnet worden, daſs zu dieſem Entzweck jedes Haus von den Dorfälteſten täglich viſitirt werde. Der Entzweck dieſer chirurgiſchen Beſchau iſt, damit man ſogleich erfahre, ob es im Orte

Peſt-Kranke gebe, oder nicht: darum werden die Peſt-Kennzeichen in einem eigenen Auffatze vorgezählt, und angegeben werden. Den hierüber zu machenden Bericht wird er in die Fächer der Tabelle für die Krankenbeſchau einſchreiben. In das leere Fach der Tabelle wird er einſchreiben, ob die Dorfälteſten in ihren vorgeſchriebenen Hausunterſuchungen fleiſsig ſeyen, oder nicht. Neben dieſem wird er alle Wochen einmal alle Häuſer des Orts ſelbſt unterſuchen, ob nicht ein unangeſagter Kranke da enthalten ſey.

3tens Der zweite Gegenſtand chirurgiſcher Beſuchung ſind die aus zweierlei Urſach in Kontumaz geſetzten Menſchen, nemlich: entweder, weil ſie mit einem aus einem Peſtorte kommenden Menſchen ſich vermiſcht, oder daher kommende Dinge berührt haben; oder aber, weil ſie einen Vagabunden, und daher der Peſt Verdächtigen aufgenommen haben. Zur Abſonderung dieſer Menſchen werden vor jeder Ortſchaft einige Hütten an einem geſunden Platze erbauet, und mit Wachen umgeben: dahin werden ſie mit ihren Kleidern gebracht, zur Waſchung ihrer ſelbſt, und ihrer Kleider angehalten, und es muſs ihnen Nahrung gegen eigene Bezahlung, wenn ſie es vermögen, zugeführet werden. Dieſe Menſchen wird nun der Chirurgus beſuchen, ſie nach den in den Tabellen angezeigten Fragen ausfragen, und den Befund daſelbſt einſchreiben.

4tens Der dritte Gegenſtand iſt die Beſchau der todten Körper, worüber befohlen worden, daſs keiner begraben werde, bevor der Wundarzt die Erlaubniſs hiezu geſchriebener nicht gegeben hat: auch ſoll vor der Beſchau der Zulauf der Freunde zum Todten nicht geſtattet werden. Der oben bemeldete Auffatz wird die Zeichen angeben, aus welchen die Peſt an einem Cadaver zu erkennen ſey.

5tens Bei allen dieſen Unterſuchungen wird der Wundarzt allzeit einen von den Dorfälteſten mit ſich nehmen, den er ſo, wie

ſich

RELATIO T.RIDUANA

EXHIBENS VISITATIONEM INFIRMORUM A CHIRURGO PROCESSUALI FACTAM.

Dies viſitationis.	Poſſeſsio.	Numerus ægrorum remanentium a priori viſitatione.	Numerus reconvaleſcentium a priori viſitatione.	Nomina ægrorum neo-inſinuatorum.	Dies morbi.	An morbus febrilis; an non febrilis?	An, & quæ ſigna morbi contagioſi graſſantis?	An ante paucum tempus venit e loco infecto? an alia ex cauſa ſuſpectus?	

RELATIO TRIDUANA

EXHIBENS INSPECTIONEM MORTUORUM A CHIRURGO PROCESSUALI FACTAM.

Dies inſpectionis.	Poſſeſsio.	Nomen, & ſexus mortui.	Aetas ejusdem.	Quot diebus æger fuerit.	Quo probabiliter morbo mortuus fuerit.	Quis externus habitus totius cadaveris?	An in eadem domo, cognatione, vicinia, intra breve tempus plures mortui?	Animadverſiones relate ad plebis promtitudinem tolerandæ mortuorum inſpectionis, aut conjecturæ ſuper neſors clanculum ſepultis non viſitatis.

RELATIO TRIDUANA

EXHIBENS INSPECTIONEM CONTUMACISTARUM A CHIRURGO PROCESSUALI FACTAM.

Dies inſpectionis.	Poſſeſsio.	Numerus ſecluſæ domus, vel familiæ, aut ejusdem per literas A, B deſignatio.	Numerus perſonarum in ea ſecluſarum.	Cauſa factæ ſeclusionis.	Dies, quo contumacia cœpit.	Quot inter eos ſani, quot infirmi, & quo probabiliter morbo?	An in nemine ſymptomata, aut indicia peſtis?	An ſufficienter vigilibus cuſtoditi?	An lotionem, mundationemque ſui, utenſilium, domus fecerunt?	An aliquid ſibi deeſſe queruntur?	Quæ domus, aut familia; quot homines, poſt quot dies, cujus juſſu e contumacia dimiſsi?

ſich ſelbſt, von allenfallſiger Anſteckung durch Berührung behüten wird.

6^{tens} Dieſe Tabellen wird er alle drei Tage durch die in den Ortſchaften beſtellten Ordinanzen an den Herrn Bezirks-Arzt einſchiken, wenn ſich keine Zeichen der Peſt vorfinden.

7^{tens} Iſt jemand ohne ſeiner Erlaubniſs begraben worden, den er bei Leben nicht geſehen hat; ſo wird er alle Umſtände der vorhergehenden Krankheit zu erfahren ſuchen, um daraus ſchlieſsen zu können, daſs der Todte die Peſt nicht gehabt hat. Für dieſem Fall wird er nur der vorgeſetzten Magiſtratual-Perſon die Uibertretung des Befehles anzeigen, um den Uibertreter beſtrafen zu können. Kann er aber den Verdacht der Peſt nicht heben; ſo müſſen alle, die ſich mit dem Todten vermiſchet haben, in Kontumaz geſetzt werden, bis der ankommende Arzt die Sache näher unterſuchen wird. Findet dieſer, daſs keine Peſt vorhanden war; ſo werden die abgeſonderten Menſchen ſogleich entlaſſen.

8^{tens} Der Wundarzt wird dem ſubſtituirten Comitats-Phyſicus, der die Ortſchaften der Reihe nach viſitiren wird, von dem Gange ſeiner Verrichtungen Nachricht geben, ihm ſeine Zweifel, die vorgefallenen Beſchwerlichkeiten, und Hinderniſse vorlegen, von ihm Belehrung, und Aushilfe erwarten.

9^{tens} Wenn entweder am Lebenden, oder Todten ſichere Zeichen der Peſt vorgefunden werden; ſo wird er den Ort nicht mehr verlaſſen, und ſogleich, doch ohne Geräuſch zu machen, der vorgeſetzten Magiſtratsperſon, und dem Medicus davon Nachricht geben, anbei das Haus mit Wache beſetzen, und den Todten ohne Leichenbegängniſs begraben laſſen. Können jene Perſonen nicht bald ankommen; ſo wird er mit dem Richter, und Notär die Sache dahin veranſtalten, daſs der Kranke mit ſeinem Geräthe in eine eigene Hütte des Abſonderungsplatzes; ſeine Hausgenoſſen ebenfalls mit ihren Kleidungen in eine andere gebracht werden, und für ihre Verpflegung geſorgt wird. Die übrigen Anſtalten

werden von der ankommenden Magistratsperson, und dem Artzte getroffen werden.

10tens Um den allenfalls Arzneien fordernden Kranken anderer Art welche darreichen zu können, wird der Wundarzt selbe in Ruma, oder Vukovar so fassen, dass ihm sie der dasige Apotheker schon in einzelne Dosen eingetheilet verabfolge.

II.

Auffatz für die Wundärzte, über die Kennzeichen der Pest bei Lebendigen, und Todten.

1tens Die Pest fängt auf die Art anderer Fieber meistens mit Kälte, und Schauer an.

2tens Wenn mehrere aus einem Hause, Freundschaft, Verwandtschaft, oder solche, die zugleich an einem Orte gewesen, oder Kleider untereinander gewechselt haben, in kurzer Zeit mit gleichen Zufällen befallen werden, einige derselben binnen 2—5 Tagen sterben, besonders zur Zeit, wo schon in der Nachbarschaft die Pest herschet; so ist grosse Vermuthung der Pest zu haben.

3tens Petechien, die am dritten, vierten Tag schon tödtlich werden, sind ein gewisseres Zeichen derselben, besonders, wenn solche befallen werden, die den Kranken bedienet haben.

4tens Ein noch gewisseres Zeichen sind die Drüsengeschwülste unter den Achseln, in den Weichen, und hinter den Ohren: sie sind oft so klein, dass sie nur bei genauer Beschauung sichtbar, oft kaum sichtbar sind. Oft zeigt nur ein Schmerz an jenen Orten ihre Gegenwart an. Manchmal erscheinen sie zwischen dem ersten, und dritten Tag; manchmal, und zwar bei solchen Kranken, die genesen werden, zwischen dem 7ten, und 12ten Tag. In andern Fiebern erscheinen solche Geschwülste selten so früh.

5tens Das gewisseste Zeichen der Pest sind die Carfunkeln; allein sie erscheinen nicht bei jedem Kranken. Sie brechen aus

zwi-

zwifchen dem 3ten, und 4ten Tag. Es erfcheint ein weiffer, rother, brennender Fleck, auf dem eine kleine, mit dünner Jauche gefüllte Blafe fitzet. Diefe fpringt binnen 12 Stunden auf, und läfst einen fchwarzen Fleck zurück, deffen Rand ganz roth, und entzündet ift. Soll der Kranke fterben; fo bleibt der fchwarze Fleck klein, und der Rand purpurroth: foll er aber gefund werden; fo breitet fich der fchwarze Fleck, und der rothe Rand aus. Um den 11ten bis 14ten Tag fcheidet fich der brandige Theil los, fällt heraus, und läfst ein offenes Gefchwür zurück. Die Carfunkeln erfcheinen an allen Theilen des Körpers.

III.

Inftructio pro fubftitutis medicis comitatenfibus, vifitationem locorum gremialium fibi demandatam habentibus.

1mo Conftitutum eft, ut quisque gremialis locus, & nunc quidem præ ceteris illa, quæ locis actu infectis magis vicina funt, atque adeo majorem communicati contagii fufpicionem habent, indeque linea media contumaciali, mangyelofienfi dicta, cincta funt, quotidie a chirurgis repartitis fecundum inftructionem ipfis extradatam, & hic in paribus adjunctam vifitentur, ut prima prodentis fe peftis initia refciri pofsint.

2do Hujus vifitationis fuperinfpectionem ante omnia fibi demandatam habebit medicus comitatenfis fubftitutus: itaque medicus in parte comitatus, extra lineam mangyelofienfem fita, ftationatus ea præ ceteris frequentius vifitabit, quæ huic lineæ proximius apponuntur; medicus autem intra eam lineam ftationatus poffefsiones omnes feriatim certo ordine, qui chirurgis fibi fubditis notus effe debeat, perpetuo vifitabit, ægros, contumaciftas, mortuos, qui forte actu funt, infpiciet, conditionem morborum apud ægros; apud contumaciftas reclufionis caufam examinabit, de termino contumaciæ fingulorum ponendo ex rerum adjunctis, caufaque contu-

tumaciæ impositæ decidet, cum sine ejus scripto indultu nemo inde dimittendus sit: chirurgorum dubia, & hæsitationes solvet, in eorum, si fortasse pestem celassent, prævaricationem accurate inquiret, impedimentis positis intercedet, observationes suas circa ducti cordonis securitatem, & sufficientiam faciet, deque his omnibus quavis hebdomade semel immediate domino commissario regio renunciationem præstabit, qua renunciatione etiam locorum quoque die visitatorum enumeratio exponatur. Hac sua comitatus peragratione ingenium epidemicum edoctus medicus felicius versabitur in tractatione morbi pestiferi nefors alicubi erumpentis constituenda.

3^{tio} Consignationem locorum inspectioni suæ obnoxiorum, illorumque visitationis eam seriem, qua illa brevissimo tempore obiri possint, medicus intra lineam mangyelosensem stationatus a domino vice-comite Rumæ existente; medicus extra eam stationatus a domino substituto vice-comite, Vukovarini habitante, expetendam habebit, prout & specificationem factæ per eosdem chirurgorum superinspiciendorum repartitionis.

4to Quisque medicus apothecam, quarum altera Vukovarini dudum est; altera Rumæ nunc illocata habetur, quavis hebdomade adibit, in utraque, sed in rumensi præcipue, videbit, an sufficiens, & idoneus pro medicamentis servandis, & explicandis locus adsit, an provisio sufficiens habeatur, de qua mature juxta instructionem apothecario datam, & sibi ab eo exhibendam anticipanda in primis medicum solicitum esse oportebit: investigabit etiam, an medicamenta a medicis, & chirurgis expetita, & præferenter ea, quæ in locis infectis desiderantur, sine mora, & cunctatione expediantur. De apothecarum statu dominus regius commissarius omni hebdomade edocendus est.

5to Inviati sunt chirurgi, ut observatis in aliquo loco pestis indiciis, factisque interea præviis quibusdam dispositionibus statim eventum medico inspicienti significent. Qui hoc nuncio accepto etiam nocte sine mora advolans quæstionem de statu morbi

ple-

plene decidet, & advolanti eodem tempore personæ magistratuali aperiet, ut illa de cordone circa locum instantanee ducendo providere, cointelligenter autem cum medico de ægris, de suspectis separandis, de procurando illis ministerio, & alimentatione constituere possit: simul vero de toto rei statu immediate dominum commissarium regium certiorem faciet.

6to Chirurgus, locum nunc neo-infectum inter a se visitanda repartitum habens, deinceps in ejus loci pestiferorum ministerium ibidem permanendum habebit, ceteris ei adrepartitis possessionibus a domino vice-comite inter alios distribuendis: si autem is locus alteri jam infecto, non tamen multos ægros habenti, satis vicinus est, medico eum locum administranti significandum habebit medicus inspiciens cointelligenter cum persona magistratuali, ut etiam neo-infectam possessionem in suam curam recipiat: ubi vero remotior locus est, functiones medicas peculiari instructione comprehensas ipse deinceps exequetur, ea tamen interea, dum de inspiciente medico sibi substituendo provisum sit, sub cautela, ut ipse, cavens sibi a contactu ægrorum, stationem suam defigat in possessione proxima, ex ea quotidie infectam visitaturus ea cum præcautione, ut vectum comitetur famulus comitatensis, aut possessionis, unde venit, homo fidus a possessione deputandus, qui, curru extra ambitum possessionis subsistente, caveat, ne auriga cum quoquam commisceatur: ita ceteræ possessiones non prorsus medici visitatione, licet nunc rariore futura, orbabuntur.

IV.

*Instructio personae magistratualis, quae inspectionem politiae quoad rem sanitatis in processu rumensi habitura est, vice-judici nobilium inscripta *).*

1mo Scopus hujus inspectionis est, vagabundos, suspicionem contagii habentes, in quavis intra exteriorem cordonem possessione intercipere, illos, & incolas cum iis commixtos in contumaciam cogere, loca contumaciae singulis in possessionibus designare, accepta emergentis in quadam possessione pestis significatione de eadem idoneo cordone cingenda, & victualibus providenda tempestive constituere.

2do Itaque circulari ad judices quarumvis possessionum, intra cordonem a Mitrovitz usque Banostorinum ductum existentium, nomine commissarii regii dimisso, si id nondum a domino judice nob. Lovrencsis factum esset, severissime inculcabit sequentia.

a) Ut neminem sine revisis passualibus, sineque eo, ut per locorum, quae transierant, notarios transennae dies notetur, a suis recipi patiantur: deprehensum sine passualibus sistant, inque erigendum, ut infra dicetur, contumaciae locum transferant, ibi custodiendum: si vero cum oppidano aliquo, aut pluribus ante factam de passualibus quaestionem commixtus est, omnes illi ad eundem contumaciae locum modo supra dicto transferentur. Itaque etiam docebunt suos, ne sine passualibus pergant, quidve circa transennae adnotationem observandum habeant: notarii autem monendi, ne in dandis, signandisque passualibus moram hominibus faciant.

b)

---

*) Eadem instructio deinceps in usus ceterorum etiam processuum trans-sumta est.

b) Ut quamvis ſine paſſualibus detentam perſonam examinent, quomodo vocetur, unde ſit, quando inde abierit, quamdiu in loco detentionis jam morata ſit, cum quibus incolis commixtionem habuerit: omnium ſic examinatorum protocollum ſeorſim ducet notarius loci, domino vice-judici nob. proceſſum viſitaturo tradendum, & deinceps domino commiſſario regio transmittendum, ut ex ejus inſpectione patere poſsit, an cordo loca infecta ambiens plenam nullius efugii ſecuritatem det: paſſualium datarum, & reviſarum aliud protocollum ducat notarius, ſub viſitatione a domino vice-judice nob. inſpiciendum.

c) Si detenta ſine paſſualibus perſona dicat ſe eſſe e poſſeſſione non infecta, neque in præſens e tali venire, & utrumque fidorum oppidanorum fidejuſsione docere non poſsit; mittatur ad indicatum locum domicilii perſonalis illius deſcriptio, uti & adjunctorum faſsionis: ſi faſsionis confirmatio inde obtinetur, et illa, & ceteri propter eum incluſi ſtatim dimittantur: caſu in contrario contumacia illis modo ſupra dicto ſubeunda erit.

d) Monebuntur judices, & primores pagenſes, vagabundis omnimode diligenter attendere, minima quæque eorum veſtigia perſequi, improviſo domos, in primis ſolitarias, & longius a poſſeſſione remotas, adire.

e) Curabunt judices, ne paſtores ovium, pecorum cornutorum, equorum ad poſſeſsiones pertinentium nocte cum ſuo grege extra illas reſtitent, quo ſic clandeſtina conventicula, & commixtiones etiam hac ex parte impediantur.

f) Monendi ſunt, ut canes vagos paſsim trajici curent, & inhumari, quæ ipſa inhumationis cura circa alia animalia iisdem inculcanda eſt.

g) Commendandum eſt judicibus, & ſenioribus, ut ipſi ſvadeant plebi mutuæ frequentationis vitationem, utenſilium, ſi quæ habent, ſuperfluorum recluſionem, munditiem, ſui, veſtium, uten-

 ſilium,

ſilium, & ædium ſuarum frequentiorem lotionem, rei alimentariæ maturam, ſufficientemque, quantum licet, proviſionem.

h) Significandum eſt judicibus, interdictum haberi parochis, ne quis mortuus, niſi prævie a chirurgo viſitatus, ſepeliatur, ut ipſi executionem hujus mandati procurent, & inſuper confluxum amicorum ad hominem mortuum, quem ægrum chirurgus non viſitavit, ante hujus viſitationem vigiliis appoſitis prohibeant.

3^{tio} In quavis poſſeſsione extra ædium ambitum, loco libero, & patente, ſi poſsit, aquæ ſtagnanti non appoſito, puteis aut jam inſtructo, aut facile inſtruendo deſignabit P. D. V. planum aliquod amplius pro territorio noſocomiali, & contumaciali: imponet judicibus, ut eum locum aggere cingi, in illo, ne erumpente in alia etiam poſſeſsione, hactenus ſana, lue peſtifera tuguria primo exſtrui debeant, unum alterumve tugurium ad debitam a ſe mutuo diſtantiam, non humile; ſed aeris liberum commeatum admittens, e ſtramine, arundine, virgultis, tignisque erigi curent, quo illic vagabundi, cumque iis mixti transferri, vigilibus claudi, ac juxta inſtructionem generalem omnibus perſonis magiſtratualibus extradatam, & pro ſui etiam inſtructione P. D. V. communicandam tractari poſsint: inſuper vero inviabuntur judices, ut chirurgo viſitanti, qui poſt deprehenſa alicubi peſtis ſigna extemplo ad ſeparationem progreſſurus eſt, in omnibus ſtrictiſsime morem gerant.

4to In quavis poſſeſsione pro numero platearum, & domorum deſignabit certum moratorum oppidanorum numerum, qui quotidie ſub auroram plateas, domosque ſibi attributas viſitantes indagent, an quis in familia, cujus de noto viſitanti numero nemo occultari poſsit, infirmatus ſit, & infirmos judici ſignificent, ut ſic chirurgo poſſeſsionem viſitaturo omnes indicari, & ab eo inſpici poſsint. Eadem viſitatio etiam ad detegendos vagabundos conferre aliquid poterit.

5to Ad firmandam executionis prædictorum accurationem dominus judex nob., haidone comitatenſi ſtipatus, omnia loca hoc

ſuo

ſuo diſtrictu contenta diligenter viſitabit, luſtrabit monaſteria ſingula, molas, popinas, villas, & ſimilia, protocolla detentorum vagabundorum a notariis excipiet, deſuper, deque factis circa vagabundos diſpoſitionibus ter in hebdomade relationem domino commiſſario regio præſtabit, una autem factis ſparſim indaginibus reſcire conabitur, quæ plebis proviſio alimentaria quoad ſummas admimus neceſsitates ſit, ut & nunc, ſi neceſſe ſit, ſuccurſus a domino commiſſario regio, deſuper iisdem relationibus edocto, per dominum judicem nob. Lovrencsics præſtari poſsit, & multo magis, ſi locum aliquem peſte corripi contingat.

6to Quo magis certum fiat, neminem, qui ex infectis locis elapſus ſit, intra cordonem exteriorem deliteſcere, per homines fidos, & ſilvarum gnaros easdem inveſtigari curabit dominus vice-judex nob., deque inventis ibi aut mortuis, aut vivis dominum commiſſarium regium certiorem faciet: illos per conductos ad id homines, deinceps contumaciæ ſubjiciendos, ſepeliri; hos ad aliquam contumaciam deduci curabit.

7mo Introducta omnium ægrorum, & mortuorum per chirurgos, toto diſtrictu dislocandos, viſitatione ſciſcitabitur de eorum in faciendis illis accuratione, a parocho autem protocollum mortuorum una cum chirurgicis ſepeliendi licentiis exhiberi ſibi petet, ut utroque collato videre poſsit, an, quæ de ſepultura ſine his non facienda conſtituta ſunt, obſerventur, facienda etiam de his in relatione, Nro 5to expetita, mentione.

8vo Accepta a chirurgo, eatenus per ſuam inſtructionem inviato, ſignificatione erumpentis alicubi peſtis, ſtatim advolabit ad eum locum, factisque ſine tumultu de eo aut intra intimum cordonem recipiendo, aut, ſi remotior a prioribus poſſeſsionibus ſit, per vicina loca proprio cordone cingendo diſpoſitionibus, deinceps ea omnia aut per ſe, aut per illocatum commiſſarium in effectum deducet, quæ inſtructione generali circa loca infecta extradata continentur: porro medici, etiam a chirurgo jam prævie advocati, ad-

ventum accelerabit, dominum judicem nob. Lovrencsics de conſtituenda etiam pro hoc loco proviſione, ineundaque cum illocato commiſſario correſpondentia certiorem faciet, relatione ſuper his omnibus inſtantanee ad dominum commiſſarium regium transmiſſa.

9no Denique conſtituet, ut in ſingulis poſſeſsionibus perpetuo præſto ſint ordinantiæ, literas ultro citroque portaturæ, ne neceſſariorum nunciorum transmiſsio ullatenus adhæreſcat; prout etiam, ut ſemper præſto ſint currus, chirurgo, & medicis inſtantanee ulterius promovendis.

V.

Inſtructio perſonæ magiſtratualis, quæ inſpectionem poſſeſsionis peſte fœdatæ habitura eſt.

1mo Accepta a chirurgo, aut medico de peſtis in vivo, aut cadavere inventis indiciis ſignificatione, ſi is locus ceteris jam infectis ita vicinus eſt, ut commode eodem intimo cordone claudi poſsit, id ſtatim effectuandum: ſecus vero idem locus ſpeciali cordone per vicinas poſſeſsiones circumdandus, atque hoc fine inſinuatio domino juraſſori, eum cordonem dirigenti, ſtatim facienda erit, intereaque etiam admonebit judices vicinarum poſſeſsionum, ne quemquam jam ex neo infecta poſſeſsione quocunque ſub titulo in ſuam immittant.

2do Exſtructa in territorio prævie jam contumaciæ deſtinata tuguria nunc novis aliis pro exigentia neceſcitatis augenda ſunt, quæ 20 ad minus pedibus a ſe diſtare debent: his addet unum remotius, & amplius, chirurgo deſtinatum, in quo is ſibi victum, ægris medicamenta apparare poſsit; alterum pro famulitio expoſito: retro hoc planum deſtinandus eſt locus ſepulturæ mortuorum idoneus.

3^{tio} Hoc facto, conductis ad miniſterium peſtem habentium famulis expoſitis, omnes ex peſte ægros e domibus exemtos, aut pe-

pedites educi, aut proprio curriculo, deinceps nullos alios in usus convertendo, evehi curabit una cum sarcinis, in quibus jacuerunt, & deinceps jacere debeant, repositosque in tuguria ea cautela, ne coacerventur ad se mutuo, chirurgi inspectioni tradet.

4to Omnes eadem in domo habitantes, cognatos, aut alios, quos cum ægro communionem habuisse, aut sarcinas aliquas abstulisse rescìet, suis ædibus eductos, suaque, quæ habent, victualia, & vestimenta nunc usuata secum ferentes transferet in tuguria a prioribus pestem habentium ita secreta, & custodita, ut hi ad istos accedere non possint: imo ne quidem diversa tuguria habitantibus, si diverso tempore in contumaciam venerunt, ad se mutuo accedere licitum esse debet.

5to Animalia, in primis canes, catosque ejusmodi domus interfici, ipsam domum interea recludi, fideliqne custodia clausam teneri curabit: ut canes, catosque per possessionem trajici judices curent, imperabit: altilia sua incolæ in contumaciam ducendi secum sumere permittantur.

6to Aegros ex peste decumbentes medicus, quem in pauco ægrorum, & medicorum numero non necesse est ea possessione includi, e statione proxima quotidie curru, extra possessionem substituro, advectus sub debitis contagii non contrahendi cautelis visitabit, medicamenta a chirurgo exhibenda præscribet: ministerium ceterum faciet famulus expositus, victumque adparabit ex iis, quæ persona magistratualis quotidie submittet ad postulationem medici, & chirurgi, per famulum non expositum significatam, qui res illas in aditu hujus clausuræ deponet.

4to: arma, ſi quæ haberent advenæ contumaciſtæ, per repaguli famulum dementur, quæ ab eodem purgabuntur rejectis involucris laneis, tela, ligula, dein aqua aceto mixta abluentur, & cum cautelis directori tradentur, qui numeriſata, ac protocollo ſecundo illata in ciſtam pro hoc uſu deſtinatam reponet, fide integra conſervaturus, ne rubigine, aut alia quacunqe ratione de-

ſtruan-

ſtruantur. In caſu contrario director e proprio ſuo ære bonifica-tionem inomiſse præſtabit.

5to: neque canes, & cattos per advenas ad contumaciam inferri ſinet: verbo hæc animalia ſolicite ſemper arcenda erunt, facile enim per hæc malum peſtiferum induci poteſt.

6to: curabit director, ut victualia, aliaque neceſſaria con-tumaciſtis debito tempore, ac tolerabili pretio procurari queant, ne incluſorum ſors adverſa neceſsitate, aut cariſtia exaſperetur: ideo conſcientioſe venditores monebit, ut ne in illis, qui propter ſecuritatem maxime publicam, adeoque & propter venditores, ob propagationem tanti mali in præcluſuris plurimas incommoditates ſuffere coguntur, turpe lucrum quærere ſtudeant: unde præpri-mis invigilandum erit tracterio ad domum contumacialem conſti-tuto, ut is cibos bene coctos, paratosque, vinum bonum, crema-tum, & cereviſiam vendat, taxa quippe per inclitam commiſsio-nem defigenda.

7mo: complures in hac domo ſecuritatis in contumacia ſer-vandi erunt, qui propter privata ſua commoda, quippe pro vin-demiatione in promontoriis transdanubianis ſituatarum vinearum ſuarum, ex hac parte ad aliam transiverunt, aut cauſſa quæſtus e parte transverſa huc intenderunt, & unde commodum qui habere vult, ne incommodum ferre recuſet, præcipitur, ut tales privatis ſuis expenſis ſuſtentationem ſui procurare velint: multi ex his ha-bebunt cognatos promtos, & paratos ad id, ut in natura victualia pro ſuis in domo contumaciali exiſtentibus adferant, quibus illa ſaltem ſub cautelis transponenda erunt: ne vero tales exſpectatione longiori divexentur, ex parte inclitæ commiſsionis præcipitur, ut hora 8va matutina, & 4ta pomeridiana omni die in præſentia di-rectoris, aut chirurgi, cuſtodisque inſtituatur talis victualium, alia-rumque rerum receptio.

8vo: victualium, aliarumque neceſsariarum rerum e du-plici ratione facile defectus oriri poterit, quippe per ignorantiam

ſuorum toto tempore contumaciæ alimentum præſtandum habentium, aut impotentiam victualium per ſuos ſubminiſtrandorum: in utroque hoc caſu inclita commiſsio regia ut miſeris incluſis ſuccurrere, & ſimul ærario parcere poſsit, ſequentes diſpoſitiones obſervandas imponit.

a) ut primum contumaciſta e locis vicinis incliti comitatus hujus oriundus receptus fuerit; per concernentem jurisdictionem illius propinquis notificabitur, ut ad ſuſtentationem vitæ alimenta in contumaciam retento per eos ſine mora ſubminiſtrentur: eouſque, donec a domeſticis victualia ſubminiſtrentur, ut illorum ſors fame ne exaſperetur, tales caſus inclitæ commiſsioni pro congruis ponendis remediis indilate per directorem referentur, quem in finem commiſsioni huic regiæ ſingulus advena ad contumaciam receptus nominetenus cum ſpecifica deſignatione loci, unde oriundus eſt, deſignabitur.

b) in caſu vero altero etiam inclitæ commiſsioni indilate relatio ſpecifica facienda, ut eorum proviſio per inclitam commiſsionem regiam ſine mora fieri poſsit: intertentio e communi caſſa erga prævie recipiendam ſcriptam aſsignationem ſubminiſtrabitur.

9no: munditties diligenter procuranda, ſervandaque tam contumaciſtarum, quam ipſius ædificii, in eoque contentorum repagulorum præcipitur, unde, ut ſe, reſque ſuas ſæpius contumaciſtæ mundare, lavareque poſsint, in cadis in ſingula repaguli area poſitis ſufficiens, recensque aqua præſto ſit: ſingulo die cadi tales evacuabuntur, recentique aqua implebuntur: ſegniores ad frequentiorem tam ſuimet ipſorum, quam veſtium lotionem ſeverioribus etiam mediis compellet: una imponet repaguli famulis, ut evacuato repagulo illud ſemper ſolicite fumo antipeſtilentiali perfumetur ſecundum inſtructionem, deinde ventiletur, ac exſcopetur; area etiam ejus repaguli ab omnibus fecibus, & quisquiliis repurgetur, ut hæc novis inhabitatoribus nulla ratione nocere poſsit.

10mo:

10mo: diebus nundinarum ad raſtellum præſens erit director, invigilaturus cuſtodi, & famulis raſtelli, ut rerum emtarum receptio, venditarum traditio præſcriptis ſub cautelis peragatur: in hac operatione ſi contingeret per tactum, aut contrectationem veſtium commixtionem aliquam factam fuiſſe; talis ſuſpectus, quiscunque demum ſit ille, ad raſtelli cincturam internam pellatur, ſubſeque contumaciæ ſubjiciendus.

11mo: ad raſtella hæc non ſolum victualia, aliæque res neceſſariæ aut emuntur, aut venduntur, unde emtio, ac venditio, dein receptio, ac traditio rerum inſtituitur; verum etiam varii contractus inter commerciantes iniri poſſunt, qui ut legales ſint, ſemper præſentia directoris, chirurgi, & cuſtodis requiritur, ſive ii inter literatos, ſive inter non literatos inſtituantur: contractuum talium traditio, ac receptio ſub cautelis præſtabitur.

12mo: ſicut in ſuſceptione; ita & in dimiſsione contumaciſtarum ut præſens ſit director, neceſſe eſt, viſitationeque eorum a chirurgo in deſtinato cubiculo ſingillative peracta eos egredi e præcluſura contumaciæ jubebit, quibus reſtituet omnes res in protocollo ſecundo præſpecificatas, ac ſic teſtimonium ſuper omnibus his per ſe, ac chirurgum viſitantem ſubſcriptum ſingillative dabit, pro paſſualibus ad inclitam commiſsionem eos relegaturus: una director inclitæ commiſsioni relationem præſtabit tam ſuper actu viſitationis; quam accurata receptione rerum ad contumaciam delatarum, imminentem talem ſocietatis alicujus finita contumaciæ periodo dimiſsionem prævie una die ſcripto ſpecifice inclitæ commiſsioni exhibebit, opus vero dimiſsionis ſequenti die circa horam 10^{mam} antemeridianam ſuſcipiet: finita viſitatione veſtes egredientium, quemadmodum in ingreſſu, ita etiam occaſione egreſſus in camera pro hoc uſu conſtituta tantiſper ſecundum inſtructionem perfumari debebunt, vel maxime pelliceæ, ac cauſape ruſticorum.

13^{tio}: ſi in repagulo aliquo domus contumaciæ peſtis ſe oſtenderet, homo talis infectus illico ad conſtitutum lazaretum peſti-

ſtilentiale deducetur; alii vero ejusdem ſocietatis omnes e repagulo deducentur, ac pro nimium ſuſpectis habebuntur, unde & illi ad lazaretum peſtilentiale, cubiculum quippe nimium ſuſpectorum ponentur una cum famulo repaguli ejusdem: cubiculum illud, in quo peſtis exorta eſt, purgabitur ſecundum inſtructionem pulvere antipeſtilentiali perfumandum, nec citius ad illud novi hoſpites ponentur; donec tota procedura purgationis normaliter præſcripta peracta non fuerit.

Chirurgus aſsiſtet ægro peſtilentiali, qui dein ad viſitationes contumaciſtarum haud admittetur, & tunc pro expoſito habebitur.

Caſus exortæ peſtis indilate inclitæ commiſsioni regiæ per directorem referetur.

14to: a contumaciſtis nullum donarium nec in ære, nec in alia re ſub pœna indubiæ caſſationis omnibus penes contumaciam conſtitutis acceptare prohibetur, imo pro ratione conditionis etiam ſub pœna ſeveriſsimæ caſtigationis receptio donorum ab inclita commiſsione regia interdicitur: ne hoc ſtatutum aſtutia maleverſantium elidi poſsit,

15to: vetatur ſub eadem pœna omne commercium, ſeu quæſtus cum contumaciſtis, unde nihil commutare, nihil vendere licet individuis in contumaciæ domo defungentibus.

16mo: maxima pars officii directoris erit, ut tam inter ſervitio fungentes, quam alios contumaciſtas omnis occaſio murmurandi, aut plane diſſentiendi tollatur, & ideo neminem rei alicujus faciendæ protelatione, continuaque verbali promiſsione, ſerotina tamen efectuatione vexari paſſura eſt inclita commiſsio regia: diſcordias ſeminantes, rixasque foventes ſpecifice inclitæ commiſsioni regiæ indilate referentur pro congruo remedio adhibendo.

17mo: ne vero ex ignorantia obligationis apud alia ſervientia quoque individua disordo, neglectusque ſalutarium diſpoſitionum ab inclita commiſsione regia hac emanatarum exoriri

poſsit,

posſit, ut director omnes obligationes individua contumaciæ vernacula lingua edoceat, ſerio præcipitur: imo & futuras diſpoſitiones ab inclita commiſsione extradandas, in quantum alia etiam individua tangerent, lingua vernacula explanabit.

18vo: ne ſors contumaciſtarum quacunque ratione afflictior reddatur, director ſæpius inſpiciet, num ſubalterna individua obligationibus ſuis ſatisfaciant, negligentes ad accuratius obeunda ſervitia exſtimulabit, moroſos, & recalcitrantes inclitæ commiſsioni regiæ deferet: unde ſæpius contumaciſtas ſingillative interrogabit, num aliquam querelam contra famulos repagulorum non habeant; num hi in exequendis ſervitiis ſuis diligentes ſint; num res neceſſarias debite, ac ſine mora acquirant; num cum illis famuli humaniter agant? &c. In reliquo ad procurandam domus contumacialis majorem ſecuritatem director contumaciæ ſingula die perlecto nomine contumaciſtarum in quolibet repagulo diſtinctim revidebit, num omnes abſque defectu adſint: eatenus qualibet die commiſsioni regiæ relationem præſtabit.

19no: literæ ex partibus transdanubianis occluſis in nullis aliis locis acceptabuntur; quam ad raſtella, ubi omnes promiſcue in præſentia unius individui per inclitam commiſsionem regiam exmittendi; in aliis autem locis contumacialibus in præſentia poſtæ magiſtri, aut officialis magiſtratualis aperiri, ut ſub N^{ro} 3^{tio} videre eſt, & ita per vapores aceti traduci, ſicque in inſtanti obſigillari debent: directoris obligatio erit, eas ſemper obſigillare ſigillo contumaciæ, ac ſic omnes ad cancellariam inclitæ commiſsionis regiæ expedire: perlectio literarum ſub pœna graviſsimæ animadverſionis, indubiæque caſſationis prohibetur.

20mo: ordines ab inclita commiſsione regia recipiendos ſancte, promteque director exequetur, fideliter relationes ſuas indilate præſtabit, neglectum, culpamve tam ſuam, quam aliorum non celabit; ſed illico, ut res ſe habet, inſtituto prius examine inclitæ commiſsioni referet, ut ab eadem debito tempore medela

 poni

poni posſit, ne per protelationem, aut occultationem reatuum in hoc momentoſiſsimo negotio ſanitatis disordo naſcatur, cujus onus ſub graviſsima animadverſione, ſubſequenteque promerita pœna laturus eſt.

21mo: cautelas ſub N^{ris} 1mo, 2do, 3^{tio}, 4to, &c. ſignatas, & ab inclita commiſsione transmiſſas, quibus res variæ a Sirmienſibus recipi tute valeant, ſancte ſervabit, ſervarique per alios faciet: ſi aliquid dubii in applicatione earum exoriretur, ad inclitam commiſsionem pro ulteriori inſtructione recurret, quod in omnibus etiam aliis caſibus dubiis facere non intermittet.

22do: ne individuorum ad contumaciam ſervientium zelus per penitus negligendam, aut nimium differendam exſolutionem labefactetur, diſpoſuit inclita commiſsio regia, ut omni ſeptimana die martis conſignationem individuorum, competentiumque diurnorum inclitæ commiſsioni director exhibeat, ut aſsignatio debito tempore ſubſequi poſsit.

23^{tio}: director, chirurgi, & cuſtodes ab inclita commiſsione regia denominabuntur; famulorum ſuſceptio prudenti, ac diſcreto judicio directoris relinquitur, quorum tamen tam neceſsitas ad propoſitionem directoris; quam eorum ſuſceptio ſemper ab inclita commiſsione regia rati habebitur.

24to: in reliquo, quæ circa curam animæ, vigilias, teſtamenta, mortem, ac ſepulturam alicujus contumaciſtæ, ita & merces, aliaque nonnulla adhuc puncta, rarius in hac domo contumaciæ occurrentia, in benigno normativo regio de anno 1770 obſervanda præcipiuntur, ad amuſsim director efectuabit, in minimo dubio in iis occurrente ad inclitam commiſsionem regiam ante efectuationem adhuc refugiet, & tabellarem relationem ſuam ſuper ſtatu individuorum, normalem contumaciæ periodum exigentium, juxta præſcribendum formulare in uno exemplari qualibet die horis veſpertinis inclitæ commiſsioni regiæ inomiſſe ſubmittet. Ceterum cuſtodi, & famulis raſtelli ſeveriſsime injunget, ut die jam adveſpe-

vesperascente omnes advenæ transdanubiani ad transversam Sirmii partem reinvientur, neque ullus in rastello noctem exigere admittatur. Quemadmodum autem ipse director habitationem suam intra ambitum cincturæ contumacialis domus habiturus est, & ex illa semet absentare nullo sub prætextu audebit; ita totum suum statum personalem ad idem adstringet, quin imo vigili sub oculo servabit, ne quispiam illorum absque prævia facultate seu die, seu noctu e loco sibi destinato semet movere attentet.

Juramento in benigno normativo regio contento obstringetur.

III.

Instructio chirurgi pro visitationibus contumacistarum, et ægrorum cura penes contumaciam destinati.

1mo: contumaciam ingredi volentes singillative in distincto cubiculo præscripta norma visitabit, explorando per visum totum corpus, num aliquis signa pestis non habeat.

2do: ad resciendos illos bubones, qui facile se fugitivo oculo subducere possunt, motus manuum, & pedum necessarius est, in quo si dolor aliquis sentiatur, indicia pestis adsunt, unde chirurgus serio monere debet singulum, ut genuine fateatur, num dolor adsit, aut non.

3^{tio}: si in aliquo indicia, signaque pestis reperirentur, talis casus indilate detegi debet directori contumaciæ alioquin præsenti, inclitæque commissioni e vestigio relationem facturo.

4to: si chirurgum contigisset quacunque ratione tactu, aut contrectatione vestium mixtum fuisse occasione visitationis, is cum illa societate, in qua talis mixtio facta est, tempus contumaciæ exigere debet.

5to: statum sanitatis contumacistarum curabit, &, si contingat aliquem morbo affici, talem ad nosocomium pro non infectis destinatum deduci curabit, media illi ibi præstiturus: una directori talem casum referre non intermittet.

6to:

6to: ſi infirmi in noſocomio non ſunt, omni ſeptimana ſemel; ſi vero adſint, tunc omni die relationem præſtabit directori: in gravioribus morbis conſilium domini phyſici expoſcet.

7mo: egreſſuros e contumacia periodo contumaciæ exacta ſingillative per tactum viſitabit.

8vo: ad evitandum omne periculum mali peſtilentiæ tam in ingreſſu, quam egreſſu in dubiis caſibus conſilium domini phyſici expetet, tantisper viſitationem ſuſpenſurus, donec ab eodem ulteriorem inviationem in perſona accepturus non eſt.

9no: ſi in repagulo aliquo ſuſpicio peſtis exoriretur penes contumaciſtam, eum ſtricto examini, viſitationique per viſum ſubjici oportet, & repertis ſignis peſtis æger ad lazaretum peſtilentiale una cum tota ſocietate, & famulo deducetur: caſum vero directori, & domino phyſico deteget, illi, ut indilatam deſuper inclitæ commiſsioni relationem faciat; dominus phyſicus vero, de benigno normativo ſuperiorem inſpectionem habens, cum omni poſsibili præcautione peſtis curam præſcribet, & ordinabit.

10*mo*: ſi in dubiis caſibus occaſione viſitationis a phyſico ad aliquem per tactum viſitandum provocetur, juſsis ejus ſine mora obediat.

11*mo*: in omni cura tam morborum communium, quam peſtilentialium præſcriptiones, ac conſilia medici fideliter exequetur, cui omnem ſubalternationem præſtabit.

12*mo*: omnes diſpoſitiones inclitæ commiſsionis fideliter exequetur, ita & omnia, quæ in benigno normativo præcepta ſunt, pro cynoſura habebit, neque ab illis ullo ſub prætextu recedere, aut quidpiam intermittere præſumet.

13*tio*: nunquam quocunque ſub titulo, & pœna perferendorum duriorum carcerum ſine præſcitu, ac indultu inclitæ commiſsionis e loco ſtationis ſe abſentare audeat: proinde in deſignato quarterio ſuo diu noctuque præſens eſſe debebit.

IV.

IV.

Instructio chirurgi non expositi.

Hujus necessitatem sequentes casus dictant.

1mo: si expositus infirmetur.

2do: si expositus ad pestilentiale lazaretum poni debeat.

3tio: si expositus moriatur.

4to: si in visitatione contigisset expositum tactu, aut contrectatione mixtum fuisse.

Cum autem chirurgi in his casibus haberi statim non possent, per longiorem autem chirurgi absentiam disordo non mediocris enasci posset; inclita commissio unum adhuc, præter expositum chirurgum, ad domum contumacialem resolvit, qui nullam visitationem suscepturus eousque est, donec expositus non fuerit; verum videbit

1mo: num cibi bene cocti contumacistis per constitutum diversitorem præbeantur.

2do: num panis bene pistus vendatur tam ad rastellum Sirmiensibus, quam contumacistis.

3tio: invigilabit, ut fructus maturi vendantur ad rastellum.

4to: examinabit strenue visitando, ut vinum, crematum, cerevisia bonæ qualitatis vendantur.

5to: assistet personali non exposito, si ex eo aliquis infirmaretur.

6to. si aliquem defectum sive ad rastellum, sive in contumaciali domo animadverterit, indilatam relationem directori faciet.

7mo: occasione nundinarum ad rastellum semper præsens erit, & impedito directore literas sub cautelis acceptas obsigillabit, dein, ut ordo securitatis per commissionem regiam præscriptus servetur, invigilabit, nihil nisi sub præscriptis cautelis ad hanc partem recipi patietur.

8vo: omnia juſſa inclitæ commiſsionis regiæ fideliter exequetur, & partes obligationis directoris illo impedito ſupplebit, quem in finem præter benignum normativum ipſa quoque directoriis inſtructio eidem pro cynoſura extradabitur.

9no: juramentum deponet.

10mo: nunquam quocunque ſub titulo, & pœna perferendorum duriorum carcerum eidem pro demerito ſuo dictandorum ſine præſcitu, ac indultu inclitæ commiſsionis regiæ e loco ſtationis ſe abſentare audeat: proinde in cinctura ædium contumacialium ſine intermiſsione præſens eſſe debebit.

V.

Inſtructio pro cuſtodibus raſtelli.

1mo: cuſtodes ad raſtellum occaſione nundinarum res emtas ita tradent Sirmienſibus, & reciproce Neoplantenſibus, ne mixtio aliqua ratione, id eſt, tactu, aut contrectatione veſtium accidat: unde

2do: res etiam ſub cautelis a Sirmienſibus recipient, ut fructus, &c.: & ideo tam res emtæ, quam venditæ ad mediam clauſuram ponentur in ordine, & quidem res a Sirmienſibus recipiendas per portam ingredientes famuli prævie a cuſtodibus illuc collocatas tradent poſſeſſoribus; res vero recipiendas a noſtratibus prævie famuli raſtelli ad mediam clauſuram ponent; cuſtodes vero æque prius ex aſſe perfuſas, & lotas tollent, ac ſic emtoribus tradent.

3^{tio}: ubi famuli res e media cinctura aut auferre, aut vero ad illam ponere volunt, cuſtodes ſe ſemper retrahant, ne aliqua ratione malum peſtiferum communicari poſsit.

4to: literas, aliaque ſcripta præſcriptis ſub cautelis recipient.

5to: invigilabunt famulis, num circa res, quas involucris, fune, filo, lana, ſerico, charta, canabe, goſſypio ne fors liberare oportet, ſolicite ac fideliter in hoc puncto munus peragant, ac cautelas in illo obſervent.

6to :

6to: victum, & provifionem quamcunque aliam fub præfcriptis cautelis tradent contumaciftis, ita & literarum receptionem præfcripta modalitate fufcipient.

7mo: patinam, in qua cibus aliquis; lagenam, in qua vinum, & cerevifia, &c. erat, antequam recipiant, per famulum repaguli bene aqua aceto mixta lavari, dein ad certam diftantiam deponi curabunt: iidem, antequam manibus hæc inftrumenta contrectent, aqua illa perfundent, & diligenter abluent.

8vo: omnium rerum a fufpectis traditionem, & omnium ab iis receptionem tam ad raftella, quam ad contumaciæ repagula fub cautelis jam ordinatis cuftodes peragent.

9no: in dubiis cafibus ad directorem recurrent, cum fubalterni fint.

10mo: invigilabunt excefsibus contumaciftarum, aliorumque huc ex officio aut curiofitate advenientium, ubi fi tales defectus animadverterint, illico directori referant.

11mo: in cinctura raftelli facile per ventum fubinde exortum petafus, aut res e parte firmienfi, adeoque fufpecta, transferri poffunt, fic & ftrophium, antipendium, ad quod variæ res recipi folent; contagii tamen peftiferi nimium capacia hæc reputantur: unde, ut tales cafus præveniantur, ex parte inclitæ commifsionis hujus demandatur cuftodibus, ut vento majori tegumenta capitis, aliasque res mobiles vento fecundo raptandas ita cuftodiant, ne facile manibus furripi pofsint.

In cafu contrario ob invigilantiam certe fupinam tales res igne concremandæ decernuntur, fi ex parte fufpectorum ad noftram partem deferantur; omnes vero illi, qui attigerint delatam talem rem, contumaciæ fubjiciendi venient.

Si vero ex noftra parte res levior, ut petafus, ftrophium, antipendium, ad locum fufpectum transferatur, talis neutiquam amplius reddatur; fed præ manibus apprehendentium relinquatur: in reliquo feverifsime interdicitur, ne ab advenientibus quocunque

ſub titulo quidpiam recipere, deſumere, aut extorquere præſumant; verum omnes & ſingulos promte ſtatim expediant: menſuras accurate obſervabunt, fraudes autem famulorum expoſitorum, quocunque ſub titulo in præjudicium advenarum attentatas, directori ſub metu irrogandæ gravioris pœnæ fine faciendi remedii illico referent: inter cetera autem id quoque curabunt, ut pro abluendis diverſi generis eſculentis, & liquorum vaſis in pluribus cadis aquam ſemper puram ſervent, quem in finem quotidie cadi hi quater etiam per diem evacuabuntur, & limpida, recentique aqua implebuntur.

VI.

Inſtructio pro famulis contumaciæ expoſitis.

1mo: curabit ſingulus in ſuo repagulo, ut mundities ſervetur, ac bonus habeatur ordo, & ideo

a) omni die cubiculum ſcopabitur, feneſtræ, & portæ aperientur: idem cubile bis per diem perventilabitur, dein fumo peſtilentiali mitiori perfumabitur.

b) veſtes lotas, madidas, feces peronum in repagulis haud permittent ſiccari.

c) veſtes omnes contumaciſtarum ſæpius perventilabuntur in area repaguli.

d) adſtringent contumaciſtas, ut ſe, ac res ſuas ſæpius lavent, monebunt moroſos, recalcitrantesque directori deferent.

e) ſolerter inſpicient cadis, num aqua ſufficiens ſit, ad quos ſingula die recentem procurabunt: ut aqua in iis munda, & limpida habeatur, ſæpius cados, & utenſilia in hos fines deſtinata lavabunt, & in iis ultra unam diem aquam detinere non præſument; ſed efuſa diei prioris aqua recentem immittent.

2do: ſi aliquis infirmetur, directori inſinuare illico debebit.

3^{tio}: pacem, & concordiam cum contumaciſtis fovebit famulus, omnemque diſſenſionem neſors inter contumaciſtas enatam,

ita

ita & eorum necefsitates indilate directori deferet, in reliquo autem folicitus erit, ut omnia pofsibilia fervitia absque morofitate, fecus gravius caftiganda, contumacifiis præftentur, & hi tam victu, quam potu omni tempore quam exactifsime provideantur.

4to: cum omnibus contumacifiis humaniter agent, juffa fuperioritatis fideliter exequentur, a nullo fub quocunque titulo quidquam extorquere, ac defumere attentabunt fub pœna feverifsimæ caftigationis.

5to: juramentum deponent.

VII.

Inftructio pro famulis expofitis ad raftellum.

1mo: per expofitum famulum raftelli literæ omnes in præfentia unius individui inclitæ commifsionis, & directoris contumaciæ, aut eo impedito chirurgi non expofiti fine difcrimine aperientur, folicite perquirentur, num materia aliqua, ut eft pannus, tela, ligula, filum, in iis non contineatur, quæ, & fimilia fi reperientur, ejiciantur, dein literæ machinæ perfumatoriæ imponantur.

2do: omnis epiftola fingillative aperiri, & per famulum machinæ una cum cooperculo imponi debet, ne confufio in illis, aut acclufis aliis fcriptis quaqua ratione enafcatur.

3^{tio}: in machina literas vaporibus aceti traductas forfice excipiat, quas cuftos recipiet, & directori pro figillatione tradet.

4to: ferio prohibetur, ut ex raftelli cinctura nihil fine cautelis per directorem vernacula lingua explicitis extradare audeat fub pœna feverioris animadverfionis.

5to: juramentum deponet.

6to: ut quicunque fructus ex parte firmienfi ante traditionem diligenter perveftigari pofsint, octo ftoreæ comparabuntur, ut efufi fructus, aut efculenta pro commercio humano absque periculo contagionis qualificata perveftigari, & a quibusvis materiis,

morbum peftiferum recipientibus, prævie debite purgari pofsint: quapropter tam hæc præmiffa; quam alia in punctis cautelarum defixa quam exactifsime obfervabunt, fecus illico a fervitio fuo amoti feverifsimæ pœnæ fubjicientur: generaliter autem adveniente vefpere omnes advenas ad partem firmienfem illico relegabunt, neque ullum intra cancellos raftelli per tempus fubfecuturæ noctis pernoctare fub pœna 50 baculorum admittent.

ad pag. 136.

PROTOCOLLUM
PERSONARUM IN CONTUMACIAM ASSUMTARUM.

Dies, Menſis, Annus introitus in contumaciam.	Numerus literarum paſſualium.	Habet indultum aſſumtionis a	Durat hoc indultum usque	Nomen, & Cognomen.	Habitat			Deſcriptio perſonalis								Veſtitus eſt.	Tendit.	Finis contumaciæ.	Numerus teſtimonii *Fede* dicti.	Capita.
					in provincia	in loco.		conditionis.	ætatis.	ſtaturæ.	crinium	barbæ.	ſuperciliorum.	oculorum.	faciei.					

M.

COPIA
RELATIONIS DIRIGENTIS MEDICI
AD
ILLUSTRISSIMUM DOMINUM
COMMISSARIUM REGIUM
DE DATO 24tæ OCTOBRIS 1795 EXARATÆ.

Vigeſima prima hujus illuſtritatis veſtræ juſſu cum domino vice-comite Jankovics Mangyeloſinum profectus, die ſequenti ad clatra vicini cordonis mandata mihi objecta cum magiſtratualibus rumenſibus tractavi. Quæ inter cum præcipui nominis eſſet eductio ſanorum adhuc Irreghienſium e media contagii contrahendi occaſione; exhibuit mihi dominus vice-judex nobilium Polyák, & geometra Wirth planum territorii contumacialis ab iis jam cœpti inſtrui, quod ita comparatum, ut tuguriis in ambitu terreni quadrangularis æquali a ſe invicem diſtantia locatis nec ſingulorum mutua ſeparatio, nec vigilum locatio idonea procurari poſſet; eatenus mutari propoſui, ut tuguriis, quæ in lateribus oppoſitis brevioribus ponebantur, ſublatis duplex ordo tuguriorum naſceretur, eadem ſerie deinceps continuandus, inter quem per noctem lampadibus inſtructum vigiles libere commeare poſſent: una vero neceſſarium eſſe declaravi quodvis tugurium proprio recinctu ambiri, ne una familia ne fors peſtem habitura per ceteras, communionem cum illa habentes, contagium ſpargatur: addidi porro præter ea, quæ commiſſario, chirurgo, vigiliis deſtinata ſint, extraque ambitum territorii contumacialis locari debeant, ſingularia tu-

tuguria requiri pro iis, qui tempore contumaciæ infirmentur, ut momento ſtatim facta ſeparatione etiam prius, quam certo de peſte conſtet, ceterorum ejusdem tugurii incolarum infectioni, quam poteſt, obviam eatur; requiri porro horreum majuſculum, in quo veſtes lotionem non ferentes, currus, helcia per contumaciæ tempus ventilentur; caſam pro fumigatione veſtium, ubi illæ ſemel, aut bis quavis per contumaciæ tempus hebdomade fumigentur, iterum ventilandæ: denique expoſui ſequentem proceduræ in hoc contumaciæ objecto ordinem, quem illuſtritati veſtræ ſua ſanctione ſtabiliendum propono.

1mo: dominus juraſſor Hajnovics pro ſignificato illi numero tuguriorum exſtructorum inibit elenchum familiarum primo tempore educendarum, in quo id obſervabit, ut eæ primæ educantur, quæ aut prorſus immunes hucusque a peſte fuerunt, aut ſaltem ex longo tempore neminem ex peſte ægrum, aut mortuum numeraverunt, eumque elenchum etiam dominus medicus Budai ſubſcribet.

2do: idem injunget iisdem familiis, ut interea, quam tuguria contumacialia cum ſuis requiſitis penitus adparentur, domos ſuas, veſtimenta methodo a domino medico eatenus jam inviato ſpeciatim præſcribenda depurent, res ſuas, quas ſecum accepturi non ſint, ſpecificatas, ciſtæque ab adjurata perſona ſignatæ incluſas ad ſtabula caſarnæ deferri curent, deinceps una cum cetero oppido depurationi neceſſariæ ſub inſpectione publica exponendas. Ad vitandam caſarnæ infectionem ciſtæ prius, quam inferantur, pro foribus diligenter aqua abluendæ erunt. Illationem ipſam facient famuli caſarnæ.

3^{tio}: qui res multas, aut fornices mercibus plenos nunc vel recluſos jam, vel legaliter occludendos reliquerint, inviabuntur, ut fidum hominem ſuo ære alendum, & ſolvendum conſtituant, & deſignent, qui privatam rerum illarum cuſtodiam, & faciendam deinceps ex præſcripto publico depurationem una procuraturus ſit.

4to:

4to: exituri inviabuntur, ut ſibi in contumaciæ tempus ejusmodi tantum veſtimenta adparent, quæ lotionis patientia ſunt, ceteris interea depurationem ſubituris; una autem ſecum ſumant cadum mediocrem pro aqua ſervanda, inſtrumenta coquendi, & aliquam proviſionem victuariam conſervationis patientem, cetera eo facilius Ruma ſubminiſtranda.

5to: ante dimiſsionem ex poſſeſsione ſinguli a medico ſuo viſitentur nudi, ab eoque teſtimonium abſentiæ peſtis accipiant; dominus autem juraſſor Hajnovics ducat protocollum dimiſſarum familiarum, & perſonarum in ſingulis, ubi una notetur, quo, & ſub qua ſignatura res earum depoſitæ ſint, aut cui commiſsionem rerum ſuarum curandarum mandaverint.

6to: ad contumaciæ domum delatos commiſſarius in ſua tuguria repartietur, medio famuli expoſiti recipiet ſupellectilem omnem, ventilationi, depurationique exponendam, eamque in protocollum recenſebit: ejus per famulitium expoſitum, juxta privatum tugurium habiturum, cuſtodiæ, perſumigationi, ventilationi invigilabit, quod famulitium nulli alii deinceps apud contumaciſtas officio obnoxium erit, imo ab eorum territorio arcebitur, ne fortaſsis ab uno eorum peſtem accipiente contaminatum infectionem in veſtes transferat. Horum famulorum, quos non magno numero eſſe oportebit, aliquo peſte correpto, omnes ſocii a purgationis negotio removendi, novi famuli ſani conducendi, veſtium contumacia de novo inchoanda erit: veſtes lotionis patientes ipſi contumaciſtæ modo præſcripto lavabunt, inque cincturæ ſuæ atrio ſuſpenſas ſiccabunt.

7mo: commiſſarius quotidie obibit ſingula tuguria, de neceſsitatibus incolarum reſciſcet, eorumque quo ocius faciendam adparationem curabit: idem diſtribuendos habebit idoneis locis, & ſufficienti numero vigiles, iis, uti & famulis depurationis, & miniſtris contumaciæ attendet: idem denique curam habebit equorum currulium, quos contumaciſtæ ſecum ex oppido attulerunt.

8vo: chirurgus, ſingulatim ad hanc contumaciam deſignandus, eodem modo quotidie viſitabit perſonas ſingulas, ægrotam quamque, niſi apertum ſit morbum peſtem non eſſe, ſeparabit in tugurium ſingulare, ut adveniens ſubinde medicus de ægro ex peſte homine Irreghinum referendo conſtituere poſsit: ſuper ſtatu ſanitatis contumaciſtarum medio tabellarum pro chirurgis concinnatarum relationem præſtabit.

9no: medicus autem rumenſis omni tertio die viſitabit hanc contumaciam, functiones chirurgi ſuperinſpiciet, de ægris Irreghinum transferendis decernet: quibus ablatis tugurium illud aut diligenter mundandum, aut plane diruendum veniet.

10mo: ſi æger obortus infans ſit, aut proles tenera, voletque eum mater, nutrix, aut alius de familia deſignandus ad ſeparatum tugurium, aut Irreghinum etiam comitari, non videtur privatæ huic oblationi obſiſtendum eſſe.

11mo: una aliqua alicujus tugurii perſona peſte correpta, ceteros ejusdem tugurii incolas a die novi morbi initium novæ, & quidem 42 dierum contumaciæ computare debere nemo dubitabit: ſed normativum ſanitatis exigit, ut omnium ejusdem territorii contumaciſtarum contumacia de novo inchoetur, quantumcunque mutuus ſingularum præcluſurarum acceſſus impeditus fuerit: id quam oneroſum, & difficile ingruente in primis hieme non minus; quam nullo ſufficiente fundamento nixum inſtitutum ſit, facile intelligitur: quid hic jam conſtituendum ſit, ut illuſtritas veſtra decernere dignetur, commemorare ad me pertinebat.

12mo: dimiſsio familiarum e contumacia fiet per judicem nobilium, dato commiſſarii atteſtato de rite mundata omni ſupellectili, & medici de peracta poſt finem contumaciæ inſpectione legali corporis, & ſanitate: paſſuales quoque ab eadem magiſtratuali perſona extradabuntur.

At-

Atque hæc ſunt ſumma illa capita ordinandæ pro Irreghienſibus &c. contumaciæ, quæ illuſtritati veſtræ ſancienda propono eo addito, ut dignetur decernere, quatenus adparato territorio contumaciali eodem excurrat judex nobilium cum medico rumenſi, qui ſcriptum de illo rite, adque mentem ſupra dictorum adparato teſtimonium legale perhibeant.

N.

C O P I A

REPRÆSENTATIONIS PROFESSORIS SCHRAUD

AD

ILLUSTRISSIMUM DOMINUM

COMMISSARIUM REGIUM

DE DATO 23*tiæ* OCTOBRIS ANNO 1795 EXHIBITÆ.

Tuguria discreta ſingularia ſive pro ſingulis familiis contumaciſticis, ſive pro ipſis ſeorſim ægris accomodatiſsima mihi hucusque viſa ſunt, & talia eſſe res ipſa cum alibi, tum vero Vukovarini docuit. Si adveniente hieme tuguria ſubterranea pro contumaciſticis familiis non minorem commendationem habent; eadem pro ipſis ægris mihi non prorſus ſatisfaciebant, quia famulitium ægro miniſtraturum juſto plus occaſioni contrahendi contagii exponunt, ægros vertigine titubantes periculoſorum lapſuum occaſioni exponunt. Itaque aliam concepi ideam noſocomii hiemalis peſtiferorum, quam pro mea rei architectonicæ ignorantia hic expreſſam illuſtritati veſtræ ſubſterno.

1*mo*: fiat loco ſicco, nonnihil elevatiore ex aſſeribus domus, ad minimum duas orgias lata, longitudinis indefinitæ pro diverſo ægrorum numero ſperativo, uno latere longiore ad ſeptentrionem; altero ad meridiem converſo: domus hæc extus ad majorem ab omni intemperie defenſionem luto illiniri poterit.

2*do*: domus hæc, ſi una fornace in medio locata calefieri non poterit, in cubilia plura ita dividatur, ut ſingulum fornace in medio locata idonee calefieri poſsit.

3*tio*:

3tio: cubile ſingulum dividatur in cameras æquales, quarum ſingula longitudinem 2 aut 1½ orgiarum habeat: una camera ab altera non pariete ex aſſeribus facto; ſed tantum cratibus dividatur: quævis ejusmodi camera uni ægro inſerviet.

4to: camera unius cubilis illa, quæ inter ceteras media eſt, etiam minor aliquanto eſſe poterit: in ejus meditullio locabitur fornax ferrea furni oſtio ad cameræ portam converſo: ita accedere calefactor poterit ſine periculo contrahendi contagii.

5to: cuilibet cameræ ſua erit porta in latere meridionali, ampla, nullum inferius limen habens, extrorſum aperienda; in latere autem ſeptentrionali feneſtræ duæ itidem extrorſum patentes, ſuperior vitro obducenda; inferior portula lignea: ita aperiri conclave ægri poterit, quin famulus aperiens primo athmosphæræ ægri prodeuntis impetui exponatur.

6to: quævis camera habebit inſuper foramen in pavimento ſub tectum aſcendens, operculo mobili inſtructum: quæ opercula, ad ſe invicem funibus pelliceis alligata, adfirmatis ad utriusque lateris noſocomii brevioris ſummitatem cochleis pro libitu aperiri, & claudi poterunt.

7mo: hisce modis calefactio, aeris renovatio ſufficiens noſocomio toti provideri poterit, ſine minima miniſtrorum contaminatione.

8vo: decumbens in camera æger aperta prius porta pleno obtutu ſe ſe offeret medico, quin aut ille loco moveri, aut iſte cameram ſubintrare debeat; famulus autem medicamentum, cibum, potum illi ex porta ſubminiſtrare, ut rariſsime, tantumque ad debiliſsimos ægros ſubintrandum cubile ſit: idem nullo limine impediente ſcopari, mundarique ſine difficultate poterit, rebus quibusque brevi quodam manubrio extrahendis: olla lignea, in quam ægri feces ſuas deponant, & alia pro materia vomitu, ſputo reddenda ſimili modo bis de die extrahetur, affuſo pauco aceto, clauſoque operculo ad locum deſtinatum evacuanda, aqua frigida

eluenda: talium ollarum utiliter plures numeró futuræ ſunt: imo ipſum ægri cadaver una cum lectiſterniis, ſtramine, aliaque ſuppellectili eodem modo, nullo id portæ limine prohibente, excipi poterit; imo ipſa terræ a priori ægro conſpurcatæ ſuperficies abradi.

9no: quo & cameræ ipſæ ægrorum, & medicus, ac miniſtri magis ab intemperie aeris defendantur, eminebit in toto noſocomii ambitu tectum ſublitium ſatis amplum, quod & commeatum facilem indulgeat, & pluviam, nivesque arceat.

10mo: præter noſocomium, exſtruendum eſt ſubterraneum tugurium amplum pro reconvaleſcentibus iis, quibus jam ſine febre exiſtentibus ulcus reliquum eſt: hi demum ſanati in contumaciæ recinctum denique transferendi ſunt.

11mo: hæ generales noſocomii exſtruendi ideæ ubi in effectum deducendæ erant, neceſſe exiſtimo committendum eſſe localibus perſonis magiſtratualibus, ut ad ipſum noſocomium exſtruendum non aliter, quam in concurſu localis medici, adjuncta ſingularia pro localitatis ratione modificaturi, accedant, cui integrum ſit, etiam emendationes hujus plani inducere.

O.

O.

CONSIGNATIO

HOMINUM IN POSSESSIONE GERGETEG EX PESTE MORTUORUM, ET RECONVALESCENTIUM.

Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.	Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.
		Translatum .	19
Sophronie Dobriſich.		Alba Jaſsina.	
Pbilipp Loldmann.		Stevan Buhach.	
Danicsa Dobriſich.		Anna Jovanova.	
Milovan Dobriſich.		Jovan Limeonov.	
Stanojka Radoſavleva.		Jacob Limeonov.	
Maria Dobriſich.		Vaſilia Stevanova.	
Maria Toſchina.		Jovan Petrov.	
Pantelia Szervianacz.		Gligorie Petrov.	
Radol Dobriſich.		Theophana Andrieva.	
Miliſav Dobriſich.		Angyelia Jovanova.	
Kumria Velimirova.		Baſilka Velikina.	
Anna Athanaſieva.		Stevan Jakovlev.	
Vladimir Szervianacz.		Vida Markova.	
Jeftimie Stojadinov.		Timothie Miſsich.	
Narantsa Petrova.		Jeſſa Kliſarich.	
Marco Petrov.		Thoda Jovanova.	
Sophia Stevanova.		Gligorie Gorianovich.	
Juliana Petrova.		Jovan Jevremov.	
Petar Jovanov.		Anna Jovanova.	
Latus .	19	Latus .	38

Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.	Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.
Translatum .	38	Translatum .	62
Vaſilia Vaſilieva.		Stojna Lazarovich.	
Maria Timotheova.		Jovanka Udovicza.	
Szara Timotheova.		Roxa Radinova.	
Mihal Pavlov.		Thoſſa Szervianacz.	
Eliſabetha Pavlov.		Stojodin Szervianacz.	
Gligorie Jovanov.		Jvanka Neſtorova.	
Gyorgye Jelich.		Sophronie Koſtich.	
Eliſabetha Jovanova.		Summa .	69
Baſilka Jovanova.			
Gyorgye Vlach.		Nomina reconvaleſcentium.	
Nedelko Velikin.			
Rako Milkov.		Mitra Pavlov.	
Baſilka Udovicza.		Stoja Pavlov.	
Dimitria Jovanov.		Marko Pavlov.	
Thoda Angyelina.		Nedelko Zemitrievich.	
Jelicza Petrovicha.		Pavle Nandus.	
Stoja Avramova.		Roxa Matovich.	
Nityifor Stupich.		Roxias Matovich.	
Milicza Stanimirova.		Vida Pavlovich.	
Juliana Gorianovich.		Stoicza Sofronie.	
Jovan Stevanovich.		Athim Athanaskovich.	
Jeftimie Gorianovich.		Mara Athanaskovich.	
Stevan Neſtorov.		Kata Lazarovich.	
Andria Petrovich.		Jovanka Dimitrovich.	
Latus .	62	Latus .	13

No-

Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.	Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.
Translatum .	13	Translatum .	17
Mara Dimitrovich.		Eva Haberle.	
Martha Dimitrovich.		Francifcus Haberle.	
Velika Stephanovich.		Nikola Gajtán.	
Jevrem Jevromir.		Maria Gorianovich.	
Latus .	17	Summa .	21

P.

CONSIGNATIO

HOMINUM IN POSSESSIONE NERADIN EX PESTE MORTUORUM.

Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.	Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.
		Translatum .	16
Neda Markova.		Szavka Milifavlyeva.	
Milich Markova.		Tadia Pavlov.	
Andria Petrovich.		Jeka Pavlov.	
Uros Athanafiev.		Jeka Kilifaricsa.	
Docza Athanafiev.		Vafzo Kilifarich.	
Maxim Athanafiev.		Stojko Chabunin.	
Thoda Nedelkova.		Mara Chabunin.	
Visha Nedelkova.		Anna Chabunin.	
Mara Baltavicza.		Milovan Chobinin.	
Kumria Baltavicza.		Marco Chobinin.	
Dimitrie Dimitrovich.		Pavle Jvanov.	
Gyorgyie Dimitrovich.		Lazar Jvanov.	
Petria Milofeva.		Jefto Jvanov.	
Matho Milofeva.		Katha Jvanov.	
Martha Stevanova.		Jova Jvanov.	
Mara Milifavlyeva.		Thanafia Joanovicsa.	
Latus .	16	Latus .	32

No-

Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.	Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.
Translatum .	32	Translatum .	56
Jula Joanovicsa.		Feleſie Szubatich.	
Axenia Miloſevich.		Axentie Szubatich.	
Marko Kiliſarich.		Peladia Szubatich.	
Anna Kiliſarich.		Makrena Szubatich.	
Axenia Kiliſarich.		Mara Szubatich.	
Joxim Thadin.		Gavrilo Szubatich.	
Jevrem Thadin.		Jeka Szubatich.	
Teſho Thadin.		Stana Szubatich.	
Pavle Szavin.		Jerina Szubatich.	
Gyuko Bizumich.		Szara Xivkovich.	
Maxim Bizumich.		Aczko Fodorov.	
Theoda Bizumich.		Timothie Fodorov.	
Katha Bizumich.		Jeka Fodorov.	
Nikola Bizumich.		Mihajlo Ugrenovich.	
Sara Bizumich.		Szamojlo Ugrenovich.	
Mara Bizumich.		Damjan Ugrenovich.	
Neſtor Xivanovich.		Jeka Ugrenovich.	
Neſtor Xivanovich.		Thoda Ugrenovich.	
Matho Xivanovich.		Naſta Ugrenovich.	
Vaſilia Xivanovich.		Mara Ugrenovich.	
Thodor Jovanovich.		Jula Ugrenovich.	
Anka Jovanovich.		Gyorgyie Ugrenovich.	
Mara Jovanovich.		Toda Kaloperovich.	
Vemia Szubatich.		Jovan Kaloperovich.	
Latus .	56	Latus .	80

No-

Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.	Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.
Translatum .	80	Translatum .	104
Achim Kaloperovich.		Martha Athanaſkova.	
Axentie Kaloperovich.		Makrena Kozanich.	
Anna Kaloperovich.		Petar Vlach.	
Gligorie Kuzmanov.		Gavrilo Gavrilov.	
Docza Kuzmanov.		Chiro Athanaſiev.	
Mojſilo Kuzmanov.		Petar Athanaſiev.	
Iſak Kuzmanov.		Jovanka Gorolich.	
Neſtor Kuzmanov.		Martha Gorolich.	
David Szavich.		Proka Gorolich.	
Chiro Neſzelevich.		Thoda Gorolich.	
Difina Neſzelevich.		Jevra Sziakova.	
Alexia Neſzelevich.		Jovan Sziakova.	
Jefta Neſzelevich.		Anicza Sziakova.	
Jeka Neſzelevich.		Anna Miluſevich.	
Andria Kolonich.		Axenia Miluſevich.	
Jovan Kolonich.		Naſta Jankova.	
Lazar Kolonich.		Pavlye Jankova.	
Mara Kolonich.		Szar Velcherovich.	
Peladia Kolonich.		Stevan Velcherovich.	
Thoda Kolonich.		Ruzſa Velcherovich.	
Roxa Kolonich.		Mara Velcherovich.	
Pavle Kolonich.		Vaſzo Miluſevich.	
Martha Kolonich.		Jkonia Miluſevich.	
Anna Ognanovich.		Martha Miluſevich.	
Latus .	104	Latus .	128

No-

Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.	Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.
Translatum .	128	Translatum .	152
Peladia Miluſevich.		Petar Stojanov.	
Chiro Ognanovich.		Teſho Puhich.	
Jeka Ognanovich.		Jeſho Puhich.	
Dafina Ognanovich.		Szamoilo Puhich.	
Petar Ognanovich.		Mihaljo Jvanov.	
Maxim Ognanovich.		Koſzana Jvanov.	
Nikola Diaskovich.		Angya Jvanov.	
David Diaskovich.		Gyuragy Nagdumovich.	
Thodor Adamovich.		Anna Nagdumovich.	
Vilimana Adamovich.		Damjan Nagdumovich.	
Stevan Adamovich.		Marko Miluſevich.	
Jefto Adamovich.		Stoja Miluſevich.	
Kuzman Adamovich.		Jula Miluſevich.	
Mara Adamovich.		Angya Miluſevich.	
Jula Adamovich.		Nicola Miluſevich.	
Simo Kaſapsky.		Gavrilo Petrovich.	
Tomo Kaſapksy.		Anna Petrovich.	
Naſta Kaſapsky.		Pavle Petrovich.	
Arſenia Kaſapsky.		Katha Petrovich.	
Angyelia Kaſapsky.		Jefto Petrovich.	
Stevan Kaſapsky.		Marko Pavlov.	
Spaſo Stojanov.		Thadia Riſtich.	
Mara Stojanov.		Simo Riſtich.	
Davina Stojanov.		Nerangya Riſtich.	
Latus .	152	Latus .	176

Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.	Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.
Translatum .	176	Translatum .	200
Chiro Riſtich.		Gavrilo Kunich.	
Dimitrie Riſtich.		Gyorgyie Kunich.	
Gligorie Budinſzky.		Jesha Kunich.	
Maria Budinſzky.		Martha Kunich.	
Thoda Budinſzky.		Jula Kunich.	
Niczifor Spaſsin.		Szara Kunich.	
Szava Spaſsin.		Vaſzo Kunich.	
Vaſzo Spaſsin.		Bertat Pantelia.	
Gyorgye Spaſsin.		Naſta Bizumich.	
Davina Spaſsin.		Jllia Stunkov.	
Martha Chortanovaczka.		Thodor Stunkov.	
Mara Chortanovaczka.		Davina Stunkov.	
Theophilo Dalucz.		Pavle Jovicsich.	
Anna Dalucz.		Jeka Jovicsich.	
Anna Dalucz.		Jovan Jovicsich.	
Danila Dalucz.		Vaſilia Jovicsich.	
Makrena Dalucz.		Axenia Jovicsich.	
Stevan Dalucz.		Jovan Kovacsevich.	
Stana Dalucz.		Martha Kovaesevich.	
Anna Jllich.		Jſidor Avramovich.	
Martha Jllich.		Jeka Avramovich.	
Vemia Jllich.		Martha Avramovich.	
Mihajló Jllich.		Julia Avramovich.	
Antonie Kunich.		Davina Avramovich.	
Latus .	200	Latus .	224

No-

Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.	Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.
Translatum .	224	Translatum .	248
Jefto Avramovich.		Milicza Szuncsich.	
Simo Avramovich.		Jſak Szuncsich.	
Antonie Avramovich.		Tanaſia Szuncsich.	
Gavrilo Jevremov.		Maxim Riſtich.	
Mara Jevremov.		Jeka Riſtich.	
Vaſilia Jevremov.		Mara Maximov.	
Jefto Jevremov.		Jella Maximov.	
Angya Szetich.		Pavle Maximov.	
Marko Szetich.		Milovan Maximov.	
Miho Szetich.		Milinko Petrovich.	
Jovan Adamovich.		Kumria Petrovich.	
Toda Adamovich.		Teofana Petrovich.	
Jeka Adamovich.		Sinka Petrovich.	
Kuzman Adamovich.		Jllia Petrovich.	
Maxim Raskovich.		Jula Petrovich.	
Jova Raskovich.		Pavle Riſtich.	
Naſta Raskovich.		Petar Riſtich.	
Doka Jakovlyevich.		Mara Riſtich.	
Jula Jakovlyevich.		Stana Riſtich.	
Matho Jakovlyevich.		Nerangya Riſtich.	
Mara Rachanska.		Sofia Riſtich.	
Naſta Rachanska.		Vaſzo Riſtich.	
Vaſzo Rachansky.		Katha Riſtich.	
Maxim Szuncsich.		Dimitar Rajkov.	
Latus .	248	Latus .	272

No-

Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.	Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.
Translatum .	272	Translatum .	296
Stana Rajkov.		Maria Sviracsevich.	
Jeka Rajkov.		Vaſilia Sviracsevich.	
Jovanka Rajkov.		Savka Sviracsevich.	
Joſim Rajkov.		Sinka Sviracsevich.	
Szavka Markova.		Peladia Sviracsevich.	
Stojko Belanovich.		Philipp Sviracsevich.	
Mara Belanovich.		Sara Sviracsevich.	
Alexia Belanovich.		Simo Sviracsevich.	
Neſtor Pavlov.		Jovan Svircasevich.	
Thoda Pavlov.		Thoda Jllich.	
Jſak Pavlov.		Neda Jakovacska.	
Simo Pavlov.		Roxa Jakovacska.	
Jovanka Pavlov.		Petar Kudich.	
Vemia Pavlov.		Martha Kudich.	
David Markov.		Simo Kudich.	
Chiro Markov.		Jacob Simich.	
Mara Markov.		Jovan Markov.	
Smilana Kurſinovich.		Sophia Markov.	
Sophia Riſtich.		Uros Markov.	
Roman Riſtich.		Petar Radivoev.	
Simka Riſtich.		Jovan Dimitrovich.	
Petar Sviracsevich.		Maria Dimitrovich.	
Jeremia Sviracsevich.		Vaſilia Petrovich.	
Chiro Sviracsevich.		Koſta Petrovich.	
Latus .	296	Latus .	320

No-

Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.
Translatum.	320
Vaſilia Brankovich.	
Jovan Misvirkich.	
Dimitrie Misvirkich.	
Skevia Misvirkich.	
Naſta Misvirkich.	
Peladia Misvirkich.	
Angya Misvirkich.	
Roxa Misvirkich.	
Alka Misvirkich.	
Chiro Misvirkich.	
Anna Misvirkich.	
Jefto Misvirkich.	
Tanaſia Veſſelyin.	
Stanitza Veſſelyin.	
Vemia Veſſelyin.	
Razumenka Jvanov.	
Axentie Jvanov.	
Sofia Jvanov.	
Velimana Jovanova.	
Peladia Rakigyich.	
Martha Rakigyich.	
Naſta Szabovlyev.	
Neda Raskovich.	
Mira Raskovich.	
Latus .	344

Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.
Translatum .	344
Jeka Raskovich.	
Jovan Neſtovi.	
Simeuna Neſtovi.	
Martha Neſtovi.	
Jula Neskovich.	
Vaſilia Neskovich.	
Simeuna Raskovich.	
Jovan Raskovich.	
Petar Mutabgyia.	
Lyuka Mutabgyia.	
Nikola Mutabgyia.	
Martha Mutabgyia.	
Mara Kurlicsa.	
Kuzman Novakovich.	
Jovan Gligoriev.	
Maxim Gligoriev.	
Vilimana Gligoriev.	
Gyorgyie Gligoriev.	
Davina Gligorie.	
Anuska Gligoriev.	
Mihajlo Baity.	
Lazar Baity.	
Gliſo Baity.	
Stevan Baity.	
Latus .	368

Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.
Translatum .	368
Jovanka Baity.	
Jeſha Baity.	
Jeſha Baity.	
Mara Baity.	
Vaſilia Baity.	
Martha Baity.	
Marko Baity.	
Kata Baity.	
Julka Baity.	
Sza Baity.	
Anna Stojanova.	
Gyorgyie Stojanov.	
Jſak Stojanov.	
Maxim Stevanov.	
Martha Miſsirkirch.	
Pavle Miſsirkich.	
Andria Popodich.	
Roxa Popodich.	
Gavrilo Jerkov.	
Mara Jerkov.	
Kata Jerkov.	
Simo Lyubinkov.	
Sara Lyubinkov.	
Anka Lyubinkov.	
Latus .	392

Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.
Translatum .	392
Jovan Lyubinkov.	
Vaſzo Jeremin.	
Mara Jeremin.	
Peladia Jeremin.	
Chirka Jeremin.	
Peoka Jeremin.	
Pavle Vlaſsich.	
Sophia Vlaſsich.	
Aczko Popodich.	
Jovanka Popodich.	
Jovan Popodich.	
Vaſilia Popodich.	
Pantelia Popodich.	
Antonie Popodich.	
Stevan Maiſtorichich.	
Simo Jeſsin.	
Mara Jeſsin.	
Peoka Jeſsin.	
Jeka Jeſsin.	
Dimitria Miutov.	
Teofana Miutov.	
Aczko Miutov.	
Simeuna Misyiforova.	
Theſſo Szavin.	
Mara Gligorieva.	
Summa .	417

Q.

CONSIGNATIO
HOMINUM IN POSSESSIONE RIVICZA EX PESTE MORTUORUM, ET RECONVALESCENTIUM.

Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.	Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.
		Translatum .	14
Menſe Auguſto.		Julia Vidakovich.	
Stevan Markovich.		Gyurgyia Czveich.	
Mara Czveich.		Vaſa Gyurgyiev.	
Jeovana Czveich.		Axentie Dragulich.	
Xivana Maklenovich.		Mihajlo Dragutin.	
Martha Avramova.		Vaſilia Michina.	
Xivana Maklenovich.		Teſha Czveich.	
Martha Avramova.		Timothie Petrich.	
Athanaſia Czveich.		Jula Gyurgev.	
Menſe Septembri.		Angyelia Baſilkich.	
Achim Czveich.		Mara Nedelkovich.	
Jeſha Czveich.		Jovanka Dokich.	
Axentie Gyurgyiev.		Peladia Csirich.	
Jeka Gyurgyiev.		Andria Csirich.	
Milicza Odrovaczka.		Martha Stokich.	
Milicza Csivich.		Eliſabetha Csirich.	
		Katha Csirich.	
		Milicza Visnich.	
Latus .	14	Latus .	32

Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum
Translatum .	32
Martha Csirich.	
Vafilia Csirich.	
Sophia Csirich.	
Pavo Csirich.	
Mara Stojkovich.	
Trifun Dragulich.	
Menfe Octobri.	
Gyorgyie Maklenovich.	
Nafta Nedelkovich.	
Antonie Stokich.	
Jovan Nedelkovich.	
Anicza Cfyrina.	
Smilyana Csyrina.	
Jovan Rankovich.	
Menfe Novembri.	
Jula Nedelkovich.	
Jeka Nedelkovich.	
Jefto Maximov.	
Jefha Avramov.	
Latus .	49

Nomina mortuorum-	Numerus mortuorum.
Translatum .	49
Menfe Decembri.	
Samoilo Csyrin.	
Marko Avramov.	
Antonie Perich.	
Nafta Perich.	
Dimitrie Perich.	
Tanafie Nikolich.	
Kuzman Perich.	
Jefta Cfyrin.	
Theodofie Perich.	
Anaftafie Perich.	
Menfe Januario 1796.	
Jevana Perich.	
Summa .	60
Nomina reconvalefcentium.	
Mara Czveich.	
Avram Jofimov.	
Proka Perkich.	
Jula Rankovich.	
Dimitra Rankovich.	
Latus .	5

Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.	Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.
Translatum .	5	Translatum .	9
Stevan Odrovaczky.		Jovanka Avramov.	
Gyurka Latovlyevich.		Jevrofina Micsina.	
Jovanka Gyurgyeva.		Nikola Avramov.	
Jovan Perich.			
Latus .	9	Summa .	12

R.

CONSIGNATIO

HOMINUM IN POSSESSIONE JAZAK EX PESTE MORTUORUM, ET RECONVALESCENTIUM.

Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.	Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.
		Translatum .	14
Menſe Auguſto.		Menſe Septembri.	
Timothie Barjaktarovich.		Sara Gavrilovich.	
Anna Barjaktarovich.		Angyelia Popova.	
Koſta Barjaktarovich.		Paulus Kovács.	
Davina Barjaktarovich.		Naſta Savich.	
Mitar Barjaktarovich.		Jovan Ninkovich.	
Mitra Barjaktarovich.		Mihajlo Nedich.	
Martha Barjaktarovich.		Pulcheria Nikolaevich.	
Simeuna Barjaktarovich.		Philipp Vukaſsinovich.	
Naſta Barjactarovich.		Jovanka Vukaſsinovich.	
Naſta Jovanov.		Anna Jeſsich.	
Magdalena Ninkovich.		Sophia Jeſsich.	
Simka Ninkovich.		Martha Vukaſsinovich.	
Petar Barjactarovich.		Vaſilia Vukaſsinovich.	
Andreas Ninkovich.		Theodor Dokich.	
Latus .	14	Latus .	28

No-

Nomina mortuorum.	Numerus mortuorum.
Translatum .	28
Blaſius Vranatz.	
Vemia Vukmirovich.	
Avram Nikolaevich.	
Michael Bornyu.	
Anna Radoſavlevich.	
Andreas Popovich.	
Mojſilo Draſich.	
Mara Jerkich.	
David Vukmirovich.	
Vaſo Lazarovich.	
Theodor Jlich.	
Gyurgyia Nedich.	
Menſe Octobri.	
Simka Rakich.	
Stanko Rakich.	
Simeuna Nedich.	
Simon Joannovich.	
Dimitar Latincsich.	
Si hoc modo jam nunc sequiorem aliquam muneris medici partem in ipsa ægrorum pestem habentium curatione medicus dirigens reponebat; tamen ne hic quidem potuit committere, ut aliquid merito desideraretur. Quæ ab ipso sive ad levandam ægrorum sortem, sive ad excolendam universim medicam super peste doctrinam inita consilia sunt, eorum oportet expositionem eo magis enucleatam depromere; quo minus ipse, commissario R. plus justo obnoxius, ea sive libertate, sive constantia vacare observandis ægris, notandis morbi varietatibus, experiendæ pharmacorum virtuti potuit, qua esset ad propriam observationum rite institutarum penum, ad justam aliquam dogmatum, quæ ex illa derivarentur, syllabum perventurus.

Pestem morbum esse, qui sub generali, uniformi essentialium symptomatum comprehensione infinitas pene singulares varietates sive complectatur, sive complecti debeat, illinc ipsæ pestium historiæ docent; hinc contagiosi morbi, omnem ætatem, sexum, habitum, omnibus anni temporibus corripientis, natura debebat monere. Contra hanc myriadem diversorum re ipsa morborum una aliqua formula, quod olim factitatum legimus, quasi scuto quodam armare medicos ad curandum exmissos & indignum

fuisset

fuiſſet dirigente medico, qui potuiſſet oblivifci, non in dictandis formulis; ſed in commonſtrandis indicationibus vim, atque artem profeſſoris medici verſari oportere; & medicis ad curandum accedentibus, quos formulæ alicujus memoratione occupare ſine gravi ignorantiæ illorum accuſatione non poteram; & ipſis denique patriis facultatibus medicis, quæ tales viros, qui formulam medicam nunc adhuc doceri debeant, medicos renunciaſſent. Sed neque uberior aliqua præceptionum definitarum, juxtaque certa adjuncta admenſuratarum expoſitio ſatis videbatur valere ad eum morbum, in quo non tantum non curando; ſed ne obſervando quidem ſatis, ſuperque peſtium ſcriptores præluxerint, cuique adcuratius obſervando paſsim graviſsima obſtacula intercederent. Ergo ſic demum optimo me conſilio medicis ad curandum accedentibus adfuturum exiſtimabam, ſi univerſim quidem eos ad propriam obſervationem debite inſtituendam attentos, curioſosque præſtarem; ſingulatim autem præſignarem ea capita, canonesque, ad quos ſive in obſervando, ſive in adhibendis remediis præ ceteris contuerentur. Quam in rem nihil mihi præſtabilius videbatur illa cel. Grantii methodo, qua is de febre contagioſa, quam ille peſtilentialem, alii ex cauſæ occaſionalis ratione noſocomialem, carcerariam, caſtrenſem vocant, tractanda ſcripſit, medicumque, ſi omnino ipſius contagii; tamen nihilo minus conditionis vaſorum, irritabilitatis univerſalis, complicationum ſtatus inflammatorii, torpentis, gaſtrici, ſaburralis, catarrhalis, rheumatici ſummam habere rationem debere commonſtravit. Hæc methodus curandis rite variolis facem accendit; eadem medicus, novo qualicunque, & hucusque etiam ignoto contagio febrili emergente, quaſi acu quadam nautica, ad inveniendas agendorum indicationes feliciter eſt uſurus. Hujus a cel. viro commonſtratæ methodi principiis innixus profeſſor politiæ medicæ ante adhuc; quam in Sirmium deſcendiſſet, nomine peſtanæ facultatis medicæ, quæ votis medicis ab eo coram depromtis libenter & uteretur, & ſui

nominis dignitatem insigniret, elaboravit generalem invenienda-rum in pestis morbo indicationum sciagraphiam, eamque, collegis omnibus unanimi sententia probatam, ausus est subinde medicis ipsorum ægrorum curam habituris offerre, ut principiis his propria ruminatione subactis deinceps uterentur. Consilii sui hac agendorum adumbratione, quantumvis sive imperfecta, sive erronea, expressi nullam ille quidem majorem commendationem potuit obtinere; quam quod ipsa illa, ad quam medicos summopere hortabatur, propriæ observationis acies, initumque diversorum casuum discrimen complures hujus suæ, ubi se ad singularia tantisper demittebat, sciagraphiæ errores & comperit, & notavit, quem in censum præcipue ille aliquis metus, non satis submotus, fortioris methodi antiphlogisticæ, illa veræ debilitatis passim obtinentis idea referenda est: quod ipsum adcuratior historiarum super ægris singularibus depromtarum, quas suo loco subnectemus, pensatio satis superque lectori indicabit.

Hæc facultatis medicæ opinio, sub (A) acclusa, cum in vicem ejus relationis exarata esset, quam, a medico Buday primo tempore submissam, tomo primo suo tenore insertam dedimus, atque hoc ipso ad singularia sese demittere non satis potuisset, facile eo studio excultum iri posse videbatur, si mature plura præsentis morbi adjuncta, observatique exhibitorum usque adhuc pharmacorum effectus colligerentur, eorumque justa, ac philosophica comprehensio fieret.

Is scopus unus erat eorum, ob quos initio statim commissionis R. medicum Kütl Irreghinum exmissum esse alibi commemoravimus. Quæ ipsi rerum cum medico Buday computandarum capita mandata sunt, eo pertinebant, ut annua epidemica constitutio, ut pendens ab hac præsens frequentissima morbi complicatio, ut successio symptomatum complicationi cuique respondens, junctaque illi emendatio status morbosi, ut modus, quo pestis præsens in mortem soleret ducere, in aut topica partium

qua-

quarundam affectione, aut generali ſubita circulationis alienatione poſitus, ut adminiſtratorum huc usque medicaminum ſucceſſus, plurium ſingularium caſuum epicriſi æſtimatus, erueretur.

Si iſtis medici dirigentis conſiliis rerum adjuncta, alibi jam expoſita, ita interceſſerant, ut ipſa etiam matura deſtinati ſucceſſus præſentia eorum bonitas pateſcere non poſſet; tamen optimam ſe coordinandæ rei medicæ rationem iniviſſe cum ſemper cogitavit; tum vero, poſtquam a negotio reverſus potuit uſurpare oculis Ruſchii de febre flava philadelphica opus, & combinata viri cel. methodo cum illis, quas alii medici eodem ſuper morbo, aliis in provinciis ſæviente, prodiderunt, apparentiumque contradictionum cauſa penitius indagata, hoc etiam exemplo comprobare, quantopere in contagioſo morbo ſtatus epidemicus emineret, quantasve hic illi ſive in ſymptomatibus, ſive in curandi methodo varietates induceret. Ea contagioſa febris, quam in inſulis Indiæ occidentalis omni cum apparatu roborante oppugnare oportuit, Philadelphiæ remediis antiphlogiſticis, large, & repetitim adhibitis, domanda erat, & paſsim exacerbata uſu roborantium, atque præcipitata in mortem, paucis tantum in caſibus eorundem uſu ſe paſſa eſt levari (neque enim æquum cenſeo judicium Ruſchii, caſus horum levaminum non ad methodi accommodam conditionem; ſed ad illud Sydenhami effatum referentis: medicina etiam peſsime facta tamen nonnullos ægros a periculo emergere): eadem febris, primis menſibus tam felici ſucceſſu oppugnata remediis antiphlogiſticis, ingruente autumno apud ipſos philadelphios minus jam eidem apparatui, minus toto illius vigori obtemperabat, mutataque anni tempeſtate, & ipſa aliquam ſuæ indolis mutationem obiiſſe videtur cenſeri debere.

Ad conſtituendam curandi methodum, quæ circulationis, viriumque vitalium æſtimatione niteretur, illud in primis videbatur pertinere, ut, quem ægri quaque in complicatione, & quoque in morbi ſtadio pulſum exhiberent, cognoſceretur. Itaque deſide-

 rio

rio facultatis medicæ ſatisfacturus Andreas Buday ita connisus eſt ad eum ſcopum pervenire, ne contactus ægri cum periculo contrahendi contagii conjunctus eſſet. Præſens ad eam rem præſidium in madore manuum, per acetum procurato, mature invenit, ut nempe illas & ante, & poſt pulſus explorationem diligenter eodem collueret, & media etiam ſub exploratione, ſi interea ſiccesſcere digitos calore ægri ſentiret, novum manibus madorem induceret. Qua methodo cum ipſe omni deinceps in caſu pulſum impune indagaſſet; etiam medicus Seele eadem uti non dubitavit, idemque a contagio immunis permanſit. Itaque, cum hac ratione non parum ad excolendam curandæ peſtis doctrinam contuliſſent; primi etiam exemplo ſuo viri præſtantiſsimi probaverunt, poſſe medicum omnibus circa ægrum ex peſte hominem officiis ſuis ea providentia defungi, ut ſe etiam a periculo contagii contrahendi tutum conſervet, facileque potuerunt eminere ſuper eorum cavillatione, qui etiam in eo, quod nemo medicus peſte ſive correptus, ſive mortuus eſſet, argumentum negandæ peſtis invenerunt. *)

Quod in aceto ad tutam pulſus inveſtigationem præſidium invenit medicus Buday, idem Franciſcus Haaſz in butyri unctione reperit, ut unctuoſis manibus accederet ad contactum ægri, easdem finita indagatione ſordibus repurgaturus. Medicus Gellei chirurgos, quos aut ægrorum miniſterio, aut rerum contaminatarum depurationi adhibebat, unguenti mercurialis unctione communivit.

Cum

*) Neſcio an non digna memoratu ſit methodus ſecandæ venæ, qua ſe, ſi neceſſe exiſtimabit, uſurum eſſe quondam medicus Seele ſcripſerat: nempe brachium, in quo vena ſecanda ſit, induet manica papyracea, oleo imbuta, & loco ſectionis foramen habente; facta brachii adſtrictione, libere tanget antibrachium, locum venæ digitis aceto madidis explorabit; facta inciſione, inſtrumentum continuo in aquam immittet, faſciationem ſuper manica papyracea inducet.

Cum illam, quam medicus dirigens haberi inſtituit, communem medicorum Buday, & Kütl inveſtigationem malorum præſentium vulgaria præjudicia interpellaſſent, tantumque ſcripta faciendæ inveſtigationis capita ad irreghienſem medicum pervenisſent; ſolus ille faciendarum ex inſtructionis tenore obſervationum, atque animadverſionum provinciam eſt aggreſſus, mediosque inter labores menſis Septembris concinnavit diagnoſin peſtis præſentis, quæ & prima morbi ſymptomata, & eorum ſuccesſiones, & rationes mortium, & in ſanitatem tranſitus, & complures in his omnibus varietates diligenter, accurateque expediebat.

Quem primum laborem ſuum cum ad commiſsionem R. ea cum ſignificatione transmiſiſſet, quod proximo tempore de curandi etiam methodo, a ſe variis in caſibus inita, explicatius ſit acturus; medicus dirigens quam maxime intereſſe exiſtimavit, ut is labor typis impreſſus, interque alios medicos, ac chirurgos diſtributus, præſentaneis uſibus inſerviret, maturæque, ac facili malorum diagnoſi opitularetur: namque & plurimum ad rem pertinere videbatur, ea ſigna deſcribi, quibus malum in ipſo primo acceſſu pateſceret, cum ſerior per bubonum, & anthracum eruptionem diagnoſis ægros non ſine multo publico periculo longius inter familiarium contubernium relictura ſit, atque ipſa etiam ægri curatio, primo ſtatim tempore peſtis medicinam deſtinare potens, meliorem ſucceſſum habitura ſperari poſsit; & a patefactis complicationum varietatibus facilitatum iri ſperabantur conſilia, quæ medicorum quisque ad præſignandas ſibi curandi indicationes iniret; & denique vir, in multiplici non minus; quam triſtiſsima occupatione tamen ad ſcribendum converſus, hac commonſtrata publica laboris quantumvis tumultuarii æſtimatione ad ulteriora conamina exſtimulandus eſſe videbatur. Sed ſive capto ad commune bonum procurandum conſilio dirigentis medici, ſive liberali, ac honeſtæ peregrini laboris penſationi auctoritas cenſorum medicorum interceſſerat, qui non dubitaverunt, poſſe ſe laborem

hunc,

hunc, iniquiſsimo tempore paratum, reprehendere imperfectionis, & in diagnoſi peſtis defectum methodi curatoriæ ad exc. dicaſteria accuſaverunt.

Si ferendum erat, illorum, qui re gerenda occuparentur, commendandis conatibus eos intercedere, qui ſua auctoritate, & rerum medicarum ad dicaſteria dictatura videbantur abuti non poſſe; tamen infringi etiam ſtudium, aſsiduitatemque noſtram ejusdem auctoritatis acerbitate non patiebamur.

Medicus dirigens, quum comes commiſſarii R. ad Gollubincze perveniſſet, habitoque cum præſtantiſsimo regiminis petrovaradinenſis chirurgo Colli ſermone intellexiſſet, eum in ſuis, quos in Kernjeſevcze habebat, ægris curandis ita eſſe verſatum, ut ſcientia methodi ab illo adhibitæ medicis provincialibus uſui eſſe poſſet, oravit virum optimum, bonique publici ſtudioſiſsimum, ut ejus ſumma capita chartæ mandaret. Qui cum huic deſiderio lubens, volensque ſatisfeciſſet; acceptam ab eo diſſertationem, ſub (B) una cum depromta deſuper per facultatem medicam peſtanam opinione accluſam, medicus dirigens ſine mora cum medicis ſibi obnoxiis communicavit, atque ita omni, quo quidem poſſet, modo facilitare illis inventionem, ac coordinationem methodi curatoriæ adlaboravit.

Comparatis illis adminiculis, quæ ad inveniendam curandæ peſtis præſentis methodum plurimum conferre poſſe videbantur, commendata medicis laborum ſociis obſervandi accuratione, ſi privatim ſibi pro cognita illorum ſolertia polliceri medicus dirigens poterat, nulla illos ex parte graviſsimo officio defuturos; tamen cauſa publica debebat adcurare, ut, ſatisfacere illos ſuo muneri, certo aliquo indicio publice conſtaret. Itaque tabellas, qualium ſpecimen pro ſcribendis febrium popularium hiſtoriis a cel. apud Rhotomagenſes medico Lepeque de la Cloture proditum accepimus, typis impreſſas medicis ad curandum accedentibus in manus dedit, utque illis captas a ſe obſervationes inſcriberent,

berent, commendavit. Petiisse illum rem gravem, ac difficilem ii prorsus intelligent, qui cogitabunt ipsum Russelium, celeberrimum de peste scriptorem, de hac difficultate questum ad lectores esse. Sed viris praestantissimis, quos & observandi ardor accenderet, & publicae sive salutis procurandae, sive commendationis ineundae studium animaret, nulla difficultas molesta accidit. Possum orbi literario offerre CXCVIII historias aegrorum ex peste laborantium, quorum bene multas & observandi accuratione, & describendi sive simplicitate, sive candore probatum iri satis confido. *) In quibus obtutui publico substernendis eo magis me temporis ordinem observare debere existimavi, ut eo facilius lectores ad advertendas, quas cum contagio status epidemicus, & anni tempora haberent, relationes ducerentur.

Jam quartus agebatur mensis, ex quo negotium pestis sirmiensis omnia pene subsellia publica occupaverat: plurimi erant in rem gerendam impensi sumtus; summi cóntra pestem, & severissimi apparatus vigebant undique; & transgressores lineae praeclusoriae, feminam unam, viros duos zingaros, postquam vi compulsi pro aegrorum ministerio Irreghinum fuissent, inde profugos, vetusto rigore comitatus sirmiensis poena mortis affecerat; quum praeter omnem expectationem eferuntur medicorum lónge ab ipso pestis spectaculo degentium voces, praesentiam pestis perneganᴛes, **) & ipsa denique excelsa dicasteria multiplici auctoritate ita

*) Sub (C) inferuntur medici Andreae Buday historiae LIII; medici Vilhelmi Seele historiae XCII; medici Francisci Haasz historiae XIX: medici Joannis Kütl XXXIV aegrorum historiae ipsa ejusdem viri cl. dissertatione comprehenduntur.

**) Mirum est potuisse a medicis personis mense Novembri negari praesentiam pestis, cum tamen facultas medica pestinensis adhuc professore Schraud in illius gremio praesente, adhuc 12. Augusti, in prima super objecto

ita occupant, atque commovent, ut, cum paſsim aſſereretur „ e re„ lationibus per profeſſorem Schraud ſubmiſsis, ſtatum morbi per„ hibentibus, diagnoſin peſtis formalis erui nondum potuiſſe, " neceſſe fuerit provocare medicos in Sirmio operantes, ut certam ſuper hac quæſtione, & ſufficientibus rationum momentis ſuffultam renunciationem faciant. Medicus dirigens, qui bene meminit, Meſſinæ tunc demum finitas eſſe medicorum circa peſtis præſentiam altercationes, & dubia, quum ad centum quotidie cadavera eferrentur, hisque medicorum litibus triginta mille mortes in acceptis referendas eſſe, ſi unquam; hoc certe momento intellexit, quantopere interſit, ne perſonæ medicæ, quæ de rebus medicis, & ſingularium medicorum factis ad excelſa dicaſteria renunciare debeant, in re præſertim graviſsima, & tanto cum publico metu conjuncta ſupra, aut ultra cenſuram ſint, pertinereque ad res peſtis unice cum publico emolumento gerendas, ut decretum ſit, omnia, quæ per mali decurſum ſive a medicis operantibus referantur; ſive a medicis cenſoribus opinionum vice depromantur, finito negotio typis edita cenſuræ univerſi orbis literarii pateſcere. Ille, qui ceterorum medicorum animos, quos omni tempore uti boni publici; ita ſui ſtudioſiſsimos habuit, hacce dubiorum ſignificatione nollet conturbare, reſpondit: „ poſt ſubmiſſum a ſe menſe adhuc Septembri elenchum 400 mortuorum Irreghienſium, qui omnes aut bubones, aut anthraces, aut utrumque habuiſſe aperte notentur; poſt ſubmiſſas tot hiſtorias translati de loco in locum, & quidem per homines, veſtimentaque contagii; poſt ſpecificatam in loco jam infecto inter domeſticos, cognatos, vicinos, infirmarios, vigiles, per utenſilia, & animalia diſtributionem; poſt exhibitam medici Buday diagnoſin peſtis; poſt ceterorum medicorum unanimem de ejus præſentia renunciationem ita

objecto peſtis data ad exc. conſilium opinione diſertis verbis dixerit „ ſe non dubitare, morbum a medico Buday relatum eſſe veram „ peſtem. "

„ ita comparatam, ut ne quidem ſupponant de contrario cogita-
„ re quemquam poſſe; poſt toties factam in relationibus tabella-
„ ribus exanthematum peſtis mentionem; poſt tantam Irreghini,
„ & celerem univerſim letalitatem; poſt hæc, inquam, omnia ad-
„ huc de præſentia *peſtis formalis* ulteriorem confirmationem a
„ perſonis medicis deſiderari ſibi quidem inſolens eſſe, jamque ſe
„ metuere, ne vel elaborandæ per ſirmienſes medicos hiſtoriæ
„ peſtis, a ſingulis obſervatæ, minus ſufficiant procurandæ poſt tan-
„ ta dubia de præſentia peſtis perſvaſioni." *)

Si paradoxum medicis, ad ipſam peſtem occupatis, videri poterat, præſentiam mali, tot ſe characteribus deſignantis, in dubium vocari; non magis certe expectatum fuit, quod itidem ad exc. dicaſteria medici quidam retulerunt „ peſtem hanc no-„ ſtram ſporadicam magis; quam epidemicam (excepto Irregh) „ videri:" quo afferto, neſcio, an quid aut minus accommodum, aut magis in re præſente invidioſum dici potuerit. Namque nec ſporadici, aut epidemici nomen, proprie ad morbos ab annua conſtitutione pendentes pertinens, ſatis recte ad morbum, tantum contagio didi ſolitum, transferri videbatur; nec dicaſteriorum attentio novo, & ignoto cognomine debere ita percelli, ut pronum eſſet ad ſuſpicionem fraudis, quam medici ſirmienſes facerent, delabi; nec denique eam de curſu negotiorum peſtem attinentium ſententiam jactari oportere, qua fieret, ut medici in op-

*) Quidam homines etiam ex eo ſumſerunt argumentum contra peſtis præſentiam, quod nemo noſtrum morbo, quem nos contagioſum, quem peſtem dicebamus, periiſſet. Sic nos miſeri ad mortem; non ad experiendam gratitudinem publicam deſtinabamur. Sed vero ignoraverunt boni viri, ad rectum manipulationis ordinem in primis id pertinere, ut medici, ut magiſtratuales manipulantes ſummopere ſibi caveant a contrahendo contagio; ignoraverunt, me hanc præceptionem inde a principio maximis verbis cuique commendaviſſe.

primenda ſub ipſis incunabulis peſte feliciſsime verſati, labore finito, merita rei optime, ſupraque omnem expectationem geſtae gloria privarentur.

Itaque auditus hoc ſuper objecto medicus dirigens reſpondit, „peſtem ſporadicam, qualem a ſe in noſocomiis militari„ bus ruſsicis obſervatam Orræus quacunque fide prodiderit, „ morbum eſſe omnia peſtis ſymptomata habentem; ſed carentem „ facultate communicandi contagii, ut ægri ex hoc morbo in me„ dio magnorum noſocomiorum decumbentes non vicinum quoque, „ non miniſtros infecerint; noſtram contra peſtem ubique conta„ gio ſpargi, & ſpargi rapaciter, quod prætervideri a medicis, „ tabellares relationes ſirmienſes intuentibus, non potuerit; ſpo„ radicæ conditionis erroneam illam opinionem videri ortam ex „ eo, quod in ceteris præter Irregh poſſeſsionibus & ægri ex pe„ ſte præter morem antiquum pauci ſint, *) & pauci numero „ moriantur: ſed hoc effectum eſſe diſpoſitionum, ſeparationem in„ fectorum a ſuſpectis; utrorumque a ſanis procurantium; conta„ gioſiſsimam peſtem tunc tantum poſſe afficere homines ſanos, „ cum illi poſſunt ad ægrum accedere; perperam ergo ad natu„ ram peſtis referri, quod ad diſpoſitiones e politia medica de„ promtas pertineat, viderique medicos, qui eam ſententiam pro„ tulerint, nil potuiſſe ad laudem diſpoſitionum a dirigente medico „ factarum committere honorificentius; quam ut appareat, illa„ rum ſucceſſu factum eſſe, ut peſtis ſirmienſis, omnimode, & „ multum contagioſa, viris medicis ſpecie peſtis ſporadicæ impo„ neret.“ Hiſtoriæ ægrorum a medicis Seele, Haaſz, Kütl, qui omnes extra oppidum Irregh medendo meriti ſunt; in primis autem expoſita a nobis tomo primo rerum, contagii decurſum, ut in qua-

*) Medico dirigenti, qui dudum animo comprehenderit, quid poſsit humana ars contra contagium peſtis, numerus ægrorum, qui fuit in poſſeſsionibus etiam parum infectis, plerumque potius magnus viſus eſt.

quaque poſſeſsione ſe habebat, illuſtrantium, ſeries ſatis, opinor, unum quemque lectorem ab illa ſingularis, neſcio cujus, peſtis ſuſpicione avocabunt.

Ea jam & diligentia, & accuratione fuerunt medici per complures menſes in obſervanda peſte, in notandis ægrorum ſingularium hiſtoriis, in computatione juvantium, & nocentium, in diſcernendis agendorum indicationibus verſati, ut merito liceret exiſtimare, non paucas ab iis factas eſſe abſtractiones theoreticas, e ſingularium caſuum epicriſi formatas, quæ poſſent ad doctrinam curandæ peſtis veterem ſive conſtabiliendam, ſive emendandam, locupletandamque non parum conferre. Medicus dirigens, qui rei præſentis felicem ſucceſſum ſummo ſtudio adcurans, una ſimul poſterorum etiam ſalutem animo complexus eſſet, ſemperque propoſitum haberet, ne quicquam negligeretur eorum, quæ futuris hominum malis opitularentur, non potuit non optare, ne iſta reſultata obſervationum præſentium ſequioris ætatis uſibus, emolumentoque ſubducerentur. Si multitudo laborum, ad politiam medicam pertinentium, non ſatis videbatur admittere, ut medici coordinandis hiſce ideis, maturæque ſingularium eventuum recapitulationi, atque theoriarum concinnationi poſſent vacare; tamen ex adverſo videbatur multum intereſſe, ut illi hoc ipſo tempore, quo & ſingulorum phænomenorum vivæ adhuc imagines mentibus inſiderent, & dubia capita novis captis periculis adhuc ad trutinam revocari poſſent, ad eum laborem accederent. Non fuit difficile obtinere a viris, ad omnia, quæ publicam ſalutem reſpicerent, paratiſsimis, ut ad iſtud quoque opus, quod paſsim medici ad tempora finitæ peſtis ſolerent referre, quodve tum non raro plus nitoris, atque ornamenti ab eruditionis apparatu; quam veritatis a ſimplici factarum abſtractionum recenſione habiturum ſit, animum adjicerent. Itaque quicunque medici plurium ægrorum copiam habuerunt, ſubinde transmiſerunt ad commiſsionem regiam diſſertationes ſuas, quibus & phænomenorum peſtis, conſtanter apud

ægros ſuos obſervatorum, complexum, & inconſtantium varietates, & multiplices ſucceſsiones ſymtomatum, & curandi indicationes, quas, quove effectu ſecuti eſſent, & honeſtam admiſſorum errorum confeſsionem, & generales denique ſuper morbi ingenio ideas, ex horum omnium combinatione deſumtas, complectebantur.

Eas diſſertationes ipſo auctorum ſermone expreſſas dare me debere multis de cauſis exiſtimavi. Namque & gratum fore lectoribus videbatur, ipſos illos viros loquentes audire, qui cum raro apud nos morbo propius conſveſſent, atque e quotidiana contemplatione accuratiorem mali, ejusque varietatum ſpeciem eſſent expreſſuri; & non jucundum tantum, legere opinionum diverſitatem, ex rerum ſimilium ſpectaculo enatam; ſed utile etiam, ipſis lectoribus campum relinquere quærendæ cauſæ, quæ ad eam diverſitatem duxerit, quæve ſive in ipſo ſpectatore; ſive in ipſis adeo ejusdem morbi multiplicibus varietatibus poſita ſit; & merito debebam metuere, ne, ſi ipſe omnium diſſertationum extractum quempiam eſſem concinnaturus, aut reſecarem ſpeciei inutilium, quæ alter aptius inter utilia relaturus ſit, aut ideas auctorum mea proponendi ratione deformarem, atque ita vario modo lectores prohiberem a propria, eoque ipſo multiplici objectorum propoſitorum penſatione, quæ ipſa ſua varietate ad evolvendam curandæ peſtis doctrinam eſſet collatura; ac denique in re pluribus adhuc periculis deinceps determinanda, atque definienda præſentes labores optime adhuc tantum ſingularium ſymbolarum inſtar conſervari debere exiſtimabam.

Atque iſto potiſsimum ſymbolarum nomine cenſeri clariſſimorum virorum Andreæ Budai, Vilhelmi Seele, Franciſci Haaſz, & Joannis Kütl de peſte diſſertationes, iſtis paginis ſub (E) ſubnexas, volo, qui ſi præter non perfunctoriæ obſervationis laudem etiam maturi, defœcatique judicii commendationem apud æquos rerum arbitros inibunt; non mediocri ſe moleſti laboris prœmio affectos exiſtimabunt, gloria conſummati alicujus operis facile carituri.

Medi-

Medicus Michael Gellei, non in opprimendo tantum peſtis contagio; ſed in curandis etiam ex peſte ægris feliciter verſatus, libenter acceſsit ad eum laborem, qui in ſcribenda captarum a ſe circa curationem morbi obſervationum ſyllabo poneretur. Sed molitus diſſertationem, quæ ſe ad multa theoretica circa peſtis doctrinam capita evolvenda immitteret, primumque laborem ipſis hiſce capitibus impendens, illam conſummare in Sirmio non potuit, deinceps autem detrectavit operam locare huic ſcopo ex iis cauſis, quas uti indignor; ita reprehendere non poſſum. Paratæ itaque diſſertationis pleraque capita cum theoreticæ indaginis ſint; juvat ex illa unicum caput decerpere, quo vir cl. thermometri, barometri, pluviarum, nivium, caloris, frigoris epochas, earumque in peſtis typum influxus exponit, interſperſis non paucis, quibus præcipua illius in facienda peſti medicina principia continentur. Id caput ſub (F) adnectimus.

Si omnis iſta laborum medicorum, cum orbe literario communicandorum, coordinatio eo potiſsimum inſtituta eſt, ut ipſi lectores noſtri occaſione faciendarum ex illorum ruminatione variarum combinationum, derivandorumque corollariorum perfruerentur; liceat nihilominus nobis unicam ſuper tota medendi ratione, noſtris in caſibus adhibita, obſervationem, unicum noſtra reflexione hauſtum corollarium hoc loco præcipere, illud nempe, quod propoſita a medico dirigente regula curandi directrix ea, quæ magnam aliquam complicationum, & ſtatus epidemici rationem habendam eſſe ſvadebat, videtur etiam obſervationibus ſirmienſium peſtis medicorum confirmari. Non poſtremam ſe ſtatui gaſtrico jam bilioſo, jam mucoſo; ſtatui vaſorum torpenti attentionem in curanda peſte impertiri menſibus Septembri, atque Octobri debuiſſe medici Budai, & Seele animadverterunt: eodem tempore medicus Kütl in vicinis quibusque ſanis poſſeſsionibus, quas ex quotidianarum viſitationum occaſione propius noſſe poterat, plurimum febres intermittentes, quotidianas, tertianas, quartanas, obſervavit

vit: vidit eodem tempore variolas, alterum contagiofæ indolis morbum, pafsim ob faburralia vitia exitiofum infantibus fieri: idem retulit poft medium Octobrem, fibi a 4. feptimanis febrem acutam vifam non effe. Medicus Gellei probatifsimum fibi in pefte ufum mothodi antiphlogifticæ ineunte cum primis Septembri fuiffe retulit: fed idem in compluribus, quos eodem tempore Neo-Vukovarini, & circum habebat ægris, acute decumbentibus, magnam methodum antiphlogifticam felicifsime adhibuit. Medicus Skudek, qui Kameniczii menfe Novembri, humido, pluvio, fubfrigido, methodo furfum evacuante, & tonica optimo plane cum fucceffu ufus fuit, vidit fe fpe felicis per eandem methodum curationis ludi proximo menfe Februario, quando ficca, frigida, ferena tempeftate nova oppido peftis infedit, habuitque duos homines circa nofocomium verfantes, quibus ad primas vertigines, cum ftatu inflammatorio ingruentes, ftatim large detractus fanguis fuit, ita fibi redditos, ut eos ægrorum numero accenfere non potuerit. Ifta omnia qui attentius computabit, ultro, opinor, feretur ad eam cogitationem, ineffe oportere veritatem ideæ illi, cui firmienfes non minus; quam penfilvanicæ obfervationes favere videantur.

Ars medica in curandis hominibus, ex pefte decumbentibus, fæpe non infeliciter occupata, dum eorum, qui adhuc contagii contrahendi occafionem effugerant, deinceps fervandorum provinciam folis politicis difpofitionibus, vitandique cum infectis commercii adcurationi tranfcripfit, nil ad eos, qui contagium quoquo modo fufceperunt, a morbo ipfo tutandos hucusque poterat: omne, quod in hofce homines derivare poffet, beneficium, illudque etiam fatis incertum; in eo ponebatur, ut morbus tantisper mitior effet. Ea res cum gravi generis humani incommodo conjuncta eft: namque nec aurea illa feparationis ægrorum, & rerum, quæ infectæ funt, depurandarum methodus in effectum duci fine fanorum minifterio poteft, a quibus partim temerariis, partim incuriis nulla accuratione fatis avertere novam contaminationem pofsis, ut plurimo-

rimorum ſalus tamen cum paucorum quorundam ſacrificio quærenda ſit; & illa hominum forte quacunque contaminatorum dira ſors, cum anxia morbi intra tres hebdomadas quovis promiſcue tempore erupturi expectatione conjuncta, debet graviſsima accidere. Itaque non poteſt non ſummam humanitatis commendationem mereri ea cogitatio, quæ inventionem remedii prophylactici deſtinavit, quo ad opprimendum in ſuo corpore ſuſcepti contagioſi fomitis effectum uterentur illi, qui eum quoquo modo aſſumſerint, aut in perpetua ejus aſſumendi occaſione verſantes non poſsint non ſemel a contagio tam acuto penetrari. Ea medici Joannis Kütl cogitatio fuit, qui aliquid ad eam prophylaxin virtutis in mercurio adeſſe ſuſpicatus, deinceps complura ad eam comperiendam tentamina inſtituit, eorumque primum ſucceſſum literis ad dirigentem medicum datis, quarum exemplum ſub (G) exſcriptum eſt, enarravit.

Laudabile viri conſilium id potiſsimum affligit, quod nec ii omnes, qui omnino intimius etiam, & plurium dierum ſpatio cum hominibus peſtem habentibus conſveſcunt, contagium aſſumunt; nec ullo ſigno cognoſci poteſt, quandonam corpus a fomite illi circumfuſo revera penetratum ſit. Sexaginta aderant homines in convivio, quod paterfamilias actu peſte laborans in V. Radincze per plures conſequentes dies dederat: ex iis omnibus ſeptem tantummodo primitive ab illo peſtem contraxerunt. Vidi Kameniczii familiam Klaits tredecim perſonis conſtantem, quarum cum una peſtem contagio in vicinis ædibus aſſumto contraxiſſet; ceteræ, altero demum die ſeparatæ, immunes perſtiterunt, imo & mater ipſa, quæ, nondum parato noſocomio, ægræ filiæ domi duabus adhuc proximis diebus miniſtravit. Nihilominus meretur attentionem, nullum eorum, qui prophylaxi mercuriali mature, debitoque aliquo tempore uſi eſſent, peſte affectum eſſe, & magnam appoſitæ virtutis probabilitatem conſciſcet remedium, ſi, repetitis magno numero tentaminibus, omni in caſu hominem, qui contagii

contrahendi conditionibus obnoxius fuerit, tamen a morbo immunem perſtare obſervabimus: ita enim erunt in magno illo numero certe nonnulli, quos a contagio penetratos fuiſſe debeamus exiſtimare.

Non intermiſit vir cl. ulteriora cum propoſito a ſe remedio pericula inire. Familia Ingyüts radinczenſis, cujus ægrorum hiſtoriæ in diſſertatione de curando peſtis morbo, quam idem vir cl. dedit, ſcribuntur, diu uſum cujuscunque remedii prophylactici detrectavit. Sed denique quinque ſuorum mortibus territa, atque concuſſa animum ad illud ſumendum adjecit. „ 27*ma* Decem-
„ bris die, qua nempe poſtremus ſuorum mortuus eſt, “ ſunt verba referentis medici, „ initium ſumendi facit familia; majoribus
„ primum mercurii doſibus, additaque in puero quadrienni frictio-
„ ne excitare tentatam febrem mercurialem patienter fert; poſiea
„ die 17*ma* Januarii ad aliam contumaciam translata, atque ad veſti-
„ um ſuarum mundationem adacta, tribus adhuc ſeptimanis conti-
„ nuavit medicamenti, refractis tamen doſibus exhibiti uſum, ſa-
„ naque deinceps, atque a contagioſo morbo immunis perſtitit, &
„ quidem:

„ vetula ſexagenaria, habitus laxi, pituitoſi, communis
„ filiorum mater:

„ filius natu maximus cum filiolo quadrienni, cujus ma-
„ ter Tesha cum ſororcula ex peſte mortua eſt:

„ frater hujus, qui uxorem Vaſiliam ex peſte amiſerat.
„ Tertius frater, œconomiam domeſticam curaturus, domi re-
„ lictus eſt ſub cuſtodia, ibidemque ſanus perſtitit: uxor ta-
„ men hujus in contumacia exiſtens, quarta ab uſu remedii pro-
„ phylactici die febri ſat magna cum notabili configurationis faciei
„ mutatione, anorexia, adipſia, vertigine levi correpta, me pluri-
„ mum terrefecerat. Omnia tamen hæc ſponte poſt triduum ceſ-
„ ſaverunt, atque ad familiam reducta mulier, continuato remedii
„ uſu, ſana ibidem, vegetaque perſtitit.

Du-

Duplici deinceps vice eidem medico occaſio exhibendæ in poſſeſsione Gergurevcze prophylaxeos mercurialis fuit: primo, cum e familia Bernyaſſovich, poſt præviam menſe Decembri mortem ceteræ familiæ, menſe Januario per occaſionem depurandæ domus e dobus fratribus ſuperſtitibus, & in eodem tugurio contumaciam agentibus alter Zſiván peſtem contraxiſſet, cui frater alter Stoiko ad mortem usque miniſtraverat, quemve mortuum ſepeliverat: ſecundo, quum, infirmata ex peſte Kumria Vaſilits, tam domeſtici numero ſex; quam vero pater, qui puellam ad noſocomium etulit, ægræ, cum cautelis tamen præceptis, miniſtravit, & mortuam ſepelivit, contaminati cenſeri debebant. Et hi, & ille mercurio adulenem usque ſalivationem per tres ſeptimanas altam uſi ſunt; omnes a peſte immunes permanſerunt.

Si infirmarii, qui longo miniſterii tempore contagioſi fomitis penetrationem vix poſsint effugere, penes mercurii uſum integram ſanitatem, atque a peſte immunitatem ſuſtinent; tunc quidem multa eorum ſententiæ probabilitas accedet, qui illam mercurii prophylacticam indolem propoſituri ſunt. Obſervationem huc pertinentem, quæ mihi attentione non prorſus indigna videtur, referam. Exorta Kameniczii menſe Januario 1796 in alteram vicem peſte, commendavi eati medico, ut periculum cum mercurio faceret, eumque & methodum medici Kütl, & ſucceſſum illius docui. Initum illud eſt in puella zingara Vemia, quæ ſe miniſterio ægrorum dicaverat, inque eo tribus menſibus ſumma cum ſedulitate verſata eſt: omnes illa ægros levabat, feces eorum excipiebat, veſtes lavabat, dormiebat toto tempore in eodem cum illis cubiculo, & ſæpe ipſorum ſe ægrorum ſtragulis contegebat; interdiu, quum otium erat, cum melius habentibus confidebat, confabulabatur; & tamen immunis a morbo peſtis perſtitit, cum veſpillones, & domorum repurgatores, quorum bruta vitæ ratio, & prophylaxeos contemtus uſum remedii reſpuebat, inficerentur brevisſimo tempore. Ei puellæ mercurius cinereus ſub initium interne datus

quotidie fuit duorum, trium, etiam ſex granorum doſi; poſtea unguentum mercuriale illitum eſt, ſine conſequente unquam ſalivatione: cum temporis, quo uteretur, diuturnitas, & minuta contrahendi contagii ſolicitudo negligentiorem in unctionibus puellam faceret; duplici illi vice ortus in inguinibus bubo eſt ſine ullo alio morboſo ſymptomate, renovata inungendi aſsiduitate brevi diſsipatus. Puella, ceſſante miniſterii neceſsitate ad contumaciam translata, hanc quoque feliciter ſuperavit, & toto, quo deinceps in Sirmio morati ſumus, tempore cum a peſte; tum vero ab omni alio morbo immunis fuit. Hujus peſtis occaſione familia Rabics, ſex perſonis conſtans, omnis peſte correpta eſt usque puellam quadriennem Annam Rabics: domeſticis partim mortuis, partim in tardam ſanitatem ægrotantibus nemo contaminatæ puellæ curam ſuscipere voluit: bona Zingara rogavit medicum, ut ſibi ejus in noſocomio detinendæ curam habere liceret: neceſsitas aſſenſum medico extorſit, ea conditione novæ nutrici poſita, ut huic quoque unctiones mercuriales ætati accommodatas faceret: ſervavit Zingara puellam, ſecumque ſanam ad contumaciam, inde ad oppidum deduxit. Eodem in oppido contagium in familia Popovics rapaciter ſæviit: extinctis omnibus domeſticis puer, & ſervus familias, mercurialibus uſi, peſtem evaſerunt.

Menſe Decembri finiente perferuntur ad commiſsionem R. literæ exc. conſilii, quibus communicatur methodus prophylactica, & curativa peſtis in unctione olei poſita, quam, a legato ſvecico barone ab Haidenſtamm propoſitam, protomedicus tranſilvanienſis Neuſtädter expectationi ſuæ reſpondere renunciavit, *) quamve excellentiſsimus baro a Roſenfeld ad ſereniſsimum archiducem Palatinum transſcripſit, quemadmodum id acta ſub (H) accluſa uberius exponunt.

Si

*) Exorta fuit hoc ipſo tempore in limitibus tranſilvanicis peſtis: ſed eandem vir in hoc genere exercitatiſsimus in ipſis incunabulis oppreſsit.

Si medici firmienfes probare non poterant, in opufculo, quod baronis Haidenftamm theoriam, methodumque exponeret, prophylaxin non fufcipiendi contagiofi fomitis, quam dubio procul oleum corpori illitum adferat, quæve fola e fmirnenfium olei quæftorum immunitate legitime inferatur eadem modo, quo fimilem in perpetuo ab aqua madore prophylaxin apud aleppenfes, & cairenfes aquæ portitores Volney fe comperiffe prodidit, eam, inquam, prophylaxin non fatis diftinqui a prophylaxi morbi peftis, quæ in eo debet effe repofita, ut, etiam fufcepto peftis contagiofo fomite, tamen morbus peftis non erumpat; fi parum deferri debere cenfuerunt theoriæ, cui methodus curatoria fuperftructa fit, hujusque etiam commendationem exaggeratam effe debuerunt exiftimare; fi doluerunt, fucceffum experimentorum, quæ præftantifsimus medicus Neuftädter procul dubio accurate inftituerit, prorfus non ita ab eodem relatum effe, ut ex eo homo medicus aut difcere aliquid, aut agendorum probabilem quandam conjecturam fumere poffet; tamen acerbe tulerunt, non eo tempore ad fe notitiam harum rerum perveniffe, quo illa ad ineunda idonea, & fufficientia experimenta uti potuiffent, ab olei virtute non acidi, nefcio cujus, peftiferi e corpore extractionem; fed affectæ per virus peftiferum irritabilitatis, aut nerveæ vis contemperationem expectaturi. Adhibuit quidem medicus Budai inunctionem olei apud vefpillones, qui efodiendis cadaveribus, non fuo loco tumulatis, adhibebantur: fed apud hoc genus hominum bacchantium nulla pene experimenta; minime autem omnium ea, quæ majorem aliquam accurationem depofcunt, inftitui legitime poffunt, & brevi homines illi moleftam, atque vefpertinas a gravi labore lætitias intercidentem prophylaxin penitus detrectaverunt.

A.

Opinio facultatis medicæ peſtanæ ſuper ineunda methodo curatoria morbi contagioſi in Sirmio emergentis.

Facultas medica ſuper graviſsimi momenti quæſtione reſponſum datura ejusmodi, cui curatio morbi difficillimi, plurimasque varietates habere ſoliti ſuperſtrui poſsit, in vicem relationis medici comitatenſis ſequentia renuncianda habet:

1mo. Vigore ſymptomatum ab eodem recenſitorum non dubitare facultatem medicam, quin morbus relatus revera peſtis ſit.

2do. Hanc tamen ſcientiam longe abeſſe ab eo, ut ſufficiat conſtituendæ methodo curatoriæ, quam medicus perſequi debeat: peſtem plurimis in caſibus eſſe morbum complicatum, & quidem varie complicatum: in omnibus caſibus complicationum peſtis plurimam curandi partem verſari in morbis complicatis rite tractandis. Methodum, alexipharmacam vocatam, quæ ſudore prolicito putetur ad cutem humores, fomitemque contagii exigere, unice tunc tuto, cumque aliqua ſalutis ſpe adhiberi, cum cetera complicata vitia ad juſtam moderationem adducta ſunt.

3tio. Symptomata recenſita non ſufficere ad faciendam exactam, & certam determinationem morbi febrilis, qui præſenti in quæſtione complicatus cum peſte ſit: deeſt in deſcriptione indicatio conſtitutionis epidemicæ annuæ præſentis, aut paulo antecedentis; deeſt ſignificatio victus rationis, quam hoc paſsim famis ferace anno incolæ vix optimam habuerint; deeſt deſcriptio, aut ſignificatio anni tempeſtatis; non deſcribitur conditio pulſus, reſpirationis, linguæ; non conditio eorum, quæ vomitu redduntur; non conditio evacuationis abdominalis: non notatur in bubonibus, an ipſi affectent ſtatum inflammatorium; an ex torpore vaſorum renu-

renuant inflammari; an ſuppurent; an liveſcant potius, & gangræneſcant.

In recenſione ſymptomatum non exponitur ordo, quo ſeſe mutuo excipiunt; non levamen, aut intentio mali, hæc, aut illa ſymptomata conſequens: non patet denique, an ex gangræna viſceris, aut alius partis alicujus; an e generali virium reſolutione ægri moriantur.

Horum adminiculo certius conſtitueret facultas medica, an robur vaſorum, an vitalis vis debilitas adſit, an ſimul biliosa, mucoſa, &c. febris, quarum ſingulæ peſti unitæ aliter, atque aliter in putredinem, in mortem transeunt: eodem adminiculo uteretur facultas medica ad methodum curatoriam, quam propoſitura eſt, magis ſpecificandam.

Quantum interim ex conditione anni tempeſtatis, & forſan victus ratione cum probabilitate conjicit facultas medica; ſtatus gaſtricus, & debilitas vera comitantur hanc peſtem, unde citiſſimus in febrem putridam tranſitus: ne tamen vel hac facultatis medicæ deciſione in transverſum agatur medicus comitatenſis; monet facultas medica, ſolere peſtem, ubi popularis fit, unam quidem complicationem præ ceteris exhibere, ut tamen ſporadice diverſiſsimas quasque oſtendat.

4$^{to.}$ His præmiſsis facultas medica exponet eam curandi methodum, quam peſti cum febre gaſtrica, & debilitate nervoſa complicatæ maxime accommodatam fore judicat, actura deinceps de aliis complicationibus.

a) Statim erumpente paroxysmo, præſentibus ſordium gaſtricarum ſignis, appoſitam cenſet provocationem emeſeos per ipecacuanham plena doſi datam ex aqua aliqua aromatica.

b) Facta emeſi, dato ad obſtructam alvum clyſtere, dabitur pulvis Doveri, infuſum ſerpentariæ, aut contrajervæ, acuatum ſale ammoniaco, ſi ſaburra tenacior in primis viis.

c)

c) His eodem tempore (quo magis, facta etiam emesi debilis erit pulsus; eo promtius) sociabimus applicationem emplastri vesicantis ad nucham, aut suras, addemusque vasculatim alternis horis decoctum corticis, radicis arnicæ.

d) His 1mo, 2do die actis consideratio linguæ, ejus siccitatis, crustarum insidentium, conditio abdominalis plus, minus meteorica, conditio alvi segnis, flocculenta, viridis, &c. ostendet, an, & quanta status gastricus impedimenta ponat coctioni, quantumque ad gradum critici censeri possint bubones, interim erumpentes: si adhuc status gastricus notabile impedimentum ponit; cortici peruviano, radici arnicæ continuabimus addere salem ammoniacum, aut spiritum Mindereri, alto interim vesicante, & sinapismis ad plantas pedum appositis.

e) Sin autem loco status gastrici, linguæ crustosæ, arescentis, alvi segnis, abdominis meteorici signa magis eminent virium prostratarum, & humorum ad resolutionem properantium; largiore manu dabimus decocta corticis cum majusculis camphoræ dosibus, & vino, interpositis infusis contrajervæ cum spiritu Mindereri; repetemus vesicantia; dabimus infusum malti, spiritu vitrioli acidulatum.

f) Hæc moliti semper attendemus, an aliqua consvetis locis signa coctionis, aut tendentis aliquorsum evacuationis, vel metastasis appareant: hanc juxta regulas generales therapiæ febrium moderate promovebimus. Bubonibus, qui in ea, de qua agimus, complicatione renuent suppurari, inflammatorium statum concibimus per emplastra vesicantia, aut semivesicantia, sinapismos, emplastrum diachylon c. g., cepas assatas, fermentum panis cum pipere.

Suppuratum locum mature aperiemus, in abscessu fluxum methodo generali chirurgica alturi. Facultas medica existimat monere se debere medicum magistratualem, ne summam curationis partem in bubonum tractatione repositam esse existimet: emplastro

ſtro Pauli Barbette nil peculiaris virtutis tribuere facultas medica poteſt. *)

5to. Jam de aliis peſtis complicationibus præcipua memorabimus.

a) Solet ſtatus gaſtricus cum peſte complicatus ſe nonnunquam non ipſo initio; ſed ſub 2dum, 3tium diem, & ſumtis alexipharmacis exerere: diceremus hoc in contagioſo morbo, a medico Budai deſcripto, locum habere, ubi vomituritiones, & vomitus poſt plurima alia ſymptomata memorantur, ſi certi eſſemus, habitam eſſe in deſcriptione rationem ſucceſsionis ſymptomatum, & ipſo initio febris non adeſſe cardialgiam, aut turgorem ad hypochondria. Tali in caſu, dato ad ingruentem febrem alexipharmaco, poſtridie, exerente ſe ſtatu gaſtrico, ſubjungendum eſt emeticum ad eam rationem, qua Grant tradit curari debere febrem peſtilentialem cum ſtatu gaſtrico combinatam, cujus univerſim principia generalia de tractandis morbis contagioſis complicatis medico comitatenſi, ſi ei liber ad manus ſit, commendamus.

b) Nonnunquam peſtis cum ſtatu imflammatorio complicata eſt, ſignis generalibus habitus phlogiſtici cognoſcendo. Tunc venæ ſectiones, fotus externi corporis, pediluvia, potus diaphoretici, pulvis Doveri; ad bubones autem nimis inflammatos etiam cataplaſmata emollientia utilia futura ſunt. Univerſim nil generale ad horum tractationem valet: ſtatus ſolidorum, fluidorumque corporis conſiderandus eſt.

c) Si virium vitalium debilitas copulat ſe contagio peſtis ſine ſtatu gaſtrico, ſine vitio mucoſo, bilioſo, &c.; non poſſunt mature ſatis exhiberi cum alexipharmacis veſicantia, vinum, camphora, cortex peruvianus, radix arnicæ.

Si

*) Scilicet retulit medicus comitatenſis proviſum a ſe eſſe, ut iſtud emplaſtrum majori copia adpararetur.

d) Si ſtatus gaſtricus ſive bilioſus, ſive mucoſus complicatur cum peſte, & juxta magis oppreſſa, quam revera debilia ſunt ſolida; plus in methodo ſurſum evacuante per ipecacuanham, incidente cum ſale ammoniaco, ſulphure aurato antimonii, interpolatis poſt emetici actionem mitioribus alexipharmacis, ſinapismis inſiſtendum. Propere, magnis doſibus data roborantia, ſtimulantia, metus hic eſt, ne phlogoſes gangrænescentes viſcerum ſingularium producant. Purgantia, criſin peſtis propriam per bubones facile impeditura, non niſi ad ſummam indicationem exhibenda eſſent, ſubdito ſtatim alexipharmaco.

6*to.* Has complicationum peſtis ſpecies præcipuas, earumque tractandarum ſumma capita eo potiſsimum fine expoſuit facultas medica, ut haſce ad ideas animum advertens medicus felicius, promtiusque verſetur in determinanda occurſurarum peſtium natura, aptamque ſingulis medicationem eligat; non vero, ut coeco aliquo obſequendi ſtudio ductus ſine diſcrimine, admenſurationeque adhibeat commendatam curandi methodum, quam neque facultas minimis quibusque adjunctis attemperatam dare poteſt; nec quisquam, niſi medico ſcrutinio inſtructus, bene exequetur.

7*mo.* De prophylaxi.

Quoad diætam in prophylaxim ſequentia ſunt conſilia generalia: aer ſit temperatus, renovatus; periculoſus eſt ſerotinus, nocturnusque, uti & cubatio ſub dio: ea ſit cibi, potusque qualitas, & quantitas, cui quis citra noxam ſuæ ſanitatis adſvevit: carnes unice vitentur meracius ingeſtæ, cum primis ſuilla, anſerinaque pinguis, & piſcium, ac præcipue ichthyophagorum: condimentum optimum eſt acetum; potus aqua, cereviſia, vinum, quamvis aceſcens: ſpirituoſa ſenibus & frigidis commendanda; ebrietas vitanda: nemo foras prodeat jejuno ventriculo: corpus exerceatur conſvetis exercitiis.

8*vo.* Ut facultas medica conſilio ſuo deinceps quoque, & cum fructu adeſſe poſsit medico comitatenſi, neceſſe eſt conſtitui

inter

inter utrosque, quales velit esse relationes, quæ ad se mittantur: itaque committitur medico comitatensi:

1*mo.* Ut novam submittat historiam morbi, quæ enumerationem contineat eorum omnium, quæ desiderari tertio §pho monuimus, & quæ, quantum licet, plurimum sumantur ex observatione ægrorum, qui quam paucissima medicamenta sumserunt: in primis autem non omittat dare significationem rationis incrementi, & successionis symptomatum, ac transitus morbi in mortem.

2*do.* Ut aliquorum (de omnibus subnata fortassis ægrorum multitudo non patietur) ephemerides ducat, easque suos chirurgos ducere jubeat medicus comitatensis, in quibus post circumstantialem; sed succinctam morbi in singulari ægro descriptionem & symtomata quotidie observata, & medicamenta exhibita, & horum effectus, vel per evacuationes, vel per symptomatum mutationem cognoscendus, describatur.

Hoc utroque modo facultas medica eo perveniet, ut & explicatiorem habeat morbi grassantis notionem, & de medicamentorum quorumcumque aut exerta, aut speranda efficacia certius definire possit.

B.

I. *Diſſertatio D. chirurgi regiminis petrovaradinenſis Colli, ſuper methodo a ſe ad curandam peſtem adhibita.*

Die gegenwärtig ausgebrochene Krankheit kann, ſo viel als ich ſie beobachtete, in zwey Klaſſen getheilt werden, welches die Zufälle der Kranken klar an die Hand geben, und um ſo mehr, weil die Anſteckung einer jeden anſteckenden Krankheit, hauptſächlich der Peſt, zwo Sachen erfordert: als erſtens einen fangbaren, oder ſchon vorbereiteten Körper, und zweytens eine nähere Berührung des Giftes: beide werden weſentlich zur Anſteckung erfordert.

Zu der erſten Klaſſe rechne ich diejenigen, welche ſonſt eines geſunden, robuſten, und vollblütigen Temperaments ſind, und nur entweder durch Kleidungsſtücke, Bettgewand, oder ſonſtige Abgebung der Kranken durch das Gift angeſteckt werden; da hingegen zur zweyten Klaſſe jene rechne, welche von einer ſchwächlichen, oder kakochymiſchen, oder kachektiſchen Beſchaffenheit ſind, oder auch die, welche an chroniſchen Uebeln ehebevor gelitten: ſo wie auch die Zufälle ſich bei jeder dieſer Klaſſen anders äuſſern.

Die zur erſten Klaſſe gehörigen Kranken klagen ſchon ein, manche auch zween Tage, bevor ſie ſich legen werden, einen, in der Stirngegend empfundenen, ſtumpfen Kopfſchmerz, Drücken des Magens, und ſonſtige Abgeſchlagenheit der Glieder, jedoch ohne gänzlichem Verluſt der Eſsluſt: endlich überfällt ſelbe eine geringe Kälte, welche ungefähr eine halbe Stunde dauert; ſie klagen einen beſtändigen Eckel zum Erbrechen, und brechen auch eine grasgrüne, gelbliche Materie: bei manchen wurden auch Spuhlwürmer gebro-

chen

chen: einige bluten ausserordentlich aus der Nase; andere brechen Blut: endlich, wenn sich die Kälte verliehrt, überfällt sie eine ausserordentliche Hitze, sie klagen einen unerträglichen Schmerz im Kopf, Magen, und Brust: im Gesicht sind sie aufgedunsen, die Augen funkeln im Kopf, die Gefässe in selben strotzen vor Blut: die Zunge mit einer faulartig schleimigen Haut überzogen, klagen sie über einen unleidentlichen Durst: der Puls ist hart, und gespannt, und die Haut troken.

In diesen Zuständen liegen die Kranken 24, auch 30 Stunden: nachhero werden sie von einem geringen Schweiss überfallen, und wenn sich Beulen hinter den Ohren, Achseln, oder in der Leistengegend sehen lassen, sich entzünden, und in Eiterung gehen; so erleichtern sich die Kranken, und kommen auch einige davon: diejenigen hingegen, wo sich die Beulen verliehren, werden unruhig, werfen sich von der einen Seite zur anderen; die Zunge, die ehebevor zwar schmutzig, doch feucht war, fängt an trocken, und schwarz zu werden; das Athemhohlen wird sehr beklemmt; sie verfallen in Irrereden, und Zuckungen, und endlich sterben einige den dritten, und selten überleben sie den vierten Tag.

Jene hingegen, welche ich zur zweyten Klasse rechne, werden plötzlich von einer Kälte überfallen, die auch sehr kurze Zeit dauert: wenn sie die Kälte verläßt; überfällt sie eine Hitze, jedoch nicht in der Heftigkeit, wie die erstern: sie klagen über Kopfschmerzen, Drücken des Magens, und Eckel zum Erbrechen: einige brechen auch wirklich eine gelblichte Materie; andere aber gar nichts: die Augen sind matt, und eingefallen; das Weisse in selben gelb: sie liegen ganz ruhig, verlangen weder Speise, noch Trank: der Puls ist zwar etwas schneller; jedoch fast dem natürlichen gleich: endlich verfallen sie in einen Schlaf, aus welchem man selbe kaum erwecken kann.

In diesen Umständen liegen die Kranken zween, drey, auch vier Tage: dann läßt sich bey einigen eine Beule hinter den Ohren,

 Achseln,

Achſeln, oder in der Leiſtengegend ſehen: bei vielen entſtehen auch aasähnliche Karbunkeln an verſchiedenen Theilen des Körpers: bei vielen werden gleich die oberwähnten Beulen entzunden; andere behalten die natürliche Hautfarbe, und verſchwinden den fünften, oder ſechſten Tag: die entzundenen hingegen gehen in Eiterung über, brechen auf: jene, woraus gut verkochter weiſſer Eiter flieſst, erleichtern die Kranken, und es kommen auch einige davon: diejenigen hingegen, wo aus den aufgeſprungenen Beulen ſtatt der gutartigen Materie eine ſtinkende Jauche flieſst, ſterben den ſiebenten, oder längſtens den achten Tag.

Bei dieſen Umſtänden theile ich auch die Heilungsart in zweyerlei Gattung ein: nämlich, ſobald als ich einen zu der erſten Klaſſe gehörigen Kranken bemerke, laſs ich demſelben gleich anfänglich eine, zwo, und nach Umſtänden auch die dritte ausgebliche Aderlaſs machen: inzwiſchen ihm ein Brechmittel, auch zweye in ſtarken Doſen, welches aus 30, 40 Gran, auch bis ein Quintel Ipecacuanha beſtehet, wenn das erſte nicht wirket, reichen, worauf ſich viele ſehr geſchwind erleichtern, ohne die oben beſchriebenen Zufälle zu bekommen: hingegen diejenigen, welche ſich nicht erbrechen können, bekommen die oberwähnten Zufälle, und ſterben auch wirklich: wenn ſich einer jedoch erbricht, und dennoch Beulen bekömmt; ſo laſs ich auf ſolche einen Breyumſchlag, der entweder aus bloſſem in der Milch, oder bei deren Ermanglung auch im Waſſer gekochten Brod beſtehet, auflegen, und als mir dieſs anfänglich den erwünſchten Effekt nicht leiſten wollte, um die Beule baldigſt zu erweichen; ſo verfiel ich auf den Gedanken, daſs etwas reitzendes zu dem gekochten Brod beigemiſcht werden müſste, um die Reitzbarkeit in dem von der Natur bereits gezeigten Weege zu vermehren, und erreichte auch wirklich damit den Entzweck: die Beulen zeitigen bald, ſpringen auf, und es flieſst eine Menge Eiter heraus: den Kranken wird dann empfohlen, daſs ſie ſich die Wunde des Tags zweymal mit laulichtem Waſſer mittelſt eines

Schwam-

Schwammes reinigen, und dann mit der Digeſtivſalbe, welche ihnen gegeben wird, ſo gut ſie können, ſelbſt verbinden, und mit dem gummoſen Diachylonpflaſter bedecken: freylich wäre es beſſer, wenn ihnen die Wunde erweitert würde, weil die von ſelbſt aufgeſprungenen Beulen ſehr kleine Oeffnungen zurücklaſſen; allein wegen der Furcht der Operation ſowohl; als auch der Anſteckung des Chirurgen nicht wohl thunlich, und unterbleiben muſs. Innerlich wird denjenigen, die ſich zum Einnehmen bequemen wollen, ein Abſud von Chinarinde mit Vitriolgeiſt gemiſcht gegeben. Das Getränk beſtehet aus bloſs reinem Waſſer mit Vitriolgeiſt geſäuert, welches ſie lieber; als den Gerſten, oder Habertrank trinken. Sobald als ſie ſich ſoviel erhohlen, daſs ſie zum Theil herumgehen können, wird ihnen eine gelaſſene Bewegung zu machen, ſonderlich in der Frühe, im Freyen, anempfohlen, und täglich ein, auch nach Umſtänden zwey Seitel Wein, welchen ſie mit Waſſer miſchen, zum Trank in ſo lange gereicht, bis ſich ihre Kräfte zum Theil wieder einfinden.

Die Nahrung beſtehet blos in gekochtem Reiſe, und Gemüſe.

Denjenigen, welche in die zweyte Klaſſe gehören, wird gleich anfänglich ein Brechmittel aus Ipecacuanha gegeben, auch zwey und dreymal wiederhohlt: wenn ſich die gallichte Materie entleert hat, und die Kranken zum Einnehmen gebracht werden können; ſo wird ihnen das nähmliche Dekokt von der Chinarinde, mit einigen Unzen alten Wein vermiſcht, gegeben, und wenn die Kräfte ſinken wollen, werden der obigen Mixtur noch zehn, fünfzehn, auch zwanzig Gran Kampfer beygemiſcht. Das Getränk beſtehet eben aus Waſſer mit Vitriolgeiſt, und etwas wenigem Honig vermiſcht, welches ſie gerne trinken, und auch in der That von gutem Nutzen iſt. Die Beulen werden ſo; wie die der erſteren, behandelt. Auf dieſe Art ſind viele gerettet worden, die jetzo fröhlich herumſpringen.

Die

Die Nahrung beſtehet bis zu ihrer Erhohlung ſo; wie bei den erſteren.

II. *Opinio D. profeſſoris praxeos medicæ peſtani Ignatii Prandt ſuper methodo a chirurgo regiminis Colli ad curandam peſtem adhibita.*

Auch ich würde in den Kranken von der zweiten Klaſſe, wie H. Regimentschirurgus Colli ohnedem thut, keine Aderlaſs unternehmen: aber auch in denen, die zur erſten gehören, nicht drey oder zwo, und kaum eine einzige anbringen, es wäre dann, daſs der Kranke vorhero ſchon eine offenbare Vollblütigkeit, oder eine ſehr entzündbare Conſtitution hätte, wo immerher ſie entſtehe; ſondern mit H. von Mertens glauben, daſs das Entzündbare, das ſich im Anfange der Peſt in einigen Kranken zeiget, durch die zweyte Periode der Krankheit, wo ſie in eine Faulniſs übergehet, ohnedem getilget werde, ohne daſs darzu vorhero eine Aderlaſs angebracht werden müſſe, und dadurch die Lebenskräfte, die in der zweyten Periode ſo nothwendig ſind, geſchwächet werden.

Doch, ob ich recht denke; H. Regimentschirurgus Colli aber juſt in dieſer Peſt beſſer thue, kann allein dadurch entſchieden werden, wenn man in mehreren ſich gleichen Patienten bald dieſe, bald jene Methode gebrauchen wird.

Uebrigens wünſchte ich, weil die China ſo viel koſtet, zu probiren, was doch ein Aufguſs, oder Infuſo-Decoctum von den floribus arnicæ vermöge, wenn ein ſolches von deren anderthalb, zwey, und auch mehreren Loth zubereitet, und ſo täglich gegeben würde, oder wenn man anſtatt deren, oder mit denſelben die rad: valerianæ gebrauchen würde, doch daſs man ſowohl mit dieſer; als mit jenen auch den ſpir. vitrioli gebrauche, wie ohnedem geſchieht:

ſchieht. auch könnte anſtatt den fl. arnicæ die rad. arnicæ gebraucht werden.

III. *Opinio facultatis medicæ peſtanæ ſuper methodo curandæ peſtis colliana.*

Die mediciniſche Fakultät tritt der Meinung des H. Profeſſor Prandt gänzlich, jedoch mit folgendem Beiſatz bei:

1tens. Das Aderlaſſen ſey in dieſer Krankheit nicht zu verſäumen, wenn es die entzündungsartige Beſchaffenheit der Krankheit unumgänglich erfordert: jedoch man ſoll auch nie in dieſer Krankheit das Aderlaſſen übertreiben, oder ohne Nothwendigkeit vornehmen; ſondern damit (vorzüglich im Herbſt) behutſam ſeyn, weil die Peſt eine Kranheit iſt, welche die Lebenskräfte ſehr leicht niederſchlägt, und auch ſehr leicht (vorzüglich im Herbſt, und zu Ende des Sommers) in einen faulungsartigen Zuſtand übergeht, ob ſie gleich zuweilen mit einer Phlogoſis den Anfang macht.

2tens. Zu der Zeit, wo eine Aderlaſs erforderlich iſt, ſey der Gebrauch der China nicht paſſend, weil, wo eine ſo heftige Phlogoſis zugegen iſt, daſs man zur Aderlas die Zuflucht nehmen muſs, der Gebrauch der Chinarinde die Krankheit verſchlimmert – ſo wie gegentheilig das Aderlaſſen nachtheilig iſt, wo die China die ſinkenden Lebenskräfte erwecken, und der faulungsartigen Verderbung der Säfte wiederſtehen ſoll.

3tens. Wünſchet die Facultät, daſs das Journal, welches der H. Regimentschirurgus Colli erſt nach Endigung dieſer Epidemie einzuſchicken verſpricht, alle Wochen von Zeit zu Zeit, nebſt Tabellen der verſtorbenen Kranken, und Reconvaleſcenten eingeſendet würde, damit man daraus den Gang, und die Veränderungen dieſer Krankheit erſehen könnte, welches auch vorzüglich

den Herren Aerzten, welche in dem Civil-Bezirk diese Epidemie besorgen, aufzutragen wäre.

IV. *Relatio D. regni protomedici a Vezza, exc. consilio L. R. substernens opinionem facultatis medicæ super methodo curandæ pestis colliana.*

Erga medio benigni decreti communicatam mecum horsum submissam relationem medicam chirurgi regiminis Colli super statu, ac methodo curandi grassantis morbi contagiosi in Kernjesevcze & Kercsedin, cum mandato eandem facultati medicæ universitatis hujus regiæ pestinensis pro notitia, & depromendis, si quæ occurrerent, reflexionibus communicandi, humillime significandum habeo, omnia per me ad amussim executa fuisse, ut ex adnexis facultatis medicæ ad me datis scriptis patebit, dominumque professorem praxeos Prandt ejusdem cum facultate opinionis esse, & meam quoque prædictæ facultati medio spectabilis decani oretenus communicatam confirmare, quæ in eo versatur, ut nimirum venæ sectiones nonnisi in summe plethoricis, & tunc celebrentur, cum in primo stadio a concepto miasmate symptomata admodum gravia nervosum genus ægrorum ita irritatum produnt, ut merito, ni subito compescantur, interitus illorum metuendus sit, & has tunc temporis omni cum attentione adhibendas, & potius urgente malo moderata manu repetendas esse, donec turbæ illæ, effroenesque motus in nervoso systemate excitati remittere videbuntur.

Plerumque enim brevi post tempore has prægressas turbas summa subsequitur virium prostratio, statusque morbi putridus in conspectum venit, in quo dein adhibita licet congrua remedia, ut sunt: chinæ cortex, vinum, camphora, moschus, aliaque complura hoc in casu indicata remedia, ne minimum tamen præstare solent.

Ipe-

Ipecacuanhæ radix, etiam a modernis de peſte ſcriptoribus laudata, ubi indicatur, optimo cum effectu præſcribitur, ut & cortex chinæ cum acidis mineralibus in ſtatu putrido; in virium vero maxima proſtratione admixtis cardiacis excitantibus: purgantia, etſi lenia, minus convenire ab omnibus obſervatoribus afferuntur, cum facile his in ægris diarrhoeas ac dyſenterias excitent, finemque miſeriis imponant.

Quare & effectum radicis arnicæ apud aliquos ægrorum horum corticis chinæ, ut pretioſioris, loco, etiam cum radicis valerianæ additione, experiendum cenſeo, cum prior ut putredini reſiſtens, diaphoreticum, & alvum ſiſtens; altera vero ut nervinum, tonicum celebretur medicamentum: ſolum hoc advertendum venit, quod arnicæ radix majori doſi; quam cortex chinæ, adhiberi debeat.

Flores arnicæ vero, cum facile in irritabilibus vomitum moveant, majori doſi, ut a profeſſore Prandt præſcribuntur, licet forma infuſo-decocti exhibeantur, minus adhibendos fore cenſeo.

Hæc itaque ſunt, quæ omni cum obſequio in chirurgi regiminis Colli relatione obſervata omni cum veneratione ſerenitati veſtræ, excelſoque conſilio locumtenentiali regio ſubſternenda habeo.

C.

HISTORIAE
ÆGRORUM PESTIS MORBUM HABENTIUM
A
MEDICIS SIRMIENSIBUS
EXARATÆ.

I.

HISTORIAE AEGRORUM
AB
ANDREA BUDAI
MEDICO IRREGHIENSI
SUBMISSÆ.

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger I.		
Sept.	2	Joannes Varga vir 40 annorum queritur continuam, vehementem cephalalgiam: lingua eft albo muco obfita, vomituritiones continuæ, fitis intenfa, pulfus celer, intermittens.	emeticum ex ipecac.: fcrup. duobus. poft emefin quatuor dofes fa-	vomitio bilis multæ.

fym-

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
			lis ammon. quotidie.	
Sept.	3 ad 4	ſymptomata nil mutata ab emetico: imo lingua fit adhuc magis ſordida.		
	5 ad 7	in ſiniſtro inguine exortus bubo manet durus.	interne decoctum corticis cum camphora; externe empl. diach. c. g.	
	8	mors.		in cadavere nil præter bubonem exanthematici.
		Æger II.		
	3	Eva Platnerin 28 annorum, coca noſocomii neradinenſis, queritur cephalalgiam, & vertiginem, quæ ſubinde in tertium diem perdurant: lingua eſt albo muco obducta, os amarum, cardialgia, nauſea, vomitus usque *5tam* menſis perdurantes, reſpiratio facilis; ſed corpus valde dedolatum, & vires proſtratæ. His ſymptomatibus comes eſt febris	poſt aliquot ſalis ammoniaci doſes emeticum ex ipecacuanhæ ſcrup. duobus.	emeſes bilioſæ.

hor-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata evacuationes, utrorumque conditio.
		horroribus inchoata, pulſus celer, debilis.		
Sept.	5	remiſsio ſymptomatum caput afficientium cum eruptione bubonis in utroque inguine.	empl. diachyl. ad bubones.	bubo in utroque inguine.
	6	cephalalgia & vertigo revertunt: lingua eſt alba & mucoſa: os amarum, cardialgia, ſitis nimia perſiſtunt: appetitus omnis abolitus, pulſus celer, inæqualis, manus ad tactum ardentes, bubo albus, indolens.	continuato ſali ammoniaco adjungitur decoctum chinæ cum camphora.	bubo albus, indolens.
	7	vertigo continua, lingua flavo-mucoſa: cardialgia diſparuit; ſed pro ea rubor genarum: veſperam verſus fugæ conatus.		
	8	exanimis reperitur.		in cadav. multæ petechiæ nigræ.
		Æger III.		
	5	Michael Marinkow annorum 57 queritur cephalalgiam, vertiginem, amarorem oris: lingua eſt tenui, albo muco tecta, reſpiratio facilis, appetitus penitus proſtratus, ſitis intenſa, conatus vomendi inanes, alvus facilis, urina inter mejendum ardens,	pulv. rad. ipecacuanhæ ſcrup. ij.	vomitio multæ materiæ bilioſæ.

fla-

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata evacuationes, utrorumque conditio.
		flava: febris inchoavit cum frigore unam horam durante, cui subinde calor succesſit: pulſus erat mollis, parum febrilis; manus ardentes.	poſtridie decoctum chinæ.	
Sept.	8	eadem adhuc ſymptomata; ſed virium vitalium nimia proſtratio: vox vix perceptibilis.	decoctum chin. cum camphora; veſicans ad ſuras.	
	9	auditus deperditus, vox obſcuriſſima. Nocte fit æger turbulentus, inter virium intenſionem, blasphemias conatur profugere, ligatur: aliquot horis poſt moritur.		poſt mort. ſparſim in corpore comparent petechiæ nigræ, antea non viſæ
		In literis binarum poſteriorum hiſtoriarum comitibus hæc lego: „in duobus his ægris præcipue „duo ſunt notanda: 1*mo* manus „ardens in maxima vehementia „morbi: ardor iſte ſolet eſſe talis, „qualis in febribus putridis ſine pe„culiari manuum rubore: hunc „manuum ardorem in omnibus fe„re ægris obſervavi: plerumque „dein prodire ſolent petechiæ: „quibus ſunt petechiæ rubræ, ſpe„rare adhuc ſalutem poſſunt; cum „nigris minime. Ego in utroque		

ægro,

Mensis	Dies	Anamnesis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		„ægro, per tactum obſervando „manuum ardorem, expectavi „petechias: ſed quia erant dies „ventoſi, & noctes frigidæ, noſo-„comia vero ventis pervia; in ne-„utro ægro in vita poterant pro-„dire petechiæ: forſan ſalvari po-„tuiſſent, quemadmodum multi „alii: poſt mortem vero in utri-„usque cadavere petechiæ nigræ „conſpiciebantur. *2do* fuga: qui „in exordio morbi ex peculiari „interno timore (nam timere ſe „dicunt) fugiunt, ſanari adhuc pos-„ſunt; qui vero ſeriore morbo „fugiunt, omnes moriun-„tur, & quidem repente: poſt „mortem comparent in toto cor-„pore petechiæ. Peſtis ſcriptores „notarunt in mortuis etiam pecu-„liarem faciei diſtorſionem, quod „etiam in noſtris mortuis obſer-„vatur, fortaſsis in ſignum, quod „convulſi perire debeant. Mea „ægra, cujus hic hiſtoriam legis, „habuit oris conformationem, „qualem habere ſolent, qui ali-„quid amari guſtaverunt. «		

Æger

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger IV.		
Sept.	5	Marcus Likics ad noſocomium venit cum cephalalgia, vertigine, lingua albo muco tecta, perpetuis vomituritionibus cum preſſione in ſcrobiculo, vomitionibus meracæ bilis: febrilis inſultus nullus adfuit.	ſumit ipecacuanhæ ſcrupul. duos.	in inguine dextro bubo: retro articulat. genu dextri emerſit veſica carbunculi cum ambitu rubro, admodum dolente. emeſis multæ bilis.
	6 ad 7	paucum levamen ab emeſi, cephalalgia minor, vomituritio conſtans, pulſus modice febrilis, & ſpaſticus.	decoctum chinæ cum camphora.	
	8	ceſſatio cephalalgiæ, vertiginis, amaroris in ore; ſed lingua æque ſordens: vomitiones continuant ſine preſsione in ſcrobiculo: nullus appetitus, nulla ſitis: urina inter mittendum ardens, flava; reſpiratio bona; pulſus celer, intermittens.		emeſes continuant.
	9	omnia eadem.	buboni & carbunculo unguentum digeſtivum applicatur.	bubo maturatus rumpitur.

cete-

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Sept.	10	ceteris fymptomatibus perfiftentibus redit prefsio in fcrobiculo cordis, pulfus fit valde debilis, licet parum febrilis.	continuatur decoctum chinæ.	
	11	hora 4*ta* matutina placide obit.		in cadavere nulla nova exanthemata.
		Æger V.		
	9	Michael Toth 20 annorum, inter vefpillonis occupationes infirmatus delatusque ad nofocomium, queritur cephalalgiam, vertiginem, amarorem oris, prefsionem continuam in fcrobiculo cordis, appetitum proftratum, fitim multam: habuit linguam albo muco obductam: morbus coepit cum infultu febrili, pulfus erat celer, parvus.	ipec. fcrup. ij. ad bubonem empl. diach. c. g.	bubo in fovea fubaxillari finiftra. vomitio bilis fincerae.
	10	delirium, vox obfcura.	veficans ad nucham, epifpaftica ad furas.	
	11	cephalalgia, & vertigo perfiftunt fine fiti: vomitus bilis fpontaneus.	confvetæ dofes falis ammon.	vomitus bilis fpontaneus.
	12	In delirio nocturno repetiti fugæ conatus: hæmorrhagia narium magna.	decoctum corticis cum camphora.	hæmorrhagia narium magna.

poft

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Sept.	13	poſt aliquot adhuc fugæ conatus debilitas univerſalis cum reſpiratione difficili, & nova ſiti.	idem.	alvus fluida ſine conſcientia, petechiæ nigræ, pedes cœruleſcentes.
	14	penes priora linguæ carina magis redundans ſordibus.	ſal ammoniacus additur ad decoctum chinæ cum camphora.	
	15	æger ſibi redditur, appetit.		hæmorrhagia narium parca: petechiæ diſparent, alvus fit rarior.
	16	is euphoriæ ſenſus, ut æger cohibere ſe a conſveta tabaci fumigatione non poſſet.	decoctum chinæ.	
	24	viribus multum confirmatis ad domum reconvaleſcentium transponitur.		bubo, licet empl. diachylon c. g. & cepis aſsis irritatus, maxima jam ex parte reſolutus eſt.
		Æger VI.		
	9	Stephanus Boſy 40 annorum, ad noſocomium delatus, habet cephalalgiam, vertiginem, amarorem oris, linguam albo muco-	ſal ammoniacus.	præter herniam in ſiniſtro inguine naſcitur bubo.

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		ſam, preſsionem in ſcrobiculo, vomituritionem continuam.	ad bubonem empl. diach. c. g.	
Sept.	10	eadem.	eadem.	
	11	delirium, vox obſcura.	decoctum corticis c. camph., veſicatorium.	
	12	debilitas univerſalis, decubitus immobilis.		
	13	mors.		in cadavere nullum novum exanthema.
		Æger VII.		
	9	Maxim Joannovics 20 annorum prima ſtatim morbi acceſsione ad noſocom. venit cum cephalalgia, vertigine, preſsione in ſcrobiculo, lingua flavo muco tecta: ſubinde ter ſua ſponte vomuit.	emeticum ex ipecacuanhæ ſcrup. ij.	vomitus ſpontaneus materiæ e viridi nigreſcentis.
	10	indagatio pulſus eum oſtendit mollem, celerem: cephalalgia remittente vertigo perſtat; lingua nunc albo muco obſita eſt; preſſio in ſcrobiculo, & vomitus ſpontaneus ceſſavit.	tres doſes ſalis ammoniaci, & decoctum chinæ cum camphora.	
	10	ſymptomatibus diei nonæ iterum ingraveſcentibus accedit delirium, & debilitas univerſalis.	veſicantia ad nucham, & ſuras ſine effectu.	

ita

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Sept.	12	ita proſtratæ omnes functiones, ut nec medicamentum, nec potus miniſtrari potuerit.		
	13	ſub auroram mors.		multæ in ſuperficie cadaveris petechiæ nigræ.
		Æger VIII.		
	9	Catharina Dugobradicſeva 17 annorum quinto die morbi venit ad noſocomium cum dolore capitis vehementi, vertigine, lingua alba, mucoſa, ſine amarore oris, & preſsione in ſcrobiculo: pulſus erant parvi, molles; vox obſcura; delirium per vices ingruens.	tres doſes ſalis ammoniaci. ad bubonem cepæ aſſæ, & empl. diach. c. g.; ad carb. ung. digeſt.	in fovea ſubaxillari ſiniſtra bubo; in abdominis ſiniſtra, inferiore regione carbunculus, cujus jam rupta veſica fuit.
	10	ſenſuum privatio, ut vix quicquam reſponderet percontantibus: debilitas magna.	veſicans ad nucham, quod nil traxit, & decoctum cortis c. camph.	
	11	plena anæſtheſia: nil per os adminiſtrari poterat.		

 ſub

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Sept.	12	fub auroram mors.		tota cadaveris fuperficies cœrulea.
		Æger IX.		
	9	Francifcus Bácsy 32 annorum, infirmarius, cum ab aliquot jam diebus alvum dyfentericam habuiffet, acquirit cephalalgiam, vertiginem nimiam, amarorem oris, appetitum proftratum, conatus vomendi, habet linguam muco flavefcente obductam, pulfum mollem, celerem, tormina frequentia & molefta, debilitatem non multam.	emeticum ex ipec. fcrup. ij.	vomitus multus flavæ bilis. dejectiones alvinæ una fanguinem cum muco excernunt.
	10	remittentibus ceteris fymptomatibus fupereft vertigo, & alvus diarrhoeica.	aliquot dofes rhabarbarinæ.	
	11	eadem.	mane & vefperi theriac. andr. dr. ß.	
	12 ad 13	pulfus pene naturalis, appetitus revertens.	continuatur.	dejectiones intra nycthemerum quatuor paucas tantum ftricas fanguinis exhibent.

lin-

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Sept.	14	lingua albo muco tegitur, vertigo revertit jam fubmota.	aliquot dofes falis ammon.	
	15	multum bene habet: alvus mucofa paucifsimo fanguine ftriata.	decoctum corticis.	in inguine dextro comparet bubo.
	16 ad 20	nil commutatum.	ad bubonem empl. diach. c. g.	
	21	augetur dejectionum alvinarum numerus fine torminibus, aut tenesmo.	decocto corticis additur theriaca andromachi.	
	22	recrudefcit cephalalgia, vertigo, prefsio in fcrobiculo cordis, lingua tenuiter mucofa.	quater de die pulv.ipec.gr.ij. cum faccharo.	dejectiones parco fanguine ftriatæ.
	23	emendatio priorum fymptomatum.		
	24 ad 27	bene habet, diarrhoea ceffavit.	utitur decocto corticis.	bubo maximam partem refolutus eft.
	28	cum vires fufficerent, & bubo exiguus nil impediret; reverfus eft ad ægrorum minifterium.		
		Æger X.		
	11	Michael Bánto 20 annorum venit ad nofocomium cum cephalalgia, amarore oris, lingua pura, prefsione in cordis fcrobiculo, nullis vomendi conatibus,	emeticum ex ipecacuanhæ fcr. ij.: poftea folitæ dofes falis ammon.	in inguine dextro bubo.

appe-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		appetitu aliquo, ſiti multa, alvo facili, urina alba, non ardente.	ad bubonem empl. diach. c. g.	
Sept.	12	diarrhoea, auditus deperditus, delirium.	veſicans ad nucham; decoctum chinæ c. camphora.	diarrhœa aquoſa ad mortem usque.
	13	aphonus: veſicans ad nucham iners fuit.	veſicantia ad ſuras; decoctum, ut ſupra.	
	14 ad 17	etiam alterius veſicantis nullus effectus: ſenſuum abolitio: nocte ad 17*mam* mors.		in cadavere nullum novum exanthema.
		Æger XI.		
	11	Stanko Lukics 20 annorum venit ad noſocomium ſine cephalalgia, vertigine, amarore oris, preſſione in cordis ſcrobiculo, ſine conatibus vomendi: alvus & urina erat naturalis, ſitis modica, lingua alba, mucoſa.	emeticum ex ipecac. ſcr. ij. ad exanthema empl. diach. c. g.	habet anthracem unum in abdomine, alterum in dorſo; bubonem unum ſub axilla dextra, alterum in inguine dextro. vomitus bilis æruginoſæ.
	12	eadem.	decoctum corticis c. camph.	

lin-

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Sept.	13	lingua magis; quam nuper obsita sordibus.	præter corticem aliquot doses salis ammon.	petechiæ nigræ.
	14 ad 16	delirium continuum.	vesicans ad nucham: eo nil trahente duo alia ad suras efficacia.	
	17	æger sibi redditur: universalis debilitas.	continuat decoctum chinæ: anthraces ung. digest. deligantur.	petechiæ dispa- rent: anthraces ab eschara soluti.
	18 ad 20	melius habet, vires insurgunt.	continuat decoctum chinæ: bubonibus maturandis cepæ assæ applicantur.	anthraces bonum pus fundunt.
	24	vigore corporis magis provecto, bubonibus apertis, & bonum pus fundentibus transfertur in domum reconvalescentium.		
		Æger XII.		
	12	Vaso Scalacz 50 annorum, infirmarius, post meridiem queritur cephalalgiam, nonnullam vertiginem, amarorem oris cum lin-	emeticum ex ipecacuanha.	anthrax oritur in articulatione genu dextri introrsum.

 gua

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		gua pura, & pauca preſsione in cordis ſcrobiculo, appetitum nullum, ſitim paucam.		vomitus bilioſus.
Sept.	13	tantum adhuc lingua albo muco tecta, pulſus modice febrilis.	cremor. tart. dr. j.	
	14	ceteris ſymptomatibus diſparentibus linguæ albedo ſuperſtes eſt.	ſal. ammon.	oritur anthrax alter, & in inguine dextro bubo.
	15 ad 16	eadem: æger ſenſum levaminis profitetur.	decoctum corticis cum camphora: anthraci primo, jam ſuppurationem inchoanti, ung. digeſt.; poſterioribus exanthematibus empl. diach.	
	17	cibi adhuc pauca appetentia.	buboni adhuc duro cepæ aſſæ applicantur.	alter quoque anthrax in ſuppurationem vergit.
	18 ad 19	eadem.	continuatur decoctum corticis ſolum.	bubo ruptus pus fundit.
	20 ad 21	viribus quotidie magis confirmatis, exanthematibus pus bonum fundentibus transfertur in domum reconvaleſcentium.		

Moi-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger XIII.		
Sept.	13	Moiſes Abaſics annorum 40 ægris noſocomii accesſit cum cephalalgia, vertigine, lingua albo muco tecta, appetitu, & ſiti nulla, pulſu parvo, parum celeri, magna virium debilitate, & delirio per vices ingruente.	emeticum ex ipecac. ſcr. ij. poſtea veſicans ad nucham. ad bubonem empl. diach. c. g.	vomitus bilis æruginoſæ. in inguine dextro bubo.
	14	ſymptomatum intenſio: veſicans ad nucham nil mutavit cutem.	veſicantia ad ſuras; decoctum corticis c. camph.	
	15 ad 17	ſumma anæſthesia, decubitus ſupinus: nil ægro ingeri poterat.		
	18 ad 21	æger ſibi tantisper redditur, ut aliquid per os ſumeret.	decoctum corticis c. camph. repetitur. ad bubonem cepæ aſſæ apponuntur.	bubonis conſtans durities.
	22	prior inſenſilitas, & decubitus immobilis: deglutitio abolita: veſicantia repetita nil proficiunt.		
	23	mane mors.		in cadavere detegitur præter bubonem anthrax gangrænoſus a nucha ad lumbos deſcendens.

Joſe-

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger XIV.		
Sept.	14	Josephus Obschinicz 40 annorum habet cephalalgiam, vertiginem, os amarum, vomituritiones, linguam albo muco tectam, magnam in scrobiculo cordis pressionem.	emeticum ex ipecacuanhæ scrup. ij. ad exanthemata empl. diach. c. g.	carbunculus in dorso pedis; in inguine sinistro bubo. vomitus bilis æruginosæ.
	15	eadem.	consvetæ doses salis ammon.	
	16	sine cephalalgia, & pressionis in scrobiculo sensu adest os amarum, & linguæ albedo mucosa: accedit magna debilitas.	ultra salem ammon. decoctum chinæ c. camph. ad anthracem ung. digest.	carbunculi vesica rumpitur.
	17	summa virium prostratio, decubitus supinus.	vesicantia ad suras.	
	18	sensus aboliti.		
	19	sub auroram mors.		in cadavere nil ultra jam dicta exanthemata.
		Æger XV.		
	14	Andreas Szücs 45 annorum queritur cephalalgiam, vertiginem, amarorem oris, conatus vomendi, pressionem in scrobiculo cor-	emeticum ex ipecacuanhæ scr. ij.	vomitus æruginosæ bilis.

dis

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Sept.		dis, linguam exhibet albo muco sordidam.		
	15	lingua alba; cetera symptomata non prorsus submota.	quatuor doses salis ammon.	
	16	pro ceteris symptomatibus debilitas universalis.	decoctum corticis c. camph., & vesicans ad nucham; ad bubonem emp. diach. c. g.	bubo emergit in in inguine sinistro.
	17	sensuum privatio, summa debilitas.		
	18	post meridiem mors.		nil alieni in specie externa cadaveris.
		Æger XVI.		
	14	Elisabetha Schmidtlin 6 annorum advenit cum cephalalgia, lingua alba, mucosa, calore multo: sine presione in scrobiculo cordis duo vomitus spontanei, a quibus sublata omnia hæc symptomata.	post vomitum spontaneum datur decoctum corticis cum camph. ad bubonem empl. diach. c. g., & cepæ assæ.	vomitus spontaneus. in fovea subaxillari dextra bubo.
	15 ad 19	bene prorsus habet; sed capilli capitis omnes excidunt.		

viri-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Sept.	20 ad 22	viribus continuo proficit, utens	decocto corticis.	bubo ſuppuratione maturatus rumpitur.
	25	bubone propediem coalituro transfertur ad domum reconvaleſcentium.		
		Æger XVII.		
	14	Franciſca Müllerin 36 annorum, quæ cum inſultu febrili, & artuum dedolatione ægrotare cœpit, in noſocomium defertur cum vertigine continua ſine cephalalgia, lingua albo muco obducta, ore amaro, multis vomituritionibus ſine preſsione in cordis ſcrobiculo: urina flava mingebatur cum ardore; alvus erat obſtructa.	ipecac. ſcr. ij. empl. de gummatibus ad bubones.	vomitus bilis ſinceræ. in utroque inguine bubo cernitur.
	15	ſenſus levaminis, lingua mucoſa.	ſolitæ doſes ſalis ammon.	
	16	ſymptomatum intenſioni accedit preſsio in ſcrobiculo, & aucti conatus vomendi.	ipecac. ſcr. ij.	vomitus multæ bilis.
	17	levamen ab emetico: os adhuc amarum, lingua tantiſper mucoſa.	ſalis ammon. doſes tres.	alter bubo ab applicatione ceparum aſſarum, & empl. diach. ſuppuratione liqua-

os

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
				tus; alter reſolutus eſt.
Sept.	18	os amarum non amplius, lingua pura, cibi appetentia, alvus difficilis.	decoctum chinæ, & mane, ac veſpere crem. tartari dr. j.; ad bubonem ung. digeſt.	
	24	auctis quotidie viribus, bubone cicatriſationi proximo transfertur ad domum reconvaleſcentium.		
		Æger XVIII.		
	15	Amuſia Vojna 30 annorum, poſtquam domi ſuæ quinque diebus ægrotaſſet, ad noſocomium venit: non erat cephalalgia, aut vertigo; ſed lingua ſordida, os amarum, ſitis magna: ſine ſenſu preſsionis in ſcrobiculo ſponte vomuit, eademque adhuc die mortua eſt.		vomitu nil niſi lumbrici rejiciebantur. in ſuperficie cadaveris apparebant petechiæ e rubro cœruleſcentes, jam ante mortem emergere obſervatæ.

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger XIX.		
Sept.	15	Athanaſia Dimoty 10 annorum ad noſocomium delata habuit cephalalgiam, vertiginem, amarorem oris, perpetuam in ventriculo preſsionem, & conatus vomendi, linguam multo, albo muco obſitam.	emeticum ex ipecac. ſcr. ij. ad exanthemata empl. diach. c. g.	vomitus iterati bilioſi. adſunt duo anthraces, & ſub axilla ſiniſtra bubo.
	16	ſymptomatibus a vomitu nil levatis mane ſub viſitatione ægrorum mortua invenitur.		in ſuperficie cadaveris nil præter dicta exanthemata.
		Æger XX.		
	16	Joanna Jankovics 18 anorum ad noſocomium adfert cephalalgiam, amarorem oris, linguam multo, albo muco tectam, preſsionem in ventriculo, conatus vomendi, vomitus ſpontaneos.	ipecac. ſcr. ij. ad bubonem empl. diach. c. g.	vomitus & ſpontanei, & ab emetico provocati bilioſi. ſub axilla ſiniſtra bubo.
	17	poſt noctem inter multas jactationes transactam mane exſpirat.		in cadavere multæ petechiæ nigræ.
		Æger XXI.		
	17	Pera Ziganin vir ſexagenarius poſt morbum trium dierum in	decoctum corticis chinæ, &	

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		noſocomium venit viribus multum fractis: habuit adhuc cephalalgiam, vertiginem: lingua era tantum tenuiſsime mucoſa, vox balbutiens, & obſcura cum intercurrente delirio.	pro potu communi aquæ fontis lib. ij., oxim. ſimpl. unc. ij., ſpir. vitrioli dr. ij.: quem potum acquirebant ægri omnes.	
Sept.	18	mane deprehenditur mortuus.		in cadavere multæ petechiæ nigræ.
		Æger XXII.		
	17	Ivan Bagdolovich 40 annorum, infirmarius, incipit ſentire cephalalgiam intenſam cum vertigine: lingua eſt pura, nulli ſunt conatus vomendi, vox eſt balbutiens, & obſcura.	decoctum chinæ, & potus communis.	
	18	intenſio ſymptomatum, calor intolerabilis, pulſus celer, debilitatis augmentum.	eadem.	emergit anthrax in hypochondrio dextro.
	19	eadem.	anthraci apponitur ung. ægyptiacum: eidem ſæpius de die applicatur fomen-	

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
			tum tepidum e fpiritu vini camph.	
Sept.	20	fixus, ardens dolor in ventriculo, lingua pura, pulfus parvus, debilis.	aliquot dofes nitri depurati, & potus communis.	vomitus fpontaneus bilis flavo-viridis: in hypochondrio finiftro alter anthrax.
	21	mane moritur.		in cadavere nil præter anthraces confpicitur.
		Æger XXIII.		
	18	Andreas Dimotiva 30 annorum ad nofocomium accefsit cum cephalalgia, vertigine, vomituritione, lingua fubflavo muco tecta, viribus multum proftratis.	emeticum ex ipec. fcr. ij. ad bubonem cepæ affæ cum empl. diach. c. g.	attulit bubonem in inguine dextro. terna emefis bilis viridis.
	19	præter cetera fymptomata eadem augmentum debilitatis.	decoctum corticis, & potus communis.	hæmorrhagia narium: in humero dextro oboritur anthrax usque vefperam ad manus latitu-

mane

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
				dinem incre- ſcens.
Sept.	20	mane mors.		
		Æger XXIV.		
	18	Emericus Soos 30 annorum, qui aliquot jam diebus domi æger cubavit, deportatur ad noſoco- mium cum confuſione ſenſuum, voce tremula & obſcura, lingua prorſus pura.	veſicans ad nu- cham, deco- ctum corticis: ad bubones ce- pæ aſſæ, & empl. diach. c. g.	habet bubones duos inguina- les.
	19	ſibi redditur, & nil præter ma- gnam debilitatem queritur.	continuatur de- coctum chinæ, & additur po- tus communis.	
	20 ad 30	vires interea pedetentim inſurgunt.		unus bubo re- ſolvitur; alter in ſuppuratio- nem vergit.
Oct.	4	eadem.	apertus bubo ung. digeſt. de- ligatur.	maturus bubo applicito la pide cauſtico apertus, pus bonum fundit.
	6	viribus ſatis inſtauratis, bubone pus bonum fundente transfertur in domum reconvaleſcentium.		

Æger

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger XXV.		
Sept.	18	Maria Simigyeva 33 annorum, jam ab aliquot ante diebus infirma, queritur vertiginem paucam, lingua eft pura, nulla alia fymptomata focia funt.	decoctum chin.	adeft bubo infra aurem dextram.
	19	augetur vertigo, accedit cephalalgia, lingua albo muco tegitur.	tres dofes falis ammon. ad bubonem cepæ affæ, & empl. diach, c. g.	nocte difparente bubone, qui fuit retro aurem, alter in inguine dextro nafcitur.
	20	rurfus melius habet.	reditur ad decoctum corticis.	fubinde bubo liquatus rumpitur.
Oct.	10	confirmatis viribus ad minifterium ægris faciendum affumitur.		
		Æger XXVI.		
		Romanus Schvarzfelder 9 annorum, quinque diebus domi æger, habuit cephalalgiam, vertiginem, amarorem oris, repetitos vomitus fpontaneos.		fæpius fponte vomitu redditur bilis e flavo viridis.
Sept.	19	ad nofocomium translatus, cum a vomitibus fpontaneis multum le-	decoctum chinæ, potus communis.	adeft in inguine dextro bubo.

fla-

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		vatus effet, tantum lafsitudinem corporis reliquam habuit.	empl. diach. c. g., & cepæ affæ ad bubonem.	
Sept.	24	continua eft virium proficientia.	ung. digeft.	bubo maturatus rumpitur.
	27	transfertur ad domum reconvalefcentium.		bubo in cicatricem penitus coaluit.
		Æger XXVII.		
	19	Joannes Tanafsievics 10 annorum cum cephalalgia vehementi, vertigine, lingua alba, mucofa, fumma naufea, ut omnem potum redderet, ad nofocomium venit: una fimul vires multum proftratæ funt.	falis ammon dofes tres.	in inguine dextro bubo adeft.
	20	cephalalgia & vertigo minor: lingua eft mucofa; fed naufea, & vomituritio omnis difparuit.	eædem dofes falis ammon., decoctum chinæ, potus communis: ad bubones cepæ affæ, & empl. diach. c. g.	parotis ad utramque aurem.
	21	cum ceteris fymptomatibus difparentibus lingua pura eft, & aliqua cibi appetentia.	continuatur decoctum chinæ, & potus communis.	

heri,

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Sept.	24	heri, & per noctem bubonibus omnibus plene difparentibus duo anthraces emergunt.		bubonibus refolutis unus anthrax in humero finiftro; alter in femore interno finiftro.
	29	in anthracibus efchara gangrænofa folvitur.	ad anthraces ung. digeft.	
Oct.	8	pergente virium inftauratione	ad anthraces jam depuratos, & coalefcere incipientes ung. bafilicon.	
	12	transfertur ad domum reconvalefcentium, ibi plenariam ulcerum cicatrifationem exfpectaturus.		
		Æger XXVIII.		
Sept.	20	Blafius Vinczi 54 annnorum, infirmarius, queritur cephalalgiam, vertiginem, & continuam preffionem in fcrobiculo, aliquas ad vomendum incitationes; linguam habet flavefcente muco obfitam.	ipecac. fcr. ij.	vomitus bilis e viridi nigrefcentis.
	21	intenfio fymptomatum nimia, fenfuum abolitio: veficans applicitum iners eft.	veficans ad nucham, & decoctum chinæ.	

mane

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata evacuationes, utrorumque conditio.
Sept.		mane hora ſexta moritur.		multæ petechiæ nigræ in ſuperficie cadaveris.
		Æger XXIX.		
	20	Martha Petrova 40 annorum ad noſocomium fertur cum cephalalgia, vertigine, amarore oris, lingua flaveſcente muco obſita, preſsionis ſenſu in ventriculo, continuis vomendi incitationibus, pulſu mediocriter celere.	ipecac. ſcr. ij. ad bubonem empl. diach. c. g., cepæ aſſæ.	vomitus multus bilis flavo-viridis. in inguine ſiniſtro emergit bubo.
	21	ceteris ſymptomatibus ſubmotis cephalalgia, & vertigo eadem intenſitate perſiſtunt.	veſicans ad nucham, & decoctum corticis.	
	22	veſicans debite traxit: tantum vertigo ſupereſt.	veſicantis ulcus alitur ung. baſil.	
	23	lingua ſordida, quod ad heſternum diætæ vitium refertur.	doſes tres ſalis ammon.	
	24	lingua depurata: cetera bona.		
	26			bubo ſuppuratione liquatus rumpitur.
Oct.	15	viribus reparatis, bubonis loco coalito ad miniſterium ægrorum aſſumitur.		

Æger

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger XXX.		
Sept.	21	Joannes Cſiguricz 14 annorum, veſpere infirmatus, ſponte vomit bilem flavo-vireſcentem.		vomitus ſpontaneus bilis flavo-viridis.
	22	delatus ad noſocomium queritur cephalalgiam, appetitum proſtratum, ſitim paucam: lingua erat albo muco obducta; pulſus parvus, febrilis.	ipecac. ſcr. ij.	vomitus bilis tenacis, flavo-vireſcentis.
	23	pleraque eadem, os mucoſum, pulſus mane fere naturalis, nonnihil ſpaſticus.	mixtura e ſale ammon., & oxim.	in gena dextra oritur veſicula parva, dolens, rubro margine cincta inſtar puſtulæ.
	24	nullum levamen ſymptomatum, magna debilitas: veſpere mors.		veſicula rumpitur: infra auriculam ejusdem lateris naſcitur bubo. in ſuperficie cadaveris apparent multæ veſiculæ piſi magnitudine: iisdem locis paulo ante mortem ma-

Æger

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
				culæ rubræ vifebantur.
		Æger XXXI.		
Sept.	21	Simo Petrovics 56 annorum, infirmarius, æger fit cum dedolatione artuum, & univerfali corporis debilitate fine ceteris characterifticis fymptomatibus: lingua erat pura, appetitus fat bonus: fic jacuit in tertium diem.	decoctum corticis chinæ, & potus communis.	
	24	accedit frigus, cephalalgia, vertigo; lingua fit alba, mucofa.	tres dofes arc. dup. c. fale ammon.: ad bubones cepæ affæ, & empl. diach. c. g.	retro utramque aurem bubo.
	25	delirat, nil cibi, aut potus admittit: appofitum nuchæ veficans non rubefacit.	veficans ad nucham.	
	26	mane moritur.		in cadavere multæ plagæ magnæ, coeruleæ.
		Æger XXXII.		
	21	Andreas Petrás 45 annorum, infirmarius, ægrotare incipit cum	dantur ipecacuanhæ fcr. ij.	aliquot vomitus fpontanei.

ce-

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		cephalalgia, vertigine, amarore oris, presſionis senſu in ventriculo, lingua albo muco tecta, aliquot vomitionibus ſpontaneis.		
Sept.	22	mane primo mortuus deprehenditur.		in cadavere multæ plagæ maguæ, coeruleæ.
		Æger XXXIII.		
		Joannes Szekulics 12 annorum poſt morbum, qui cum inſultu febrili cœpit, domi quatuor diebus altum		
	24	ad noſocomium venit ſine cephalalgia, vertigine, nauſea, & vomendi conatibus: tantum bubo fœdavit ſpeciem externam corporis.	ſumit decoctum corticis peruv. ad bubonem cepæ aſſæ, & empl. diach. c. g.	bubo in inguine dextro.
Oct.	8		apertus bubo ung. digeſt. deligatur.	bubo maturatus, & ruptus bonum pus fundit.
	10	transfertur ad domum reconvaleſcentium.		

Æger

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger XXXIV.		
Sept.	26	Roxa Petrova 10 annorum queritur morbum inchoatum cum horroribus, cephalalgiam, vertiginem, vomitum aſſumtorum omnium; habet linguam albido muco obductam, pulſum mollem, celerem.	dantur tres doſes arc. dupl. cum ſale ammon.	
	27	nocte prægreſſa vomitus ſpontaneus cum levamine omnium ſymptomatum: aliqua cibi appetentia, potuum patientia.	decoctum chinæ, & potus communis.	vomitus ſpontaneus bilis flavo-viridis. in utroque inguine emergit bubo.
	28	augetur appetitus.	continuantur eadem: ad bubonem cepæ aſſæ, & empl. diach. c. g	
Oct.	17	bubones maturati rumpuntur: deinceps ægra ad domum reconvaleſcentium transfertur.		
		Æger XXXV.		
		Catharina Csebecſigya 13 annorum tribus diebus domi ſine ulla ope jacuit.		

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Sept.	27	defertur ad noſocomium cum vehementi cephalalgia, vertigine, & dolore fixo, ardente in mamma ſiniſtra.	decoctum corticis, & potus communis. anthrax ung. ægypt. deligatur, & ſæpius de die ſpir. vini camph. tepido fovetur.	anthrax totam mammam ſiniſtram occupans jam gangrænoſus.
	28	pauca adhuc cephalalgia, & vertigo.	ad carbunculum empl. diach. c. g.	oritur carbunculus in antibrachio ſiniſtro.
	29	utraque diſparet prorſus.	continuantur medicinæ: ad bubonem empl. diach. c. g.	bubo infra auriculam dextram.
	30	tantum dolores ab anthrace, & carbunculo accuſat.		
Oct.	1	remittentibus his doloribus appetitus ciborum inſurgit.	anthrax, & carbunculus primum ung. digeſt.; deinceps autem ung. baſilic. deligatur.	a gangræna anthrax depuratus; bubo reſolutus; carbunculus in apertum ulcus verſus eſt.

vi-

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Oct.	21	viribus ex ufu chinæ confolidatis, ulceribus brevi coalituris transfertur in domum reconvalefcentium.		
		Æger XXXVI.		
		Petrus Tofich 35 annorum octo diebus domi æger jacuit.		
Sept.	30	ad nofocomium delatus, cum loqui non poffet, fignis tantum indicavit, fe nec cephalalgiam, nec ventriculi moleftias habere; contra vero vehementem fentire dolorem in cavo oris, quod infpectum magna ex parte gangrænofum fuit, & tenacem fubbrunum humorem fudit, continuo ex ore defluentem.	interne decoctum chinæ: anthrax ung. ægypt. deligatur, & fpir. vini camphorato fovetur tepide: cavum oris inungitur frequenter melle rofarum, in quo ung. ægypt. folutum eft, & colluitur infufo ruthæ, fcordii, falviæ, quod etiam bibendum datur.	præter affectionem cavi oris habuit anthracem jam gangrænofum, ab angulo finiftro oris usque ad auriculam protenfum, & maximam genæ partem occupantem; labium utrumque ad crafsitiem pollicis turgens.
Oct.	1	eadem: fluxus ex ore copiofus.		
	2	fluxus incipit parcior effe.		

efcha-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Oct.	6	eſchara gangrænoſa in gena ſecedit: labium utrumque plene detumuit.	ad anthracis ulcus ung. dig. comp.	
	8	etiam cavi oris gangræna exſolvitur, & fluxus ichoroſus ceſſat: vox ægri intelligitur.	os melle roſarum puro, & infuſo aromatico colluitur: chinæ uſus continuatur.	
Nov.	18	anthrax plene depuratus	ung. baſilico deligatur.	
	10	anthrax ita in cicatricem coaluit, ut exeſo oris angulo hiatus fit verſus auriculam, qua ſaliva effluit, & ſuperductæ cuticulæ ſolidationem tardat.		
	15	transfertur in domum reconvaleſcentium.	angulus cicatricis linteis carptis, aqua calcis madentibus, contegitur.	
		Æger XXXVII.		
		Sophia Jovanova 18 annorum a duabus diebus domi ægra		

cum

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Oct.	2	cum ad nofocomium veniret, queritur cephalalgiam, vertiginem, amarorem oris fine prefsionis fenfu in fcrobiculo, & vomituritionibus: lingua erat flavefcente muco tecta, vox tremula, corpus laffum.	tres dofes pulv. digeft. veficans ad nucham. ad bubonem cepæ affæ, & empl. diach. c. g.	fub axilla finiftra adeft bubo.
	3	ceffat vertigo, cephalalgia, amaror oris, vox tremula: tantum lafsitudo, & debilitas fuperfunt.	decoctum chinæ, potus communis: locus veficantis ung. bafilic. deligatur.	in inguine dextro nafcitur bubo alter.
	14		ad bubones apertos ung. dig. compof.	bubo uterque fuppuratus rumpitur.
	17	viribus fatis reparatis, appetitu bono	interna remedia feponuntur.	
	21	tranfertur ad domum reconvalefcentium.		
		Æger XXXVIII.		
		Cfiro Vinkovics 30 annorum per aliquot dies domi æger		
	2	defertur ad nofocomium viribus fumme proftratis, voce obfcuriore, cum querelis cephalalgiæ,	tres dofes falis ammon. veficans ad nucham.	adeft bubo in inguine dextro.

&

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		& vertiginis, lingua alba, mucoſa, deliriis intercurrentibus.		
Oct.	3	veſicans non rubefecit: mane mortuus eſt.		in cadavere nil alienum præter bubonem.
		Æger XXXIX.		
		Mara Szigurigya 22 annorum, quatuor diebus domi ægra, aliquot vomitus ſpontaneos bilis flavo-viridis habuit.		vomitus aliquot ſpontanei bilis flavo-viridis
	2	ad noſocomium cum infante, quem lactabat, delata habuit adhuc vertiginem, cephalalgiam, linguam albo muco tectam: pulſus erat celer, mollis, debilitas univerſalis, vox obſcura.	tres doſes ſalis ammon. veſicans ad nucham.	
	3	veſicans nil rubefecit: mane ingruit ſopor; nil deglutitur: circa meridiem mors: mortuæ vivus infans adjacet.		in cadavere multæ petechiæ.
		Æger XL.		
	2	Manda Mirkova 8 annorum fertur ad noſocomium: habet cephalalgiam, & vertiginem, vocem difficilem, & obſcuram, de-	decoctum corticis, potus communis: ve-	adeſt in fovea ſubaxillari ſiniſtra bubo.

bili-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		bilitatem ſummam: lingua pura eſt, amaror oris, & ventriculi affectiones abſunt.	ſicans ad nucham. ad bubonem cepæ aſſæ, empl. diach. c. g.	
Oct.	3	veſicans iners fuit: delirium eſt continuum, & deglutiendi impotentia.		
	4	mane mors.		in cadavere nil alienum præter bubonem.
		Æger XLI.		
		Sima Sekulics 45 annorum, tribus diebus domi æger,		
	2	ad noſocomium adfert cephalalgiam, vertiginem, linguam albo muco tectam, vocem obſcuram, magnam debilitatem corporis.	tres doſes ſalis ammon., decoctum chinæ, potus communis.	
	3	augmentum ſymptomatum, delirium continuum.	veſicantia, ad nucham & ſuras poſita, tantum rubefaciunt.	bubo oritur in inguine dextro.
	4	mane mortuus invenitur.		in cadavere multæ petechiæ nigræ.

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger XLII.		
		Maria Sohagyeva 35 annorum, aliquot diebus domi ægra,		
Oct.	3	defertur ad nosocomium cum cephalalgia, vertigine, lingua alba, sine amarore oris, sensu ponderis in scrobiculo, & sine nausea: vox erat tremula, obscura; debilitas magna.	tres doses salis ammon., decoctum chinæ, potus communis: vesicans ad nucham.	
	4	locus vesicantis leniter rubens: mane mortua est.		in cadavere multæ petechiæ nigræ.
		Æger XLIII.		
	5	Joannes Kostinovics 10 annorum advenit ad nosocomium cum cephalalgia, & vertigine, lingua alba, sine cardialgia, nausea aut amarore oris: pulsus erat celer, mollis; vox titubans.	tres doses arc. dupl. cum sale ammon., decoctum corticis, potus communis.	adest in inguine sinistro bubo, & in genu carbunculus.
	6	primo mane moritur.		in cadavere nil præter priora exanthemata.
		Æger XLIV.		
		Obrad Pavlovich 30 annorum, tribus diebus domi æger.		

ad

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Oct.	6	advenit ad noſocomium cum cephalalgia, & pauca vertigine: aliquis adhuc amaror oris ſupererat; lingua flaveſcente muco tegebatur; vires erant multum proſtratæ.	tres doſes pulv. digeſtivi, decoctum chinæ, & potus communis.	aderat anthrax gangrænoſus in humero dextro.
	7	augetur cephalalgia, vertigo, amaror oris.	tres doſes pulv. digeſt., & veſicans ad nucham, quod nil rubefecit.	bubones oriuntur ſub utraque axilla.
	8	ingraveſcunt ſymptomata, delirium accedit: nil æger aſſumit.		
	9	mane moritur.		in cadavere multæ petechiæ nigræ.
		Æger XLV.		
		Martha Popa Simeonova, duobus diebus domi ægra,		
Sept.	22	diarrhoea quidem cessavit; sed summa debilitas, stupor, calor vehemens, sitis magna, convulsiones, pulsus parvus, petechiæ nigræ.	vesicantia ad brachia, camphora, decoctum chinæ, & pro potu decoctum hordei cum spir. vitr.	bubones increscunt, dolent: petech. nigræ.
		post meridiem nullum levamen, pulsus non perceptibilis, lingua nigra, sicca: nocte mors.		
		Æger XXXII.		
	19	Lazar Ristics 18 annorum, juvenis robustus, ad nosocomium venit, se peste infectum declarans: examinatus sequentia narravit: se heri vespere inopi-		

ne

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		ne convulſum eſſe, & nocte proxima couvulſiones ſat fortes bis rediiſſe: nunc caput dolore, & vertiginem adeſſe: oculi erant triſtes, pupillæ dilatatæ, color faciei luridus, lingua alba, ſputatio frequens, ſapor oris amarus, vomituritiones, preſsio in ſcrobiculo cordis, dolores in abdomine, conatus alvum deponendi inanes, febris nulla, nec calor auctus, pulſus ſat plenus, mollis, naturali parum celerior.	emeticum.	bubo jam formatus magnitudine nucis avellanæ; ſed profunde latet. vomit magnam quantitatem ſaburræ cum duobus lumbricis.
Sept.	20	a vomitu melius ſe habet: abdomen dolet, cet.	electuar. Störkii contra vermes.	plures ſedes habuit, & adhuc ſex vermes per anum evacuavit.
	21	abdomen non amplius dolet; ſed ſigna bilis iterum ſe magis evolvunt: adeſt ardor ventriculi, calor auctus, pulſus plenus; ſed naturali celerior, caput vehe-		

men-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		menter dolet: viribus bonis exiſtentibus iteravi	emeticum.	vomitus bilis ſinceræ.
		a meridie paucum ab emeſi levamen: pulſus concidit, debilitas.	veſicans ad nucham.	
Sept.	22	debililitas major, pulſus parvus, debilis, celer: ſymptomata peſti propria, dolor capitis, vertigo continuant, cetera bona: dejectiones complures habuit.	decoctum chinæ c. camph. veſicans ad ſuras.	bubo habet maguitudinem ovi gallinacei.
	23	uti heri: deliria taciturna: veſpere melius ſe habet: deliria rariora, pulſus elevatior.	eadem.	
	24	præter debilitatem nullum aliud grave ſymptoma: comedit jus cum bono appetitu.	decoctum chinæ c. vino.	bubo emollitus rumpitur. deinceps cito ſolidatur.
		viribus in dies auctis		
Oct.	8	ſanus ad contumaciam transfertur. In iſto caſu complicatio adeſt cum vermibus, quam in deſcriptione peſtis mea oblitus ſum recenſere: fortaſſe apud complures locum habet; ſed minus manifeſte: certe nutrimenta Illyriorum favent diatheſi verminoſæ.		

Æger

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger XXXIII.		
Sept.	19	Sophia Illics, femina 26 annorum, nocte ægrotare incepit: mane a me examinata, præter fymptomata vulgaria febris biliofæ, & peftis, exhibuit etiam talia, ex quibus nimis magnam irritabilitatem nervorum inferebam: vomitus vehemens inde ab initio morbi, triftitia oculorum, vox accelerata, tremor artuum, pulfus debilis, parvus, irregularis.	pulv. Doveri.	bubonis rudimentum in inguine magnitudine pifi, durum, dolens.
	20	vomitus ceffavit; fed debilitas fumma cum deliriis exiguis, & tremore artuum: color faciei pallidus eft, extremitates frigent, fudor frigidus in fronte, pulfus vix perceptibilis, petechiæ hinc inde fparfæ.	veficans ad nucham, camphora, vinum fomentationes vinofæ.	petechiæ rubræ, brunæ, nigris mixtæ.
		poft meridiem pulfus magis elevati: cetera eadem.		
	21	mane, ut heri.	veficantia duo ad furas: cetera eadem.	
		poft meridiem mens rediit, vires paululum reftauratæ, calor æqualis cutis, fudor nullus, pul-		

fus

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		fus elevatior, & regularis, lingua flava verfus radicem, fapor amarus, naufea: cum fedem non habeat; remedia mutavi, dedique	pulv. digeftivos, & decoctum folvens cum pauca camph.	bubo increfcit.
Sept.	22	figna turgefcentiæ majora: adfunt vomituritiones, calor cutis auctus, fitis, tremor labii inferioris.	emeticum.	vomitus biliofus.
		poft meridiem levamen a vomitu; fed debilitas magna.	decoctum chinæ vinofum, & mixt. camphorata.	
	23	debilitas cum animi deliquiis, tremor manuum, abfentia mentis per intervalla, & ftupor, pulfus perquam debilis; fed regularis.	veficantia ad brachia, camphora, vinum, & fomentationes vinofæ.	bubo mollefcit.
		poft prandium major oculorum vigor, pulfus paulum elevatior: animi deliquia rarius redeunt.		
	24	omnia meliora: ægra petit jufculum; fed non fertur a ftomacho, evomitur.	decoctum chinæ c. vino, & camphora.	

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Sept.	25	uti heri: nocte præegreſſa prima vice per tres horas placide dormivit, quo vires multum refectæ ſunt. notato remedio, interpolatis pro circumſtantiarum ratione coindicatis, usque ad perfectam virium, & ſanitatis reſtitutionem uſa eſt.	decoctum chinæ vinoſum ſine camph.	bubo magis, magisque emollitur, 29na Sept. rumpitur, poſtea intra paucas dies coaleſcit. petechiæ tarde diſparuerunt.
Oct.	19	ad domum contumacialem dimittitur. Eſt proprietas miasmatis peſtis, quod citiſsime vires proſternat. Attente ad hunc effectum reſpicere debui, quia difficillima res eſt, vires ſemel labefactatas refocillare. Hinc in caſu, ubi vires naturæ illico proſtratas vidi, ſine reſpectu ad ſigna præſentis bilis, ſtatim uſus ſum veſicantibus, camphora, vino: viribus demum per hæc erectis ſaburra emetico evacuanda mihi videbatur.		

Æger

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger XXXIV.		
Sept.	19	Lazar Athanaskovits, vir robustus, 31 annos habens, ad nosocomium venit: symptomata, quæ exhibuit, erant consveta, pestem & bilis turgescentiam indicantia; sed non intensa.	emeticum.	adest permagnus anthrax in dorso. vomitu redditur magna bilis copia.
		post vomitum a meridie vix non penitus cessavit omnis molestia.		
	20	præscripsi decoctum chinæ: sed vir pertinax non solum hoc; sed omnia remedia respuit, se bene valere dicens.		
Oct.	20	cum anthrax vix non penitus consolidatus esset; vespere febricitare incepit: caput dolet, calor est auctus, genæ rubent: cum omnia abessent saburræ signa, decoctum chinæ ordinavi; sed æger nullo modo ad ejus usum persvaderi potuit: obambulat, comedit; sed quaque die vespere febris insurgit: sensim, sensimque emaciatur.		
Nov.	6	diarrhoea colliquativa accidit, nullo modo sedanda: jungunt se sudores nocturni: tandem		

peni-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Nov.	18	penitus conſumtus placide obdormit. Eandem ſequelam vidi apud plures, qui magnos anthraces habebant, & omnia remedia reſpuebant.		
		Æger XXXV.		
Sept.	20	N. Paulovics, vir 24 annorum, ad noſocomium defertur cum ſignis peſtis propriis, & iis, quæ bilem, primas vias onerantem, indicant: ſtatim ab initio vomuit: adſunt petechiæ, triſtitia oculorum, motus involuntarii manuum, digitorumque, calor magnus, ſiccitas cutis, pulſus celer, parvus.	inf. herbæ millefolii. c. L. L. S.	bubo inguinalis magnitudine nucis juglandis, tempore nocturno repente ortus, durus, dolens.
	21	ſymptomata heſterna, ut tamen nervoſa emineant: ſedem bis habuit.	pulv. Doveri, & inf. herbæ millefolii cum ſpir. Mind.	
	22	ſymptomata nervoſa ceſſaverunt: non vomuit amplius: oculi minus triſtes, lingua flaveſcens, amaror oris, pulſus debilis, celer, regularis.	pulv. digeſt. cum gr. iij. ſalis ammon.	bubo habet magnitudinem ovi gallinacei, & molleſcit.

vo-

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Sept.	23	vomuit fat magnam copiam bilis viridis: eft dolor capitis minor; fed ftupor adeft, vertigo perdurat: os eft amarum, ardor ventriculi: alvum femel evacuavit: pulfus, uti heri.	idem.	vomitus billis viridis.
		vefpere ftupor major, debilitas, pulfus celer, parvus.	camphora, & veficans ad nucham.	
	24	tempore nocturno iterum vomuit, & quidem cum levamine: fymptomata omnia ceffaverunt: lingua pura; fed debilitas fumma, pulfus parvus; fed quoad celeritatem naturalis.	decoctum chinæ cum vino, & camphora.	vomitus.
	25	ut heri.	eadem.	
	26	caput vehementer dolet, figna nervofa iterum magis manifefta, pulfus celer, parvus.	pulv. Doveri.	novus bubo fub primo magnitudine nucis avellanæ.
	27	uti heri	idem.	primus bubo fponte rumpitur; fecundus increfcit.
	28	fymptomata nervofa diminuta; bilis fuperabundantiam indicantia nulla: debilitas fumma cum levibus deliriis, pulfus celer, debilis: alvum pofuit.	decoctum chinæ cum camphora. veficans ad furas.	

meli-

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Oct.	1	melius fe habet: alacritas major, appetitus redit, petechiæ difparent, deliria nulla, fomnus tranquillus.	decoctum chinæ cum vino.	
		protracto decocti chinæ vinofi ufu vires fenfim redeunt; & tandem		bubo fenfim crefcit ad magnitudinem ovi, 7mo Oct. fponte ruptus, intra 8to dies penitus confolidatus eft.
	24	ad domum contumacialem fanus dimittitur.		
		Æger XXXVI.		
		Joannes Szekér 50 annorum, infirmarius, a 20ma Septembris valetudinarius, nocte		
Sept.	22	præcedente corripitur a fymptomatibus morbi contagiofi generalibus, ad fummum gradum intentis: lingua flava, flavefcentibus villis obducta, os fumme amarum, oculi fuffufi, genæ rubore tinctæ, vomituritiones, anxietas: fponte vomit bilem æruginofam.	emet. ex ipecacuan., & tart. emet.	vomitus fpontaneus bilis æruginofæ. adfunt carbunculi nigrefcentes: unus in dorfo; duo in tibiis.

melius

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
				ab emetico tres emeſes bilis viridis, & dejectiones complures.
Sept.	23	melius ſe dicit habere; ſed magna adeſt debilitas: in cute obſervantur maculæ rubræ, nigris mixtæ.	decoctum chinæ vino ſ. c. camph., & ſpir. vitr.	
	24	nocte prægreſſa mortuus eſt.		cutis ubique maculis, & ſtigmatibus nigris tecta.
		Æger XXXVII.		
	22	Vida Stoikovics, femina 27 annorum, veſpere correpta eſt conſvetis moleſtiis morbi graſſantis, quæ etiam		
	23	ſed tantum modice perdurant: invenio linguam albo muco obductam, os mucoſum cum ſenſu gravativo in hypochondriis: ſuppono ſaburram adeſſe mucoſam, adhuc evacuationi ineptam: ergo do	pulv. ex ſale ammon., & arcano dupl.	bubo in inguine durus, dolens.

ſym-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Sept.	24	ſymptomata eadem: lingua, ut heri, cum vomituritionibus inanibus.	emet. ex tart. emet., & ipecacuanha.	magnam copiam vomit muci tenacis, albi.
	25	vomitus nil levavit: jactatio corporis, delirium per intervalla, debilitas.	decoctum chinæ aquoſum cum tart. emet. gr. j, & oximelle.	
		verſus veſperam præcedente rigore mortua eſt.		poſt mortem nullum in cadavere exanthema: bubo diſparuit.
		Æger XXXVIII.		
	22	Philippa Markovich mane ſponte ad noſocomium venit, peſtem ſe habere dicens: examinata nullum exhibuit ſignum peſtem indicans, niſi quod per intervalla habuerit acceſsiones vertiginis celeriter tranſeuntes: ſapor oris eſt depravatus, preſsio in ſcrobiculo cordis, lingua alba, pulſus naturalis, cutis denſe referta petechiis parvis, rubris, lividis: bubonis, aut anthracis inſtantis nullum ſignum.	emeticum.	petechiæ parvæ, rubræ, lividæ. vomit magnam quantitatem

poſt

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
				saburræ diversi generis.
Sept.	23	post vomitum omnia symptomata illico cessaverunt, solis petechiis remanentibus.	decoctum solvens cum spir. vitr.	
	24	bene valet, bibit decoctum solvens cum spiritu vitrioli: petechiæ intra octo dies disparent. Semper sana mansit, licet socios suos peste affectos adjuvaret, & sponte in nosocomio munus infirmariæ præst iret. Illam peste infectam fuisse ex eo concludo, quia morbo deinceps non inficiebatur. Est alter casus, ubi petechias, tamquam symptoma pestis, sine febre vidi.		
		Æger XXXIX.		
	23	Catharina Erdbeer 52 annorum mane bene valuit: vespere omnibus morbi grassantis symptomatibus corripitur: eadem		
	24	perdurant: lingua albo muco obducta, pressio in scrobiculo cordis, tussis cum sputo mucoso, crasso: titillatio tussim excitans	emeticum ex inf. ipecacu-	dejectiones alvinæ spontaneæ. bubo inguinalis.

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		in regione ventriculi sentitur: sedes frequentes, fluidæ, fœtentes sine tenesmo, aut torminibus: sitis magna, calor cutis naturalis, pulsus naturali vix celerior: bubonem habet inguinalem.	anhæ cum tartaro antim. empl. diach. c. g.	ab emetico vomitus bilis viridis.
Sept.	25	symptomata perdurant; sed os non amarum, lingua albo, crasso muco obducta, hypochondria tensa, tussis minus vehemens, vox mutata, respiratio illæsa, calor cutis naturalis, alvus minus frequens.	pulveres ex salis ammon. gr. jv., & arc. dupl.	
	26	eadem, ut heri; sed suppressio virium, hebetudo sensuum.	pulveres, ut heri, camphora, & ad suras vesicans: pro potu decoctum graminis cum oximelle.	bubo habet magnitudinem nucis avellanæ.
	27	eadem: respiratio accelerata, stertorosa, sputa glutinosa, tenacia, tussitando ejecta, color faciei ruberrimus, deliria: decumbit instar trunci.	eadem.	
	28	eadem.	decoctum chinæ c. tart. antim.	bubo magis increvit, dolet, durus est.

meli-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
			gr. j., veſicans ad nucham.	
Oct.	2	melius ſe habet: reſpiratio minus celeris, ſputa craſſa, tenacifsima.	decoctum chinæ c. tart. emet.	bubo emolliri incipit.
	5	ſputa facilius excreta, tuſsis fortior: cetera, ut prius.		
	8	bene ſe habet.	decoctum chinæ.	bubo fluctuat.
		Æger XL.		
Sept.	23	Maria Miſich, in octavum menſem gravida, corripitur omnibus ſignis, febrim bilioſam veram indicantibus, ſimulque vertigine, & aliis ſymptomatibus peſtis.		
	24	mane ad noſocomium defertur, conqueritur de vomituritionibus inanibus, valde moleſtis: adeſt ardor in ventriculo, preſsio in ſcrobiculo cordis, anxietas: ſymptomata irritabilitatis non nimis aucta obſervabantur.		adeſt bubo inguinalis ſat magnus, & anthrax in abdomine jam gangrænefcens.
			emeticum lene cum omni præcautione datum.	vomit magnam copiam bilis viridis, flavæque.
		poſt prandium a vomitu levamen non magnum.	veſpere paregoricum.	

no-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		nocte abortus, & magna hæmorrhagia uteri, quam illico ſequebatur debilitas ſumma, deliria, convulſiones.		
Sept.	25	mane in ſtatu indicato ægram inveni: pulſus parvus, debilis, irregularis.	fomenta vinoſa, veſicantia, camphora.	
		veſpere convulſa mortua eſt.		poſt mortem petechiæ inſtar macularum lividarum ſe manifeſtabant.
		Proles per quatuor dies vixit, nullum exhibuit ſignum infectionis: ex defectu apti nutrimenti, curæque neceſſariæ mortua eſt.		
		Æger XLI.		
	23	Lazarus Mizich repente ſine prodromis morboſis mortuus eſt.		in cadavere ſequentia viſa ſunt: color faciei lividus; per cutem translucentes maculæ magnæ, lividæ, nigreſcentes; in dorſo erat

Æger

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
				macula rubicunda, paululum ſupra cutem eminens, quæ probabiliter anthracem fientem indicabat.
		Æger XLII.		
		Timotheus Avram, juvenis 19 annorum, per aliquot dies conſvetis morbi contagioſi ſymptomatibus afflictus,		
Sept.	24	accepit	pulv. digeſtivum ex ſale ammon., & arc. duplicato.	bubo durus, non dolens in inguine.
	25	ſymptomata priora, os amarum, vomituritiones, lingua humida, albo muco obducta.	emet. ex ipecacuan., & tart. antimoniato.	magnam copiam muci tenacis, albi vomit.
	26	dolor capitis ceſſavit, vertigo perdurat, os mucoſum, non amarum; lingua vero flaveſcens, ſitis nulla, tenſio in regione hypochondriorum, calor cutis naturalis.	pulveres ex ſale ammon., & arcano dupl.	plures evacuationes alvinæ, fluidæ, fœtentes.

ver.

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
				bubo dolet, rubet.
Sept.	27	vertigo perdurat, lingua vix non pura, nulla amplius tenfio in hypochondriis, debilitas.	decoctum chinæ vinofum. veficans ad nucham.	
	28	fatis bene fe habet; fed os mucofum, lingua albo muco, & tenace obducta, debilitas magna.	decoctum chinæ aquofum cum gr. j. tart. antimoniati, & oximelle fimpl.	
	29	ut heri.	eadem.	ter alvum depofuit.
	30	melius fe habet: lingua adhuc mucofa. *continuatio deeft.*		
		Æger XLIII.		
		Lazar Milufovich, vir 30 annorum, inchoat ægrotare cum horripilationibus, calore has confequente, cephalalgia, vertigine.		
	26	die morbi tertia omnia eadem: adeft fimul conatus vomendi, amaror oris, lingua humida, albo muco obducta, fitis nulla: tarde refpondet, & quafi fomnolentus eft.	emet. ex inf. ipecac., & tart. antim.	adeft bubo mollis, non dolens. bilem muco albo mixtam vomit.

vo-

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Sept.	27	vomitus sine levamine: facies pallida, delirium per intervalla, screatus muci tenacis, debilitas.	decoctum chinæ aquosum cum tart. emetico, & oxim. vesicantia ad suras.	
	28	eadem: hinc inde maculæ lividæ, sopor continuus, e quo vix excitetur. versus vesperam facies livida, respiratio, quæ hucusque libera fuit, stertorosa. nocte mors.	eadem: vesicans ad brachia.	
		Æger XLIV.		
	26	Lazar Strics, puer 12 annorum, acquirit horripilationes cum calore alternantes, dolorem capitis, vertiginem, cet: heri bene valuit: cum os potius mucosum; quam amarum, lingua albo muco obducta esset; emetico solventia præmitto.	pulvis digest. c. sale ammon.	bubo subaxillaris magnitudine ovi.
	27	caput non dolet; sed vertigo perstat: os non amarum; sed lingua flava, calor cutis naturalis, loquela balbutiens.	emeticum.	non vomuit.

omnia

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Sept.	28	omnia pejora: delirat, nec membrum movet, oculi turbidi ſunt, poſt meridiem mortuus eſt.		in cadavere nullum exanthema.
		Æger XLV.		
		Julia Joannovich, puella 29 annorum, cui menſtrua ante tres dies ceſſaverunt, jam a pluribus diebus habuit tumorem ſubmaxillarem, qui nunc vix non totus diſsipatus eſt; usque		bubo ſubmaxillaris, iterum diſparens.
	26	horas veſpertinas bene valuit: tunc vero corripitur dolore capitis, vertigine, cet:	pulveres ex crem. tart., arc. dupl., & nitro.	
	27	tribus vicibus ſponte vomit mucum tenacem cum bile mixtum, hæmorhagiam narium magnam patitur, non bene audit, tarde reſpondet, caput obſtupefactum eſt.	veſicans ad nucham.	dejectiones tres.
	28	caput modice dolet, vertigo ceſſavit: os non amarum, lingua flaveſcens.	pulveres heſterni.	
	29	tumor rubicundus ad claviculam, dolens: bubo ſubmaxillaris iterum intumet: ſymptomata cete-	decoctum chinæ vinoſum.	bubo iterum intumet: anthrax quatuor

ra

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		ra remiferunt, lingua pura, os bonum: appetitus redit.		pollices longus ad claviculam rubet, dolet.
Sept.	30	ut heri.		
Oct.	1	bene valet: anthrax adhuc inflammatus, maxime dolens.		
	10	bene eft.		
		Æger XLVI.		
Sept.	26	Michael Erdbeer, infirmarius, 60 annorum, homo robuftus, fpirituofis maxime delectatus, ægrotare incipit: habet dolorem capitis intenfum, pungentem, vertiginem, horripilationes cum caloribus alternantes.		
	27	eadem: lingua pura, os non amarum, calor fummus.	pulv. ex crem. tart., & nitro.	bubo parvus, dolens.
	28	caput minus dolet, tufsis vehemens cum fputis crafsifsimis, lingua craffo, albo muco obducta, os glutinofum.	decoct. graminis cum tart. emetic., & oximelle.	
	29	omnia eadem; fed mucus linguam obfidens minus tenax.	emeticum ex ipecac., & tart. antim.	bubo increvit ad magnitudinem ovi.

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
				vomuit copiam bilis flavæ, & muci.
Sept.	30	melius habet.	decoctum chinæ cum tart. emetico.	
Oct.	1	bene habet, obambulat, tuſsis perdurat, ſputa adhuc craſſa.	decoctum idem cum oximelle.	
	9	bene habet.	nulla remedia interna.	bubo mollis, dolens.
		Æger XLVII.		
Sept.	27	Maria Ilits, femina 30 annorum, mane cum ſymptomatibus conſvetis ad noſocomium fertur: os eſt amarum, lingua albeſcens, vomituritiones, calor capitis, genæ rubent, oculi rubeſcunt: exanthema nullum, nec tenſio in inguinibus, aut ſub axillis.	emeticum.	ſat magnam copiam bilis vomit.
	28	ſymptomata perdurant, lingua muco albo, craſsiore obducta: vomituritiones ceſſaverunt.	ſal ammon.	bubo ſe manifeſtat magnitudine ovi, maxime dolens, durus.

præ-

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Sept.	29	prægreffa nocte horrore corripitur, fequente delirio, quod adhuc perdurat.	decoctum chinæ c. camph., veficans ad nucham.	bubo increfcit.
		vefpere placide mortua eft.		in cadavere nil alienum præter bubonem.
		Æger XLVIII.		
		Anna Michailova, 14 annorum puella, modice ægrotans,		
	28	ad nofocomium venit: nocte prægreffa fponte vomuit: caput non dolet; fed vertiginem habet, lingua albo muco obfeffa eft.	fal ammoniac.	bubo adeft in inguine.
		nocte moritur.		cadaver petechiis nigris, lenticularibus maculatum.
		Æger XLIX.		
		Nedelko Goikovich 30 annorum, infirmarius, bubonem jam habet a tribus diebus, & nihil dixit.		bubo fubaxillaris, durus.
	30	queritur de dolore capitis, vertigine, amarore oris, vomituritionibus: lingua flava eft.	emeticum.	

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
				magnam copiam bilis vomit.
Oct.	1	poft peractam emefin bene valet, obambulat, quin imo officia fua præftat.	remedia interna recufat.	bubo refolutum iri videtur.
	12	bubo penitus difparuit: bene valet.		
		Æger L.		
Sept.	30	Anton Lifovasky, puer 12 annorum, mane adhuc bene valet: poft meridiem repente corripitur fignis confvetis peftis: morofus eft, tarde, & difficulter refpondet, lingua albo muco tegitur: fponte vomuit bilem flavam, tenaci muco mixtam.	pulveres ex crem. tartari, & arc. dupl.	bubonem habet durum, & dolentem. dejectiones alvinæ tres.
Oct.	1	caput non dolet, nec vertiginem fe habere dicit; quamvis caput elevare non valeat, delirat.	decoctum chinæ cum vino., veficans.	
	2	mane, ut heri: vefpere mortuus eft.		poft mortem petechiæ.
		Æger LI.		
		Michael Miatovich 50 annorum, infirmarius, per quatuor jam dies valetudinarius,		

de-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Oct.	1	declarat ſe ægrotare, & quidem cum conſvetis morbi contagioſi ſymptomatibus: caput modice dolet, vertigo per intervalla, os amarum, lingua muco albo, craſſo, tenace obducta, ſitis magna.	pulvis digeſt. e ſal. ammon., & arcano dupl.	bubo durus, dolens, non rubens in inguine.
	2	vomitus ſpontaneus, dolor capitis modicus, vomituritiones, preſsio in ſcrobiculo cordis, lingua flaveſcens.	emeticum ex tartaro antim., & ipecac.	vomitus ſpontaneus. ab emetico vomit magnam copiam bilis viridis.
	3	nullum levamen ab emeſi: vertigo perdurat, delirat per intervalla; attamen interrogatus bene reſpondet, lingua pura.		dejectiones frequentes, fœtidæ.
	4	delirat continuo: proſtratio virium ſumma, ſitis magna, lingua pura, humida.	decoctum chinæ vinoſum. veſicans ad ſuras.	
	5	bene ſe habere dicit, de nullo dolore conqueritur; ſed taciturnus delirat: oculi turbidi, color faciei luridus, debilitas ſumma, reſpiratio accelerata: decumbit in dorſo inſtar trunci.	decoctum chinæ cum camphora. ad bubonem cepæ toſtæ.	

nocte

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		nocte mortuus eſt.		in cadavere petechiæ.
		Æger LII.		
Oct.	1	Mitar Alexits 30 annorum, infirmarius, cum pridie bene valeret, durante nocte corripitur horripilationibus cum calore alternantibus, attamen ſine dolore capitis, aut vertigine, tumorem repente ortum obſervavit in inguine, magnitudine ovi: lingua albo muco tenui obducta eſt.	pulvis digeſt. e ſale ammoniaco, & arc. duplicato.	bubo in inguine. tres dejectiones alvinas habet.
	2	lingua pura, appetitus bonus.	decoctum chinæ aquoſum.	
		ſumſit usque 8vam Octob. decoctum chinæ: bene valet, & ulteriorem uſum decocti reſpuit: 9na Octobr. bubo ſuapte aperitur, & pus fundit bonæ indolis.		
		Æger LIII.		
		Davina Baics, puella 18 annorum, ante 14 dies ultimo habuit menſtrua, & bene fluentia: a quatuor diebus habet bubonem in-		

gui-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		guinalem: ceteroquin bene valuit.		
Oct.	2	corripitur horrore cum caloribus alternante, dolore capitis, vertigine.		bubo in inguine eſt magnitudine pugni, dolens, durus, ruber.
	3	eadem; ſed mitiora, lingua albo muco obducta, moeror, appetitus proſtratus.	decoctum chinæ aquoſum c. vino.	
	4	caput modice dolet, vertigo ceſſavit: lingua albo muco obducta eſt, os mucoſum: ægra garrula, & quidem de ineptiis: genæ rubræ ſunt, triſtitia.	pulvis digeſt. e ſalis ammon. gr. jv., & arcano. veſicans ad ſuras.	
	5	uti heri, cum preſſione in regione cardiæ: alvum non deponit, os mucoſum eſt.	pulvis digeſt.	bubo emolliri incipit.
	6	vomuit bilem flavam, & mucum tenacem: melius ſe habet, non delirat: lingua pura.	decoctum chinæ c. tart. antim., & oximelle. addo tartarum antimoniatum, quia etiam mucus ſuperabundare videtur.	

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Oct.	9	prima dies reconvalescentiæ.		
		Æger LIV.		
	2	Maria Bugarin repente corripitur symptomatibus solitis morbi contagiosi, quæ,		
	4	dum ad nosocomium fertur, perdurant: lingua albo muco est obducta, os amarum, dejectiones frequentes, fluidæ, fœtentes, genæ rubent.	emeticum.	adest bubo durus, dolens, magnitudine ovi. vomit bilem viridem, & flavam, muco mixtam.
	5	nullum a vomitu levamen, respiratio naturali celerior, calor magnus, lingua muco albo, crasso oblita: cetera, ut heri.	pulvis digest. e sale ammon.	
	6	ut heri: vomuit iterum sponte bilem flavam, vomituritiones perdurant; os vero non amarum est: delirat per intervalla: hinc inde maculæ lenticulares, rubentes, nigris mixtæ: prostratio virium.	decoctum chinæ vinosum. vesicantia ad suras.	vomitus spontaneus bilis flavæ.

eadem

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Oct.	7	eadem.	decoctum chinæ, veficans ad nucham.	
		vefpere mortua eft.		totum cadaver petechiis nigris tectum.
		Æger LV.		
		Avram Naycs, vir 43 annorum, ab octo diebus habet anthracem magnitudine floreni ad carpum manus: ceteroquin bene valuit.		anthrax in carpo.
	3	mane obfervat etiam bubonem in inguine, & fimul fentit horrores cum caloribus alternantes, dolorem capitis: ipfe venit ad nofocomium: vomuit fponte materiam mucofam, tenacem: oculi fuffufi funt, lingua albo muco obducta.	emeticum.	bubo durus, dolens, magnitudine nucis juglandis in inguine. vomit magnam copiam bilis flavefcentis.
	4	fymptomata perdurant, nil levata a vomitu: lingua flava, pulfus naturali celerior, calor magnus, fitis magna.	pulvis digeft. ex fale ammon.	
	5	petechiæ, delirium, debilitas, lingua flavefcens, calor magnus, faciei color livefcens, dentes nigra materia obducti.	decoctum chinæ cum camphora, & veficans ad furas.	

 nocte

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata evacuationes, utrorumque conditio.
		nocte moritur. In hoc homine probabiliter fuit febris inflammatoria cum bilioſa juncta: conſtitutio corporis, vita prægreſſa laborioſa, & abuſus ſpirituoſorum ſuſpicioni meæ favent: agnoſco, ſed proh dolor! nimis tarde, me errorem commiſiſſe, quod methodum antiphlogiſticam cum evacuante non conjunxerim: ſed enim ab ingenio morbi regnantis, lingua flava, & vomitu ſpontaneo deceptus ſum.		
		Æger LVI.		
Oct.	3	Michael Ilics, vir 30 annorum, corripitur conſvetis ſymptomatibus peſtis, quæ adhuc		
	4	perdurant: frigus ſentit ſine ſubſequente calore: os eſt amarum, lingua flava, vomitus ſpontaneus bilis viridis.	emeticum.	vomitus materiæ ex viridi flaveſcentis.
	5	lingua ex albo flaveſcens: caput non dolet; ſed vertigo perſtat.	pulv. digeſt. ex ſale ammon.	bubo hodie primum ſe profert.
	6	crura dolent, & membra generatim dedolata ſunt: lingua alba,		

os

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		os modice amarum, debilitas, ſomnolentia.	decoctum chinæ, rad. valer., & angel.: veſicantia ad ſuras.	bubo magnitudinem ovi habet, valde dolet, cuti concolor eſt.
Oct.	7	delirium perpetuum, jactatio corporis.	ut heri: veſicans ad nucham.	
		veſpere mortuus eſt.		
		Æger LVII.		
	4	Georgius Jovanovics 60 annorum, veſpillo, mane queritur dolorem in ſuris: cum aliud morbi ſignum detegere non poſſem; appetitus bonus, & lingua pura eſſet; tantum frictiones cum ſpiritu vini camphorato ſvaſi.	frictiones cum ſpir. vini camphorato.	
	5	dolor ſurarum perdurat: ceterum bene valet, & appetit, lingua albeſcit: poſt meridiem nec ambulare, nec ſtare poteſt: caput modice dolet, & vertigo eſt per intervalla.	pulvis digeſt. c. ſale ammon. decoctum chinæ. veſicans ad nucham.	
	6	debilitas ſumma, deliria, pulſus celerrimus, parvus: ſedes naturales habuit tres: lingua vix non pura eſt.	decoctum chinæ, rad. angel., & valer., camphora.	

tem.

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
			vesicantia ad suras.	
Oct.	7	tempore nocturno mortuus est.		in superficie cadaveris prorsus nil alieni.
		Forsitan errorem commisi non adhibens sudoriferum: sed cum ægri mei frigori nocturno expositi sint; non sum ausus.		
		Æger LVIII.		
	4	Isaac Philippovics, vir 30 annorum, corripitur frigoribus cum calore alternantibus: sequitur dolor capitis, vertigo.		bubonem habet, & carbunculum.
	5	eadem: lingua muco crasso, albo obducta, os mucosum: morosus est, & tarde respondet.	emeticum ex tart. antim., & ipecac.	vomit magnam copiam bilis flavæ, muco mixtæ.
	6	nullum levamen a vomitu: caput non vehementer dolet; sed vertigo nimia est: dejectio alvina naturalis, linguæ conditio, ut heri.	pulvis digest. e sale ammon., & arc. dupl.	

ver

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Oct.	7	vertigo perdurat: debilitas, deliria, lingua ficca, rubra.	decoctum chinæ cum valer., & angel.: veficans ad nucham.	
		poft meridiem convulfus mortuus eft.		poft mortem eruperunt petechiæ.
		Æger LIX.		
	8	Martinus Medeck 40 annorum, vefpillo, vir robufto corpore præditus, mane adhuc bene valuit: vefperam verfus dolore in furis corripiebatur, ut nec officium fuum præftare, nec ambulare potuerit.		
	9	mane de eodem dolore queritur, ceterum fe bene valere dicit: nullum habet dolorem capitis, nec vertiginem, os non amarum, nec mucofum: lingua muco tenui obducta eft, appetitus proftratus, oculi fuffufi: fumto emetico nil levatus obfervatur; fed poft meridiem delirat per intervalla: dolor furæ ceffavit; fed loco ejus fentit dolorem in	emeticum. poft meridiem decoctum chinæ.	vomit magnam copiam muci infipidi.

in-

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		inguine sine tumore, & vertigine.		
Oct.	10	symptomata perdurant: caput stupefactum est, tarde, & inconcinne respondet, alvum, & urinam habet naturalem, respirationem difficillimam, petechias rubescentes: sudat æquabiliter, & tepide: debilitas summa, fœtor.	decoctum chinæ c. camph. vesicantia. pro potu aqua cum spir. vitrioli.	
	11	eadem: lingua sicca, livescens, maculæ nigræ, prostratio virium summa, respiratio anhelosa. post meridiem moritur.	ut heri: vesicans ad brachia.	superficies cadaveris tecta maculis nigris.
		Æger LX.		
	10	Elisabetha Baics, mulier 30 circiter annorum, versus vesperam febre corripitur.		
	11	melius se habere dicit: caput non dolet, nec vertigo adest: lingua albo, tenaci muco obducta; os vero nec amarum, nec mucosum, appetitus bonus, calor cutis naturalis.	pulvis digest. e sale ammon., & arcan. dupl.	bubonem habet sat magnum, sed nec valde dolentem, nec rubescentem.

ca-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Oct.	12	caput dolet, vertiginem habet, ſapor oris eſt amarus : ſponte vomuit bilem viridem, & adhuc habet conatus vomendi: reſpiratio illæſa, lingua, ut heri. poſt meridiem moritur.	emeticum.	vomit magnam copiam bilis flavæ, cum viridi mixtæ. poſt mortem petechiæ.
		Æger LXI.		
	10	Lazar Baics, frater prioris, eadem die ægrotare incipit cum iisdem ſymptomatibus.		
	11	bene habet.		
	12	recrudeſcunt omnia ſymptomata: ſumto emetico vomit bilem viridem cum levamine, ſed proh dolor ! tantum momentaneo : poſt aliquot a vomitu horas repente, & placide, ſicut ſoror, mortuus eſt.		poſt mortem petechiæ apparuerunt nigræ.
		Æger LXII.		
		Martha Puſich, puella 6 annorum, ab octo diebus ægrotans,		
	11	ad noſocomium venit cum conſvetis ſymptomatibus peſtiferæ		

fe-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		febris ; attamen nullum habet ſignum pathognomicum peſtis: ſponte vomuit bilem albo muco mixtam: lingua albo muco tecta eſt, dolor ad ſcapulam ſine tumore, & rubore.	emeticum.	exanthema nullum.
Oct.	12	ſymptomata perſtant ; ſed ſimul dolores habet in brachio quaſi rheumaticos.	inf. fl. ſambuci cum roob ſamb., ſpir. Minder., & nitro.	
	13	ut heri: dolor in brachio ceſſavit poſt ſudorem; ſed in ſcapula perſtat.	eadem, & veſicans ad locum dolentem.	
	14	ut heri: lingua pura: poſt meridiem mors.		nec in cadavere ullum exanthema.
		Æger LXIII.		
		Petrus Radivovich, circiter 25 annorum, ab octo diebus ægrotat: morbus incepit ab horrore cum caloribus alternante, dolore capitis, vertigine, cet:		bubo inguinalis durus, magnus, dolens.
	11	caput dolet; ſed loco vertiginis ſtupefactio capitis : os amarum, lingua albo muco obducta, vomituritiones, vomitus ſpontaneus bilis flavæ, debilitas.	decoctum chinæ, & fructuum tamarindorum.	

do-

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
			ad bubonem catapl.emolliens.	
Oct.	12	dolor nullus capitis, nec vertigo, os non amarum, tussis cum exscreatione muci tenacis.	decoctum chinæ c. tart.antim., & oximelle.	
	13	caput obstupefactum, deliria per intervalla, debilitas summa, dolor nullus: tussis perdurat cum sputis tenacibus.	ut heri: vesicans ad suras, & nucham.	
	14	eadem: sputa crassa.	uti 12ma.	
	15	ut heri: alvum non posuit.	decoctum chinæ cum tamarindis.	
	16	melius se habet: major alacritas: tribus vicibus alvum posuit: sputa facilius exscreantur.	decoctum chinæ cum oxim.	
	17 ad 19	ut 16ta.		bubo emollitur.
		Æger LXIV.		
	12	David Kusich vix non moribundus ad nosocomium adfertur: nec loquitur, nec audit: superficies corporis scatet maculis latis, nigris, per cutem translucentibus: color faciei luridus, flavescens, oculi suffusi, semiaperti,		tumorem habet longitudina-

lin-

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		lingua arida, nigra, dentes muco nigro obducti: dejectiones sine conscientia secedunt frequentes, & summe fœtidæ: respiratio illæsa: pulsum propter fœtorem explorare non sum ausus: cum difficillime deglutiat; dedi omni hora	camphoræ gr. j., & tria vesicantia, sc. ad nucham, & suras.	lem in superiori parte femoris prope flexum inguinalem, durum, dolentem, rubrum.
Oct.	13	ut heri: sed tamen loquitur, quamvis sine sensu.	decoctum chinæ, & pulv. camph., ac vesicantia duo ad brachia.	
	14	eadem.	decoctum chinæ, & camph. pulvis repetitur.	
	15	mens rediit, alacritas aliqua.	decoctum chinæ vinosum.	
	16	melius est.	idem.	
	17	cum nec heri, nec hodie alvum vacuaverit; sumit	rheum cum cremore tart.	
	18	duabus vicibus dejecit, & bene habet: lingua pura, appetitus bonus.	decoctum chinæ.	

Æger

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger LXV.		
Oct.	14	Gregorius Philippovics 12 annorum cœpit ægrotare: peracto per nocturnum tempus vomitu spontaneo symptomata vix non cessarunt, ut		
	15	tantum debilitas superſit.	decoctum chinæ.	
	16	accedit delirium.	idem, & vesicans ad nucham.	
	17	petechiæ hinc inde rubescentes, dejectiones fœtentes, lingua sicca, stupor, & deliria, oculi suffusi, decubitus immobilis.	decoctum chinæ c. camph. vesicans ad suras. pro potu aqua cum aceto.	
	18	somnolentia perpetua	camphora, & vesicantia ad brachia.	
		vespere mortuus est.		in cadavere petechiæ lenticulares, rubescentes.
		Frater ejus eodem modo decubuit, & eodem modo mortuus est 19na Octobris.		

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger LXVI.		
Oct.	14	Jacobus Schneider 36 annorum, infirmarius, corripitur frigore cum caloribus alternante, dolore capitis.		
	15	melius habet.		
	16	omnia symptomata, & quidem vehementiore gradu recrudescunt: alvum nec heri, nec tempore nocturno deposuit: membra dedolata sunt, lingua albo muco obducta, vomituritiones, sapor oris amarus.	emeticum.	exanthema nullum. vomit copiam bilis flavæ.
	17	melius habet a vomitu: lingua pura: symptomata cessaverunt: appetitus sat bonus; sentit tamen pressionem in scrobiculo cordis.	pulvis rhei cum crem. tartari.	
	18	queritur de dolore punctorio in thorace dextro, ad tussim, & inspirationem aucto: lingua flavescit, os modice amarum est, pulsus mollis, sat magnus, regularis, naturali vix celerior.	decoctum alth. cum fructibus tamarindorum.	
	19	dolor punctorius cessavit: tussitat, & sputa crassa exscreat; ceteroquin bene se habet: quater alvum deposuit.	decoctum graminis cum manna, & oximelle.	

Nul-

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Nullo indicio hic æger pestem habuisse dici potest: interim duabus de causis apponendam ejus historiam judicavi: 1mo, ut appareat in medio etiam servitio ægrorum hominem alio morbo; quam peste corripi posse, 2do, ut similitudo pestis cum morbis contemporaneis pateat: eodem tempore & status gastricus, & nisus materiæ morbosæ ad pulmones cernitur.		
		Æger LXVII.		
Oct.	19	N. Goszanovich, vir 55 annorum, bona semper sanitate fruens, dum mecum loquitur, subito collapsus, & mortuus est: superficies cadaveris primo rubescit, dein citissime livescit: bubonis, vel anthracis ne quidem vestigium, nisi fortasse parvus tumor ad partem capillatam frontis pro rudimento anthracis habendus sit.		

Æger

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger LXVIII.		
Oct.	19	Avram Avramovics, vir 40 circiter annorum, robuſtus, ad me venit cum ulcere jam aperto in dorſo manus, ſimulque de dolore capitis vehemente, vertigine, amarore oris queritur: color faciei erat profunde ruber, reſpiratio magna, pulſus plenus, fortis; ſed non durus.	emeticum.	in dorſo manus ulcus jam apertum. in inguine tenſio ſummopere dolens abſente tamen duritie, & rubedine. vomitus copioſus bilis viridis.
		ab emetico temporarium levamen: nocte furoris initia.		
	20	delirium furioſum, ut ligari debuerit: pulſus perquam debilis erat.	interne nitrum cum camph.: ad nucham veſicans; ad ſuras ſinapiſmi; ad pedes tepida fomentatio.	in inguine ſe formavit bubo magnus, vehementer dolens.
		poſt meridiem decubitus tranquillus, intervalla lucida. æger una mecum habet ſpem recuperandæ ſanitatis, toto corpore ſudat æquabiliter.		

no-

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		nocte prægressis convulsionibus moritur.		tota cadaveris superficies livida apparuit.
		In hoc ægro fortassis venæ sectionem optimo cum effectu instituissem.		
		Æger LXIX.		
Oct.	19	Elisabetha Raczkovics, femina 77 annorum, mater 4 prolium, & a multis jam annis labe pectoris laborans, vesperi frigore, quod calor deinceps consecutus est, dolore capitis, vertigine corripitur.		
	20	ad nosocomium delata, sequentia insuper symptomata exhibuit: os amarum, linguam flavescentem, nauseam, vomituritiones, anxietatem, ardorem ventriculi: tussitat, & quandoque cruentum exspuit: alvum ab hesterno die non evacuavit: cum emeticum dare propter vitium pectoris non essem ausus; dedi	decoctum tamarindorum c. manna.	bubones in utroque inguine, & unus sub axilla: parvi, duri, dolentes.
		purgans non deorsum; sed sursum evacuavit, verum sine levamine: pulsus debilis, celerrimus, sudor	vesicans ad nucham.	bubones jam magnitudinem

fri-

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		frigidus, anxietas, proftratio fumma virium, petechiæ latæ, rubefcentes, nigris mixtæ.	decoctum folvens cum vino.	avellanæ habent.
Oct.	21	uti heri: deliria, jactatio.	veficantia ad furas. decoctum chinæ c. camph.	unus bubo inguinalis decrefcit; alter increfcit.
	22	ructus, vomituritiones, lingua flavo muco obtecta, calor magnus, pulfus celer, parvus.	emeticum.	vomitus copiofæ bilis. bubo alter vix jam percipitur.
	23	a vomitu levamen: deliria nulla: fymptomata turgefcentiæ ceffaverunt: lingua purior, debilitas, pulfus parvus, celer; cibum petit.	decoctum chinæ cum vino.	bubo fubaxillaris emollitur.
	24 ad 25	uti 23tia.	eadem.	petechiæ evanefcunt.
	26	prima vice erecto corpore fedet: decubitum habet in offe facro.	eadem.	
	27	bene valet; fed decubitus gangrænefcit.	eadem usque 3am Nov.	bubo fubaxillaris 29na Oct., & inguinalis 3tia Nov. rumpitur: uterque intra octiduum confolidatur.

eadem

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		abhinc ſemper bene valuit: vires in dies increſcebant, & tandem.		
Nov.	16	ad contumaciam femina transfertur.		
		Æger LXX.		
Oct.	20	Joka Petrovics 16 annorum, Irreghino profuga, ad videndam ſororem Kruſchedolinum venit, ut vigilias evitet, per ſilvas, & vineas profecta: vix ad pagum pervenit; cum labitur, & ſurgere amplius non poteſt: ſtatim ad noſocomium defertur: tempore nocturno ſponte vomit bilem flavam.		vomitus bilis flavæ ſpontaneus.
	21	caput modice dolet, vertiginem ſe ait non habere; ſed tamen adeſt, nam ſedere non valet: os non amarum, lingua alba, alvus naturalis, calor, & ſitis magna, pulſus vix perceptibilis, petechiæ rubræ, nigris mixtæ, facies triſtis: tarde, & inepte reſpondet.	veſicans, & decoctum chinæ c. camphora.	bubonem ſat magnum, repente ortum in inguine habuit.
		eadem die moritur.		

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger LXXI.		
		Petra Lyſowaczky, 36 annorum mulier, menſtruis a longo tempore carens, a tribus diebus ægrota, ſponte vomuit.		vomitus ſpontaneus.
Oct.	21	caput non dolet, nec vertiginem habet: preſsio eſt in ſcrobiculo cordis, lingua valde impura, muco craſſo, albo obducta, os amarum, nauſeæ, appetitus proſtratus, alvus diarrhœica, calor, & ſitis multa: exanthema hucusque nullum præter maculas rubras, parvas, quas a morſibus pulicum non ſatis diſtinquere valeo.	emeticum.	vomit magnam copiam bilis muco mixtæ.
	22	nullum a vomitu levamen: bubo obſervatur magnitudine avellanæ, durus, dolens: caput non queritur, nec vertiginem ſe habere dicit: nec os eſt amarum, nec lingua impura: delirat, & non bene audit: loquela mutata, & debilis, reſpiratio bona.	veſicans, camphora. decoctum chinæ c. vino.	bubo. petechiæ, vel potius maculæ liveſcentes.
		eodem die moritur.		

Æger

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger LXXII.		
Oct.	21	Julia Avramovics annorum 35, uxor Avræ Avramovics, sub numero LXVIII memorati, apparenter optima sanitate fruens, ad nosocomium cum veniret, nil nisi dolorem capitis, & leves vertiginis accessiones queritur: lingua est spuma alba tecta, appetitus bonus, nausea nulla, nec vomituritiones; sed pulsus est debilis, parvus, irregularis, intermittens malo omine: præscribo	decoctum chinæ c. vino, & vesicans ad nucham.	nocte prægressa bubo sat magnus, modice tantum dolens in inguine se formavit.
		sed medicamentis nondum usa, me adhuc in nosocomio præsente, corripitur convulsionibus, respiratio evadit stertorosa, vix media hora post mors sequitur.		per cutem cadaveris maculæ lividæ translucent.
		Æger LXXIII.		
	23	Andreas Ligács, hungarus, circiter 40 annos habens, infirma-		

rius

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata evacuationes, utrorumque conditio.
		rius, vefpere fubito ægrotare incipit.		
Oct.	24	mane exhibet fymptomata confveta peftis cum talibus juncta, quæ depravationem humorum, & proclivitatem ad diffolutionem indicant: cutis petechiis nigris maculata, fœces fummopere fœtentes, oculi aquofi, lingua ficca, calor urens, ftupor, decubitus inftar trunci, pulfus parvus, celer.	decoctum chinæ cum vino. pro potu decoctum hordei cum fpir. vitrioli.	rudimentum bubonis in inguine. petechiæ.
	25	uti heri: cutis ficca, hæmorrhagia narium.	decoctum chinæ c. fpir. Mindereri, & decoctum hordei c. fpir. vitrioli.	
	26	uti heri: deliria taciturna, pulfus parvus, valde debilis, celerrimus.	veficans ad nucham: decoctum chinæ c. vino, & camphora: fomentationes vinofæ.	bubo paululum increvit.
	27	omnia, ut heri: hinc inde vibices, & maculæ lividæ per cutem	veficantia ad brachia.	

trans-

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		translucentes: fœces fine confcientia fecedunt.	cetera eadem. ad bubonem femiveficans.	
Oct.	28	pulfus paululum elevatior, intervalla lucida: in latere decumbit: lingua flavefcens, humida, cutis minus ficca.	eadem præter veficantia.	
	29	uti heri: maculæ, & vibices disparent, mens penitus rediit: fumma proftratio virium, pulfus parvus, celerrimus.	decoctum chinæ cum vino, & camph.	bubo habet magnitudinem juglandis.
	30	uti heri: fedem a 28va non habuit.	decoctum chinæ, & pulv. digeft.	
	31	alvum depofuit, cibum appetit.	decoctum chinæ c. vino.	bubo lentifsime fuppuravit, & ruptus ichorem fudit: adhibitis injectionibus detergentibus intra decem dies confolidatus eft. petechiæ cum reparatione virium difparuerunt.

in

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		in dies paululum melius ſe habet: tandem		
Nov.	20	iterum ſervitia ſua præſtare incipit.		
		Æger LXXIV.		
Oct.	26	Ignatius Carolich mane bene valuit: poſt meridiem ſubito acquirit frigora cum caloribus alternantia, dolorem capitis, vertiginem.		
	27	mane vix non moribundus ad noſocomium deportatur: nec audit, nec loquitur: oculi ſemiaperti, color faciei pallidus, lingua ſicca: alvus, & urina inſcio ſecedunt, ac ſumme fœtent, cutis petechiis nigris maculatur, pulſus parvus, celer eſt.	veſicantia ad nucham, & pedes. camphoræ gr. j. omni hora. fomenta vinoſa. pro potu aqna cum vino.	bubo ſe manifeſtat.
	28	eadem, quæ heri, conditio ſymptomatum.	eadem: veſicantia ad brachia. decoctum chinæ vinoſum.	
	29	mens, auditus, loquela rediit: cutis ardens, petechiis maculata, ſicca, lingua impura, os		

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		amarum, color corporis subflavus, vomituritiones, pressio in regione cardiæ: petit matulam: urina naturalis.	emeticum.	vomit magnam copiam bilis.
Oct.	30	pressio in scrobiculo cordis cessavit: lingua adhuc albescens, alacritas major: bene respondet: debilitas summa, pulsus parvus; sed regularis.	decoctum chinæ vinosum.	
	31	ut heri: cibum petit.	idem.	
Nov.	1	uti heri: alvum habet clausam.	decoctum chinæ c. tamarindis, & crem. tart.	pluries alvum evacuat.
	2	vires redeunt.	decoctum chinæ.	bubo sponte ruptus est; sed in gangrænam transiit.
	14	vires lente proficiunt.	idem. ad bubonem unguent. de styrace.	
		usque finem mensis & depuratus bubo jam jam ad plenariam consolidationem pervenit, & æger satis se a morbo recepit. Eadem die 26ta Octobris, & sequentibus plures adhuc ægroti ad nosocomium allati sunt cum		

iis-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		iisdem ſymptomatibus, & cum eodem exitu, ſi excipias, quod nonnulli jam a tribus, quatuor diebus ſine ullo remedio tulerint ſymptomata vulgaria peſtis: hiſtorias hic repetere ſuperfluum foret, cum omnibus eadem ſymptomata, & decurſus morbi fuerit.		
		Æger LXXV.		
Oct.	27	Simon Lyſowaczky 40 annorum, mane adhuc bene valens, veſperam verſus corripitur frigore cum caloribus alternante, dolore capitis, vertigine.		
	28	mane ad noſocomium allatus melius ſe habere dicit, nec de dolore capitis, nec de vertigine queritur; ſed adeſt debilitas ſumma, & deliria per intervalla: decumbit inſtar trunci: oculi ſunt ſuffuſi, rubri, lingua prærubra, humida, ſiccitas oris, cutis ardens, maculata petechiis lividis, nigris: urina vix non naturalis levem ponit hypoſtaſin: alvus eſt fluida, fœtens.	veſicans: infuſ. fl. arnicæ cum decocto chinæ, & camph.: pro potu decoct.	bubones ſat magni in utroque inguine: an-

no-

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
			hordei cum fpir. vitr.	thrax ad fcapulam.
Oct.	12	nocte bene dormivit: non delirat, cibum petit, & inter comedendum fubito moritur.		
		Æger LXXVI.		
	28	Ignatius Lyfowaczky, a quatuor diebus in vinea decumbens, ad nofocomium deportatur: cum haberet fymptomata vulgaria peftis, & linguam muco albo obductam; chirurgus, me abfente, dedit	emeticum.	vomit magnam copiam bilis viridis.
	29	fymptomata prima remiferunt: lingua pura, humida, rubra, ardor oris, dejectiones fluidæ, virides, fœtentes, cutis ardens; fed humida, petechiæ, oculi atroces, delirium, fpasmi: refpiratio bona.	inf. fl arnicæ c. decocto chinæ, & fpir. Mindereri. veficans ad nucham; finapifmi ad pedes: pro potu ordinario decoctum hordei cum fpir. vitr., & oxim.	bubonem habet in inguine, & paulo infra hunc anthracem cum vefica in medio, feu potius carbunculum.

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Oct.	30	per noctem furens nunc tranquille decumbit, tacitus delirat.		anthrax in gangrænam transiit.
		vespere mortuus est.		
		Æger LXXVII.		
	28	Pelagia Lysowaczky, puella 4 annorum, eadem die cum patre, & fratre, ac cum iisdem pene symptomatibus ad nosocomium fertur: superficies corporis tecta erat petechiis, mens præsens.	decoctum corticis chinæ c. spir. vitr., & oxim.	adest bubo subaxillaris.
	29	uti heri: delirat.	idem, & parvum vesicans ad nucham.	
	30	mens rediit: oculi minus turbidi, sitis magna, lingua fusca: petechiæ disparent.	decoctum chinæ.	
	31	eadem.		
Nov.	1	alacritas major: sitis cessavit: cibum petit: debilitas.	idem.	
		de die in diem melius habet: bubo sponte ruptus bene suppuravit, non transivit in gangrænam.		
	18	ad contumaciam mittitur.		

Æger

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger LXXVIII.		
Oct.	28	Georgius Lyſowaczky 20 annorum, frater Simonis, eodem die cum illo, ac cum iisdem ſymptomatibus ægrotare incipit, & ad noſocomium defertur: pulſus inſuper irregularis, parvus: dantur eadem remedia; ſed adhuc eodem die moritur.		adeſt bubo magnitudine ovi gallinacei.
		Æger LXXIX.		
	19	Sophia Vaſics, femina circiter 28 annorum, ad noſocomium fertur, viſu, auditu, voce privata: decumbit inſtar trunci, lingua eſt arida, liveſcens, oculi turbidi, aquoſi, calor cutis ardens, ſtertor in pectore: feces fœtentes inſcia dimittit: pulſus eſt parvus, celerrimus.		
		nudius tertius a me apparenter ſana viſa eſt: cognati referunt, heri mane illam adhuc bene valuiſſe; poſt meridiem autem correptam eſſe frigore conquaſſante, ſecutos eſſe calores, & poſt aliquot horas eum ſtatum, quem deſcripſi.		

cum

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		cum vix deglutire valeret; tantum adhibere mihi licuît	camphoram, & vinum, externe tria veſicantia ad nucham, & brachia, una cum fomentationibus vinoſis diligenter adhibitis.	
Oct.	30	uti heri.	veſicantia ad ſuras: cetera eadem.	
Nov.	1	uti prioribus diebus: & ſic non interrupto uſu medicaminum indicatorum, quibus adhuc decoctum chinæ cum ſpir. vitr. adjunxi; permanſit usque ad		bubonis rudimentum in inguine 2da Novemb. detegitur.
	3	qua demum mens rediit, & ſenſus, ac ſpes affulgebat recuperandæ ſanitatis: interim poſt aliquot horas apparenter obdormivit, & non amplius evigilavit.		
		Æger LXXX.		
Oct.	30	N. Vaſics ad noſocomium defertur: conquerebatur tantum de dolore capitis, vertigine, & ten-		

ſio-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		ſione dolente in regione inguinali, ubi etiam jam aderat durities parva: lingua alba tenui ſpuma ſcatebat, manus tremebant, oculi erant turbidi, aquoſi, pulſus parvus, celer, intermittens: nil bene ſperavi, dedi	pulveres Doveri, & veſicans ad nucham.	durities parva in regione inguinali.
		proxima nocte mortuus eſt.		petechiæ poſt mortem apparuerunt.
		Æger LXXXI.		
Nov.	3	Maria Demetrovics 20 annorum cum bubone in inguine venit ad noſocomium: caput modice dolet, vertigo non eſt: cetera omnia bona: lingua alba.	emeticum.	bubo inguinalis. vomitus duo multæ bilis flavæ.
	4	nulla prorſus moleſtia: pulſus, ante emeticum paulùlum concitatus, nunc nullo modo alteratus. bubo ſenſim creſcit, dolet, rubet, 12ma Novemb. ſponte rumpitur. continuat ſanitas. Peſtis ſimplex benigna.		

Æger

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger LXXXII.		
Nov.	4	Stanicza Boskovics, femina 30 annorum, ad noſocomium defertur, nec audiens, nec loquens: quamdiu ægrotet, ignoro: oculi ſemiclauſi, turbidi, pallor faciei cum rubore genarum, lingua ſicca, impura, petechiæ rubræ, nigris mixtæ, cutis ardens, pulſus parvus, celer; ſed regularis: excrementa abeunt inſciæ, & fœtent.	veſicantia tria, camphora cum ſpir. Minder., & aceto antiſeptico. deinde infuſum arnicæ c. camphor. dabatur: usque 20mam Novembr. veſicantia ſepties apponuntur.	bubo adeſt in utroque inguine; ſed durus.
		nil toto tempore emendata, usque 24am Decembr. ſemper in eodem ſtatu manſit: tandem penitus emaciata placide mortua eſt.		
		Æger LXXXIII.		
	4	Joanna Demetrovics, puella 14 annorum, ad noſocomium cum anthrace ad ſcapulam venit: caput dolet, vertigo adeſt, os amarum, lingua albo muco obducta, alvus ſegnis.	emeticum.	anthrax ad ſcapulam. vomit magnam copiam bilis.

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Nov.	5	a vomitu bene habet: dolor capitis, & vertigo ceſſavit, pulſus naturalis eſt, anthrax incrementum capit.		
	6	anthrax detumeſcit, vix amplius dolet: appoſui anthraci ſemiveſicans ſine effectu novæ intumeſcentiæ: bene ſe habet.		
	7	anthrax prævia nocte ſponte ruptus eſt, & paucam puris boni quantitatem fudit.		
	8	anthrax non amplius fundit pus, nec dolet.		
	15	anthrax conſolidatus eſt, & puella bene valet. Peſtis ſimplex benigna.		
		Æger LXXXIV.		
		Julia Szerdanovics, femina 24 circiter annorum, quæ nunquam peperit, & menſtrua ante octiduum habuit, nocte incepit conqueri de moleſtiis, quæ peſtem in connubio cum febre织 bilioſa indicare ſolent: præſertim vero fatigabant eam vomitus aſsidui, & vehementes materiæ viridis, amaræ: proximo mane		vomitus ſpontaneus vehemens.

ad

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Nov.	4	ad noſocomium allata, præter ſymptomata conſveta, ſequentia notatu digna exhibuit: vomitus ceſſavit; ſed vomituritiones remanſerunt inanes, & non minus moleſtæ, oculi paululum rubicundi anxietatem exprimunt, cilia frequenter connivent, color faciei eſt pallidus, loquela citata: omnes corporis actiones majori cum agilitate perficiuntur; attamen ſimul adeſt impotentia ſurgendi, & ſitu erecto ſedendi: manus, ac digiti frequenter, & quaſi convulſi moventur: calor cutis auctus cum extremitatum frigore, pulſus naturali celerior, parvus, aliquomodo irregularis, ſitis non magna: urinam non vidi: alvum nocte poſuit.	pulveres Doveri omni bihorio ſumendi, & potio Riverii.	exanthema nullum; ſed tenſio in inguine dextro, & ſub maxilla: in utroque loco 2da Oct. perſentiebatur durities dolens exiguæ magnitudinis; ſed cito deinceps increſcens: bubo inguinalis 9na Oct. diſparuit ſine noxa; ſubmaxillaris vero, ſuppuratione emollitus, 14ta rumpitur, brevi deinde coaleſcens. petechiæ jam 1ma morbi die viſæ ſunt, deinceps jam rubræ, jam lividæ: poſt

ſym-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
				peractam ſecunda vice artificialem emeſin disparuerunt.
Nov.	5	ſymptomata nervoſa mitiore gradu continuant.	inf. fl. chamom. c. L. L. S.	
		veſperam verſus ſolæ vomituritiones ſuperſunt: cetera ſymptomata ab irritabilitate morboſa pendentia ſilent: illico dedi	emeticum.	ægra magnam bilis quantitatem vomuit,
		præſertim cum proſtratio virium metuenda eſſet;	peracta emeſi opii gr. ß.	
	6	ægra, quæ nocte per intervalla dormivit, melius habet: febris diminuta eſt, ſymptomata billioſa perſtant: alvus ab heri obſtructa.	pulveres digeſt.: pro potu decoctum ſolvens.	
	7	ſigna turgeſcentiæ continuant: lingua ſpurca, nauſea, vomituritiones: eſt calor auctus, ſitis magna:	emeticum.	vomit facile multam bilem.
	8	a vomitu levamen; ſed vires minui incipiunt: pulſus parvus, debilis, non multum celer.	decoctum corticis chinæ cum vino.	

pro-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		protracto corticis chinæ uſu ſenſim convaleſcit, & tandem		
Dec.	15	ad contumaciam transfertur.		
		Æger LXXXV.		
Nov.	6	Angelia Ivanova, puella 24 annorum, menſtrua rite habens, ad noſocomium defertur cum anthrace, labia oris occupante, ſumme gangrænoſo: ceterum bene ſe habere dicit, niſi quod vehementer ſitiat: ſedem a tribus diebus non habuit: pulſus eſt parvus, inæqualis, quandoque intermittens, calor cutis naturali major, oculi quaſi ſuffuſi: linguam propter tumorem porrigere non potuit.	externe fomenta ex decocto chinæ c. tinct. myrrhæ. interne decoctum chinæ c. camphora, & ſolutio mannata.	anthrax gangrænoſus, labia oris occupans.
	7	omnia fruſtra: moritur.		
		Æger LXXXVI.		
	6	Koſſana Ivanova, puella 20 annorum, a ſex diebus ægrotans, defertur ad noſocomium: febris, veroſimiliter ab initio bilioſa, nunc jam in putridam vergebat: ſtigmata cœrulea, vel potius plumbea hinc inde apparebant,		

leve

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		leve delirium aderat: præterea lingua muco craſſo, flavo obſeſſa, nauſea, vomiturition̄es, ſapor amarus, vires vitales utcunque perſtantes: emeticum videbatur levare, nam poſt meridiem mens penitus reddita eſt.	emeticum per epicraſin.	vomit magnam copiam bilis.
Nov.	7	nova deliria, vires ſummopere proſtratæ, pulſus vix perceptibilis.	veſicans, camphora. decoctum chinæ.	
		nocte mortua eſt.		in inguine dextro habuit bubonem ſatis magnum.
		Æger LXXXVII.		
	7	Franciſcus Wirth 30 annorum, famulus repurgationis, pridie Irreghino miſſus ſanus, tempore veſpertino concutitur horroribus, ſubſequente calore vehemente.		
	8	dolor capitis vehemens, vertigo, deliria, lingua flavo muco obducta, os amarum, preſsio in ſcrobiculo cordis, tenſio in in-	emeticum, & veſicans ad nucham.	vomuit bilem.

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		guine ſine exanthemate, pulſus parvus, celer.		
Nov.	9	ſymptomata mitiora: lingua tecta eſt muco craſſo, tenace: tumor dolens in inguine.	decoctum graminis c. tart. antim. gr. j., & oximelle.	bubo inguinalis.
	10	mucus, qui linguam tegit, magis dilutus, os non amarum, vomiturītiones, pulſus naturali parum celerior.	emeticum.	
	11	bene habet: lingua pura, debilitas.	decoctum chinæ.	
	18	bubo ſponte rumpitur. deinceps bene valet.		
		Æger LXXXVIII.		
	9	Mathias Toth 40 annorum, veſpillo, pridie Irreghino miſſus, ægrotat: ante octo dies ſymptomata conſveta peſtis; ſed non vehementia, & emetico cedentia habuit, ſimul vero ab eo tempore anthracem, quem celavit: occupat is latus dextrum, cruſta gangrænoſa tegitur, in circumferentia radios habet rubros, qui fere pectus medium, & umbilicum attingunt: color faciei eſt luridus, lingua		anthrax gangrænoſus in latere dextro.

pu-

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		pura, pulsus paulisper concitátus; sed nec durus, nec fortis.	decoctum chinæ cum vino.	
Nov.	10	uti heri: appetitus bonus.	eadem: anthrax scarrificatur, & ung. de styrace deligatur.	
	11	crusta magis separari incipit: cetera bona.		
	12	crusta magis separata, lingua impura, presio in scrobiculo cordis, pulsus febrilis.	emeticum.	parvam bilis quantitatem vomit.
	13	melius habet.	decoctum chinæ vinosum.	
	14	uti heri: lingua pura, pulsus bonus.		
	21	bene valet: anthrax penitus purus est, radii tumidi, rubri disparuerunt.	ung. digest. simplex ad anthracem.	
	28	novus anthrax oboritur ægro; sed ita nil molestus, ut etiam cadavera, non suo loco tumulata, efodere posit.		
		Æger LXXXIX.		
	13	N. Momczylovics, vir robustus 30 circiter annorum, ad nosocomium venit cum symptomatibus,		

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		peſtem, & bilis redundantiam indicantibus, ac tenſione in regione inguinali: pulſus erat ſat fortis, plenus: adſunt petechiæ, & ſcabies.	emeticum.	tenſio in inguine, petechiæ, ſcabies.
Nov.	14	non vomuit; ſed frequentes ſedes habuit: ſymptomata eadem cum ructibus, anxietate, calore, tremore labii inferioris: pulſus, ut heri.	emeticum.	bubo jam formatus habet magnitudinem avellanæ.
	15	vomuit ingentem quantitatem ſaburræ bilioſæ cum levamine; attamen adhuc amaror oris, nauſea, ardor ventriculi: pulſus minus fortis; ſed tamen elevatus	pulv. digeſt. c. ſalis ammon. gr. jv.	
	16	ſemel vomuit, & tres dejectiones habuit: bene habet: pulſus debilis, celer.	decoctum chinæ cum vino.	bubo habet magnitudinem ovi gallinacei, durus eſt, & dolens.
	17	bene eſt, appetit: pulſus minus celer.		bubo paululum molleſcit, & 30. Nov. ſponte rumpitur.
		abhinc in dies melius habet, & tandem		
Dec.	15	ad contumaciam dimittitur. Scabies ſuo modo curato eſt.		

Æger

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger XC.		
		Joannes Szerdanovics, pridie adhuc mecum locutus, bene valuit.		
Nov.	18	prima nocte corripitur vehementi frigore cum caloribus alternante, & in diem usque protracto: caput vertiginofum, dolens, lingua impura, refpiratio celeris, irregularis, pulfus fimilis, anxietas, fitis magna, ardor cutis.		bubonem habuit, nocte prægreffa fubito ortum, qui cito ad magnitudinem ovi gallinacei increvit.
		mecum loquens fubito mortuus eft.		in cadavere petechiæ nigræ.
		Hic etiam aliquid inflammatorii fubverfatum effe videtur.		
		Æger XCI.		
Dec.	4	Nefta Iuftics, puella gibbofa 20 annorum, ad nofocomium defertur cum manifeftis fymptomatibus faburræ biliofæ turgefcentis, & inde orta febre continua remittente, biliofa: ab hefterno die bubonem habet in inguine: le-	emeticum.	bubo in inguine.

vamen

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		vamen a vomitu: capitis dolor, & vertigo minor.		vomit magnam copiam bilis flavæ.
Dec.	5	perſtantibus ſaburræ bilioſæ ſymptomatibus repetitur	emeticum.	novi vomitus levantes.
	6	poſt ſomnum placidum aliquot horarum lingua pura, vomituritiones nullæ; ſed una magna debilitas.	decoctum chinæ vinoſum.	
		continuat chinæ uſum eo ſucceſſu, ut		
Jan. 1796	2	eam reconvaleſcentibus adnumerare potuerim: bubo ſenſim increvit, & a cataplasmatibus emollientibus ad maturationem ductus, ac 28va Decemb. ruptus eſt; conſolidatus vero jam 8va Januarii: contumaciam ſana ſuperavit: menſtrua, durante morbo non fluentia, ante exitum e contumacia redierunt.		
		Æger XCII.		
Dec.	6	Martha Maximovics, femina circiter 30 annorum, mane ad noſocomium venit cum anthrace ad ſcapulam: caput modice do-		anthrax oblongus ad ſcapulam.

let,

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		let, vertigo tantum per intervalla adeſt, lingua albeſcens, amaror oris, nauſea, & ſigna bilis in primis viis abundantis.	emeticum.	multum vomuit.
Dec.	7	a vomitu omnia ſymptomata ceſſaverunt: nec dolor capitis, nec vertigo, nec debilitas adeſt: pulſus naturalis, appetitus bonus: alvum vacuavit.	decoctum chinæ c. vino.	anthrax hinc inde format parvas veſicas, & 8va Decem. jam cruſta gangrænoſa tectus erat: ung. de ſtyrace, & digeſt. comp. curam abſolverunt.
		propter anthracem in noſocomio remanſit: tandem & illo ſanato, ad contumaciam dimittitur.		
		Exemplum peſtis ſimplicis benigniſsimæ.		
		Æger XCIII.		
Jan. 1796	25	Sophia Illics cum magno anthrace ad tibiam, & vehementer febricitans mane ad noſocomium defertur, delirat: pulſus parvus, celerrimus eſt.	veſicans ad nucham. decoctum chinæ c. camph.	anthrax ad tibiam.

me-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Jan.	26	melius habet: mens per intervalla redit, pulſus minus celer eſt; ſed reſpiratio ſtertoroſa. versus noctem abortus embrionis circiter trium menſium, magna hæmorrhagia uteri, convulſiones, mors.	decoctum c h i n æ.	ſuperficies cadaveris a parvis petechiis vix non penitus liveſcit.

III.

III.

HISTORIAE AEGRORUM

A

FRANCISCO HAASZ

MEDICO JAZAKENSI

SUBMISSÆ.

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger I.		
		David Vukmirovics, 30 annorum vir, potuum ſpirituoſorum amans, corporis validi, beneque alti,		
Aug.	28	corripitur febrilibus ſymptomatibus, præ primis autem dolore capitis vehemente.		
	29	jam furioſe delirat, rubens in facie præ nimio calore.		
	30 ad 31	eadem conditio.		
Sept.	1	conſpicitur a chirurgo bubo in femore dextro: deliriis jam evanidis æger ſibi plene redditus nil conqueritur.	ad bubonem empl. diach. compoſit.	bubo in femore dextro.
	10	aperitur bubo fundens ichorem tenuem, albeſcentem, nonnun-	aperto buboni ung. digeſti-	

quam

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		quam ſanguineum: ceterum æger bene habuit.	vum applicatur.	
Sept.	18	qua prima vice ægros viſitavi, video exulcerationem bubonis hinc inde jam gangrænoſam, interim adhuc vires ægri bonas, appetitum juſtum, nullam corporis attenuationem, nullam febriculam.	æger reſpuebat interna remedia: buboni gangrænoſo c. ung. digeſt. applicatur pulvis chinæ, & camphorâ.	
	25	ægro per noctes non ſatis defenſo contra atmoſphæram ſubfrigidam ulcus magis, magisque gangrænoſum factum eſt, tandemque is, ſenſim contabeſcens,		
	28	mortuus eſt.		
		Æger II.		
		Baſilius Lazarovics 21 anni, ſervitor noſocomii, animo hilari, corpore vegeto; ſed tamen teneriore præditus, potuum ſpirituoſorum amans,		
	10	corripitur febre intermittente tertiana, ter aut quater, ut æger memorabat, deinceps redeunte: intra hoc tempus uſus eſt aliquot doſibus arcani duplicati:		

pa-

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		paroxysmis evanidis nihilominus languebat æger, facie pallebat, nonnumquam etiam frigere videbatur: itaque		
Sept.	21	denudari hominem curans deprehendo bubonem fubaxillarem magnitudine nucis juglandis: is usque diem	buboni applicabatur empl. diach. c. g. pro ufu interno præfcribitur inf. vinos. chinæ, & cinamomi: pro potu aqua aceto, vel fpir. vitr. acidulata: usque 24tam nonnunquam aliquid fumit; dein omnia refpuit.	bubo fubaxillaris detegitur.
	24	excrevit, accedentibus fimul dolore fummo, impediente brachii dextri motum, tenfione, rubore.		
	25	cœpit querulari de capitis dolore gravativo, corporis lafsitudine, atque artuum dedolatione valida, virium dejectione, appetitu proftrato, fapore oris alie-		

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		no, continuis horripilationibus, bubonis dolore vehementiore.		
Sept.	26 ad 27	eadem perftabant; nifi quod ad vefperas aliqua deliria fe infinuaverint, & caloris intenfio.		
	28	vires proftratæ, fenfuum abolitio, alvus infcio fubmota, bubonis prius tenfi, rubri contractio, livefcentia.		
	29	mors.		
		Æger III.		
	12	Catharina Varga 50 annorum, infirmarii uxor, morbum inchoavit cum infolita corporis inertia, gravitate, & torpore, capitis obtufo dolore, vagis cutis fuccufsibus.	unum emeticum & interpolata purgantia. veficans nuchæ applicitum, & ope ung. bafilici in fluxu retentum. frequens ufus infufi fl. fambuci.	bubones inguinales.
	16	cœperunt glandulæ inguinales utrinque intumefcere fine dolore: fed hæc intumefcentia poft dies aliquot evanuit, quam tamen		transpofitio virus peftiferi ad caput buboni-

ex-

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		excepit vehemens capitis dolor, noctu diuque sæviens, perstante lassitudine, & gravitate corporis, subinde redeuntibus horripilationibus : hæc symptomata constanter durabant, extante tamen appetitu aliquo, usque Octobrem, quo sensim omnia evanuere, redeunte pristina sanitate.		bus disparentibus.
		Æger IV.		
		Anna Radosavlevics, puella 15 annorum, vegeta, nullis hactenus vexata morbis, corpore formoso donata, potissimum domi suæ laboribus intenta,		
Sept.	17	cœpit post meridiem tentari levibus horroribus, parum capite dolere, nocte aliquantum inquieta subsequente.		
	18	magnus ipsam invadit capitis dolor, versus noctem continuo ingravescens : frigore percellebatur, tota die, nocteque perdurante : ego mane vocatus pestem adesse suspicatus non sum : viribus gaudebat integris, nullam		

cor-

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata evacuationes, utrorumque conditio.
		corporis dedolationem, aut lafsitudinem querebatur: functiones aliæ corporis vigebant, appetitus erat bonus, lingua munda, nulla ad præcordia prefsio, menftrua parca; fed hoc ex more pagenfium: proin hæc duo reperi fymptomata, utpote continuum frigus, & dolorem capitis: dato emetico vomuit bis bilem viridem: vomitu peracto fabas ingefsit, puto, non multas: vefpere adhuc obambulabat; noctu vero, ac fi fulmine fuiffet tacta, ad femel omnibus privatur viribus, compos mentis, & fenfuum, voce quidem fracta perftante, & de capitis dolore gemente.	emeticum ex ipecacuanhæ dr. β., tart. antim. gr. j.	
Sept.	19	mane primo moritur.		in cadavere maculæ livefcentes.
		Æger V.		
		Andreas Popovics 16 annorum initio Septembris laboravit febre intermittente (cujus typi, nefcio) quæ 5—6ta revertens deinceps fuapte emanfit: poftea rurfus fat vegetus laboribus qui-		

bus-

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		busque obviis occupatur, imo duobus diebus ante morbum in silvis ligna secuit pro contumacistis, & ultima adhuc die mane circa tugurium, mihi extra pagum struendum, laborabat: post meridiem vero		
Sept.	19	corripitur magno frigore, & capitis dolore, subsequentibus deliriis, tota nocte durantibus.		
	20	summo mane moritur.		in cadavere bubonem magnum in femore dextro, modice inflammatum, invenimus.
		Æger VI.		
	20	Michael Varga 57 annorum, infirmarius, acquirit frigus, dolorem capitis gravativum, lumborum, & artuum dedolationem, appetitum dejectum, pressionem ad præcordia.	primo emetica, quæ copiosam bilem educunt; dein inf. vinosum chinæ c. spir. Mind.	
	24	prodit bubo in inguine sinistro, qui cum adolevisset ad crepaturam usque; omnia dicta symptomata evanuere.		bubo in inguine sinistro, deinceps suppuratione liquatus.
	28	bubo pus bonæ notæ fundere cœpit omnibus functionibus bene		

per-

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		pergentibus, reftante tamen debilitate aliqua.		
Oct.	2	bubo exulceratus confolidari pergit.		
	8	cicatrix coalita: homo ad minifterium ægrorum redit.		
		Æger VII.		
Sept.	23	Roxa Drafchics, 30 annorum mulier, cœpit horrere, capite dolere, corpore languere, appetitu carere, ad præcordia fenfu gravitatis affici.		
	24	eodem modo habuit.		
	25	die morbi 3tia febris plurimum eft aucta, & novis fymptomatibus ftipata, utpote calore valido, cum frigore magno fæpius de die alternante, fumma artuum dedolatione, virium dejectione magna, cephalalgia intenfa, fiti, deliriis nocturnis, pufillanimitate, indifferentia, anxietatis fenfu peculiari, ad præcordia percepto, lingua alba, fpurca: hæc fymptomata duravere usque		
	27	morbi quintam diem, qua bubo confpicuus factus eft, fympto-	a 27ma Septemb. usque	bubo in femore finiftro.

mati-

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		matibus enarratis mox mitioribus redditis: bubo hic usque	10mam Oct. decoctum chinæ cum inf. fl. arnicæ, & rad. ferpent., addita camph., & fpiritu Mindereri.	
Oct.	3	ad molem pugni mediocris excrevit, & evanefcentibus omnibus fymptomatibus	pro potu aqua fpiritu vitr. acidulata.	
	10	ruptus eft, ac plurimum faniei fudit: fuppuratione continuante fit finus magnus, ut fafciatione opus fuerit, & ideo, appetitu licet vigente, vires tamen languebant: finu vero	ad bubonem empl. diach. comp., ung. digeft., & pro compefcendo finu fafciatio.	
	25	evanefcente fit vegetior.		
	30	confolidatur bubo: ægra reconvalefcentibus accenfetur.		
		Æger VIII.		
		Maria Jergics, femina 60 annorum, corpore fat adhuc valente prædita, a fpiritu vini fæpe ebria, & a marito verberari folita, nocte		
Sept.	24	præcedente, cum aliquot de familia in uno cubili dormiens, cœ-		

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		pit ejulare, conqueri de frigore, horroribus, capitis dolore valido: ſic mane continuans, poſt meridiem ſenſibus omnibus privatur, voce deſtituitur, vires dejiciuntur, vomitus ſuccedit ſymptomaticus, admodum frequens, quo biliformis, tenuis materia, ad ſemel non multa, excernebatur: per noctem ita ſenſibus, & viribus deſtituta, in eodem plane ſitu jacens, domi ſuæ manſit, mihi non inſinuata.		
Sept.	25	mane deprehendo ipſam nullum motum exerentem, adhuc vomentem: ſic ſe habuit in noſocomium translata.		
	26	mane interiit.		in cadavere totum dorſum invenitur cœruleum: ſuſpicabar, an non hoc, & vomitus ad verberationem pertineret, læſionemque capitis: facta inquiſitio do-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
				cuit hanc cauſam hinc abeſſe.
		Æger IX.		
Sept.	26	Theodorus Illics, vir 40 annorum, queritur horripilationes, capitis dolorem, oppreſsionem ad præcordia, dedolationem artuum, languorem.	emeticum. nil ultra vult ſumere.	bis vomit mucum.
	27	perſtantibus dictis ſymptomatibus frigore valido cum horrore tota die, & nocte conſequente affligebatur.		
	28	jam ſenſibus, viribusque deſtitutus jacet.		
	29	moritur. Uxor hominis, e febre intermittente laborans, errore chirurgi fertur ad noſocomium peſtiferorum, & decumbit in loco, in quo alter mortuus eſt: ſanata a febre 24ta Sept. transfertur ad contumaciam, ei ſe maritus adjungit: ita is contagium ſuſcepit: etiam in uxore eodem tempore peſtis erupit.		nulla exanthemata.

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger X. Simeona, uxor Stephani Nedics, 55 annorum, contumaciam a 7ma Sept. agit ſaniſsima.		
Sept.	30	corripitur frigore non adeo valido, querulans ſimul de artuum dedolatione, corporis aliqua laſsitudine, amarore oris, capitis dolore gravativo, preſsione ad præcordia, ructibus: lingua erat ſpurca, flava.	emeticum ex ipecacuanhæ dr. β., tart. emetici gr. j.	nullus vomitus: alvus bis ſolvitur.
Oct.	1	prægreſſa nocte fere inſomni, mane magis languebat, dedolatio artuum major, vires labaſcentes, facies triſtis: evocata a me ex noſocomio, locuta eſt pedibus propriis inſiſtens, & plurimum accuſabat ſenſum anxietatis moleſtiſsimum, ad præcordia perceptum: verum vix diſceſsi; mox privatur voce, ſenſibus, motu, poſt tres horas exſpirat. *Si morbus hic peſtis fuit; unde contagium 24to die contumaciæ ſe exerens, ſi verum eſt, peſtis morbum, aſſumto ſemel contagio, ad ſummum intra 21 dies emergere? ſed ſciendum eſt, vix dum introducta peſtis manipula-*		nulla exanthemata.

tio-

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		tione, & Jazakini in primis difficulter introducta, non posse existimari, fuisse sufficientem in matura, primisque diebus facienda omnium vestimentorum lotione accurationem, sine qua, quantumvis diuturna, contumacia nil prodest.		
		SCHRAUD.		
		Æger XI. & XII.		
Sept.	30	Simka, filia Lucæ Rakits, 16, & Stanko filius ejusdem, 7 annorum, tempore matutino ambo corripiuntur frigore valido, & horrore, cum vehementi dolore capitis: post prandium hoc frigus excepit magnus calor, ad seram noctem perdurans cum aucto dolore capitis, magna artuum dedolatione, & corporis lassitudine: tandem, circiter hora noctis 10ma, fere eodem tempore ambæ proles, ac si fulmine tactæ fuissent, privantur viribus omnibus, ut jam nullam ederent vocem, nullius membri motum exererent, situm eundem in decubitu retinerent.		

mane

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Oct.	1	mane filius hora 8va; puella 9na e vivis excedit.		in toto cadavere, præ primis autem in artubus inferioribus petechiæ lenticulares, lividæ.
		Æger XIII. Simon Joannovics 56 annorum, vefpillo		
	1	ruit in foffam fuper cadavera: abinde illico ægrotare incipiens, corripitur magno, & diuturno frigore, quod vehemens capitis dolor, & artuum dedolatio comitabatur: vefperam verfus fuccefsit calor, noctem turbulentam faciens.	infufum arnicæ c. camphora. veficans ad nucham.	
	2	magna lafsitudo, major artuum dedolatio: hæmorrhagia narium tota die per intervalla pergens; non tamen vires exhauriens, fine levamine capitis.	infufum idem. locus veficantis ung. digeft. camph. deligatus.	
	3	virium proftratio magna, vox fracta, fumma indifferentia, loco cephalalgiæ gravedo, hæmorrhagia narium rarior, fanguinem inftar loturæ carnium largiens, diarrhœa fine ægri confcientia.	infufum vinofum corticis chinæ.	

fum-

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Oct.	4	ſummo mane mors.		in cadavere nullum exanthema, neque locus veſicantis gangræneſcebat.
		Æger XIV. Joannes Kovács annorum 16, corpore laxo, cachectico, facie pallido-flava præditus, intermittente autumnali ſæpius, & ſat longo tempore vexabatur, quæ tamen obſtructiones viſcerum abdominalium non reliquerat: ſervivit ægris peſtem habentibus per menſem.		
	4	prodromos tantum aliquos febriles ſenſit.		
	5	afficitur horripilationibus, corporis gravedine, modicis capitis doloribus, appetitu aliquantum dejecto.		
	6	corripitur frigore magno, diu durante, quod ad veſperas calor æque magnus excepit: accesſit capitis dolor vehemens, lasſitudo, artuum dedolatio, appetitus proſtratus, amaror oris, lingua ſpurca, ad præcordia ſenſus presſionis dolorificæ, ſub-	emeticum ex ipecacuanhæ dr. β., tart. emet. gr. j.	vomit bilem multam cum modico muco.

inde

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		inde ructus: post emesin vires aliquantum dejectæ.		
Oct.	7	sopor, bubonis eruptio, virium major dejectio, frigus cum calore alternans, alvus promta.	decoct. corticis chinæ, & fl. arnicæ cum camphor., & spiritu Mindereri: pro potu aqua c. spir. vitr.: vesicantia ad suras.	bubo in inguine sinistro.
	8	priora omnia; tantum loco cephalalgiæ gravedo capitis.		bubo inflammatur, mole celeriter increscit.
	9	sopor, gravedo capitis, dejectio virium magna, indifferentia, calor, & frigus per vices redeuntia, sensus gravitatis ad præcordia, & dolor nullus, alvus libera.		
	10 ad 11	eadem.		
	12	bubone rupto symptomata levantur.		bubo æquans ovum gallinæ, sponte apertus, pus manat.
	14	pergente suppuratione omnia symptomata evanuerunt: vires increscunt cum appetitu, relicta adhuc debilitate, & languore corporis.	infus. fl. arnicæ c. spir. Mindereri.	

nil

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Oct.	23	nil præter bubonem fuppurantem morbofæ affectionis fupereft.		
Nov.	3	bubo in dies magis, magisque flavefcens, & tantum exiguum quid puris exfudans confolidari incipit.		
	11	bubone penitus folidato, & disparente ad fervitium nofocomiale redit.		
		Æger XV.		
		Roxa, filia Radofavlevics, 14 annorum, nondum menfes experta, per totam vitam fanifsima,		
Oct.	5	ad vefperam habet in artubus inferioribus aliquem fenfum dolorificum fine omni fymptomate febrili, cœnam adhuc cum appetitu abfumens: nocte corripitur nimio calore cum fiti magna, atque capitis dolore usque mane durante.		
	6	accefsit lafsitudo corporis, atque artuum dedolatio; fed tamen vires adhuc tantæ fupererant, ut ex territorio contumaciali per monticulum ad nofocomium pedes pervenerit: vix in eo dimidia jacebat hora; jam momento uno, quafi apoplexia tacta,		

 omne

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		omne ſenſuum, & motus animalis exercitium amiſit: ſic immota jacens cum oculis fixis, pupilla dilatata, reſpiratione magna, & rara, poſt ſemialteram moritur, manentibus oculis apertis, quod eſt phænomenon paſſim a me obſervatum in ſubito mortuis.		bubo ſub axilla dextra, magnitudine nucis juglandis.
		Eadem 6ta Octobris Nedelko Nedics contumaciſta, priori veſpere ſanus, mane mortuus reperitur in tugurio ſuo, & Jovanka, uxor Kusmanni Nedics, a tribus diebus puerpera, intra noctis ſpatium periit.		cadavera nil alieni exhibuerunt.
		Æger XVI.		
		Nicolaus Fortuz 28 annorum, infirmarius, robuſto corpore præditus, vini, ſed in primis cremati potus amans,		
Oct.	6 ad 7	prodromos peſti communes perſentiſcere cœpit, nil interim queſtus.		
	8	ingruente corporis magna laſsitudine, dedolatione artuum, frigore valido, immani capitis dolore, anxietate peculiari ad præcordia decumbere cogitur.	decocto - infuſum ex china, fl. arnicæ, & contrajerva c.	

bu-

Menfis	Dies	Anamnefis & fymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
			camph., & fpir. Mind.	
Oct.	9	bubo prorumpit, ingravefcentibus tamen dictis fymptomatibus, viribus magis collabentibus, calore, frigus hefternum excipiente, valido: oculi funt fanguine fuffufi, lingua alba forde obtecta.		bubo in finiftro inguine.
	10	bubo mole increfcit; fed vires ægri fumme proftratæ, vox fracta, debilifsima, non intelligibilis, indifferentia, volutatio continua partim ob calores, per intervalla redeuntes; fed præcicipue præ anxietate gravi ad præcordia percepta, gravedo potius; quam dolor capitis: vefpere delirium.	ad decoctum pulv. cort. chinæ unc. j. pro potu aqua c. fpir. vitr.	
	11 ad 13	eadem fymptomata.		bubo ovi columbini magnitudinem habet.
	14	bubone, ad molem ovi gallinacei protuberante, rupto, & multum puris albefcentis fundente morbus levari cœpit, & æger pedetentim appetere.		bubo rumpitur.
	18	jam furrexit æger, fpirituofa, & largiores cibos anhelans: bubo vero pus bonæ indolis largieba-		

tur,

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		tur, omnibus febrilibus ſymptomatibus evaneſcentibus. ſic pedetentim bubone ad minorem molem ſe contrahente, adeoque minus puris præbente tandem cicatrix formari cœpit.		
Nov.	10	æger lotis ſuis veſtibus juſſus eſt ſe priſtinis laboribus accingere.		
		Æger XVII.		
		Maria, proles 10 menſium Georgii Avram, matris in noſocomio ex peſte decumbentis ubera una, alterave die ſugens contagium contraxit, adeoque, a matre vi ſeparanda, tradita eſt uxori unius ſervitoris noſocomii ad nutriendum.		
Oct.	28	corripitur febri, & quidem initio frigore per totam diem durante, quod facile cognoſci poterat per attactum nutricis, & pallorem præprimis extremitatum.	toto tempore decoctum oryzæ c. inf. ſambuci ſaccharo edulcoratum. externe catapl. ex mica panis in aqua cocta. ceſſante inflammatione tumoris empl. diach. c. g.	

ex

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
Oct.	29	ex facie ſuffuſa, & attactu urente manifeſto apparebat calore febrili torqueri: una ſitis magna aderat.		
	30	eadem: ſimul parotis ſiniſtra tumere cœpit.		parotis ſiniſtri lateris.
Nov.	3	tumor paroticus, obtinens magnitudinem ovi gallinacei, rubebat, dolebat vehementer: infans noctu, diuque ejulabat: calor continuus; ſed minor corpuſculum occupabat.		
-	5	tumor ad pugni magnitudinem inſurrexit; ſed una mollior, minus rubens, ac dolens evaſit.		
	7	aperta parotis puris optimi ad uncias ſex fudit, multum collabeſcens: poſtea infans, immunis ab omni febre, tranquillus, ac taciturnus omnia oblata ore aſſumſit.		
	12	tumor parotidis penitus evanuit relicto exiguo foramello, continuo madente.		
	15	cicatrice ſolidata, corpore vegeto infans reconvaleſcentibus accenſetur.		

Æger

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		Æger XVIII.		
		Doſcha, mulier 55 annorum, corpus ex laboribus perpetuis exſuccum habens,		
Nov.	22	horripilationes, modicos capitis dolores, & preſsionem levem ad præcordia perſenſit, appetitu ſimul languente.		
	23	hi prodromi continuant.		
	24	frigus magnum, & continuum, laſsitudo, gravitas, dedolatio corporis magna, cardialgia, vomitus ſpontaneus, frequens materiæ æruginoſæ,		vomitus ſpontaneus, æruginoſus,
	25	frigus adhuc continuat, eadem materies æruginoſa non raro vomitur: capitis gravitas, & cardialgia, virium dejectio, ut inſiſtere pedibus non poſsit, bubo ſubaxillaris exiguus, vix noſcendus, & in manus dorſo carbunculus.	decocto - infuſum chinæ, fl. arnicæ, rad. ſerpentariæ c. camph., & ſpir. C. C. pro potu aqua cum. ſpir. vitrioli. veſicantia ad ſuras, & brachia.	bubo ſubaxillaris, & carbunbunculus in dorſo manus.
	26	eadem: vires magis labaſcentes.	quotidie veſpere pulvis Doveri ſine ſudo-	

mane

Menſis	Dies	Anamneſis & ſymptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
			re conſequente.	
Nov.	27	mane adhuc querebatur frigus inde ab initio morbi continuans: vomitus ceſſavit, carbunculus in gangrænam abiit, bubo, nil increſcens, modice liveſcebat: vox fracta, & debilis, petechiæ purpureæ liveſcentibus mixtæ: poſt prandium jacet orba omnibus ſenſibus. nocte moritur.		bubo liveſcens, carbunculus gangrænoſus, petechiæ purpureæ & liveſcentes.
		Æger XIX.		
		Julia Popov 16 annorum, toroſo corpore, facie ex albo roſea, locum illum, ubi duo ipſius fratres, ante unum menſem ex peſte decumbentes, mortui ſunt, ſcopavit, & nudis manibus feces ejecit: eadem adhuc die, nempe		
	23	corripitur frigore, & dolore capitis, ſubinde evaneſcentibus.		
	24	ad veſperam eadem denuo redeunt inſtar febris intermittentis, intercedente nimirum plena apyrexia: frigus hoc validum nocte excepit calor vehemens, ſitis,		

Mensis	Dies	Anamnesis & symptomata.	Medicamenta exhibita.	Exanthemata, evacuationes, utrorumque conditio.
		capitis dolor, anxietas, inquietudo, deliria.		
Nov.	25	ad nosocomium defertur jam destituta viribus, delirans, vehementer calens, cum facie plurimum rubente, cita respiratione cum anxietate, capitis nimiis doloribus: bubo in inguine sinistro exiguus apparebat.	decoctum hordei cum nitro & oximelle. epispasticum ad suras, & plantas pedum. ad bubonem empl. diach. c. g.	bubo in inguine sinistro.
	26 ad 27	eadem: virium continuo major prostratio, cum retrocessione bubonis abolitio sensuum.	decoctum chinæ, & arnicæ cum aceto antiseptico, camphora, & spir. Mindereri; vesicantia ad suras: 27ma ad decoctum pulvis corticis, & spir. C.C., item vesicans ad locum bubonis.	bubo recedit.
	28	calor, & rubor faciei remittunt, respiratio fit rara: motuum abolitio, oculi fixi, pupilla dilatata, diarrhœa involuntaria, non fœtida. post meridiem mors.	nil sumsit.	petechiæ purpureæ in pectore tantum visibiles.

E.

E.

MEDICORUM,

QUI

ÆGRIS EX PESTE HOMINIBUS CURANDIS OCCUPABANTUR,

DE

MORBO PESTIS

DISSERTATIONES.

I.

ANDREAE BUDAI

M. D.

ET

COMITATUS SIRMIENSIS PHYSICI

DISSERTATIO

DE

PESTE SIRMIENSI

A

Menſe Julio 1795 usque ad finem Februarii 1796 ſæviente.

Peſtis eſt morbus exanthematicus, vertigine, lingua alba, amarore oris, vomitu bilis viridis, vel virideſcentis, atonia linguæ, acutiſsimis capitis doloribus, bubonibus, carbunculis, petechiis, &c. ut plurimum ſe manifeſtans.

Morbus multum contagioſus eſt, ſiquidem plerumque in omnes in eadem domo habitantes, alios etiam, cum his commercium exercentes, ſucceſsive propagatur.

Quia vero obſervatum eſt, per contactum hominis peſtiferi ſimillimum in altero morbum excitari; neceſſe eſt aliquid ex corpore ægroto in aliud transferri, quod in illo, ut cauſa materialis, eandem peſtem producat.

Hæc particula animalis, ex corpore ægroto translata, & in altero, ut cauſa materialis, morbum æque contagioſum, ſeu peſtem excitans, miasma dicitur.

Exiſtere ergo miasma peſtiferum, in dubium vocari non poteſt.

A primo momento concepti contagii usque plenariam conſanationem, in decurſu peſtis quatuor magnas, & diverſas mutationes, ſeu revolutiones in corpore humano fieri obſervo. Ab his mutationibus peſtem divido.

I.

In quatuor ſtadia.

1^{mum} ſtadium incipit a primo momento concepti contagii, & durat usque eruptionem peſtis: iſtud voco ſtadium contagii.

2^{dum} ſtadium incipit ab eruptione peſtis, durat usque ſolutionem morbi: iſtud appello ſtadium eruptionis.

3^{tium} ſtadium incipit à ſolutione morbi per criſim bonam, ſeu mutationem morbi in melius, & durat per totum illud tempus, quo criticæ evacuationes fiunt, unde etiam ſtadium criticum vocari poſſet.

4^{tum} ſtadium incipit a ſuppuratione bubonum, ſeparatione gangrænæ in carbunculis, & anthracibus, durat usque plenariam conſanationem: iſtud vocetur ſtadium ſuppurationis.

Qualis mutatio corporis in ſingulo ſtadio contingat; in deſcriptione ſtadiorum indicabitur.

Huic peſtis diviſioni anſam dedit comparatio peſtis cum variolis, cum quibus peſtem aliquam analogiam habere in deſcriptione ſtadiorum patebit.

Peſtis poteſt etiam dividi

II.

II.

In completam, et incompletam.

Completam peſtem tum dico, quum miasma peſtiferum æquabiliter univerſas partes afficit. Multi jam in primo peſtis inſultu proſternuntur; alii tardius: ſed certa mors omnibus. His petechiæ, aut livores plerumque poſt mortem viſibiles fiunt. In hac ſpecie peſtis contingunt mortes ſubitaneæ, quæ peſtem tam terribilem faciunt.

Incompletam, dum miasma peſtiferum unum aliquod ſyſtema, e. g. bilioſum, præ ceteris afficit. Hanc peſtis ſpeciem evadere poſſe completam res ipſa loquitur.

III.

In puram, et complicatam.

Pura eſt, quæ nullum alium morbum ſibi junctum habet. In hac ſpecie peſtis homines fere nullam febrem habent, ſi forte eam horripilationem, ſeu febriculam excipias, quæ quandoque eruptionem exanthematum præcedit: appetitus bonus eſt, pulſus naturalis, omnia bona, ut vix peſtem ſentiant.

Complicata cum febre potiſsimum bilioſa, mucoſo-bilioſa, rarius putrida. Bilioſæ complicationes omni tempore obſervatæ; putridæ non tam frequenter. Bilioſæ complicationes præter alia noſcebantur obortis ſurſum, deorſumque evacuationibus bilioſis; putridæ ſumma proſtratione virium, quæ ſecus in peſte præſente non eſt, oculis rubellis, turbidis, manibus ardentibus, pulſu celeri, parvo, aphonia, &c.: homines tales vel non loquebantur, vel nonniſi cum magno conatu vocem emittere poterant.

De natura miasmatis peſtiferi.

Miasmatis peſtiferi eſſentiales notæ videntur: ejusdem volatilitas, ſpecificus odor, acrimonia, vis contagioſa, &, quod tam ſolidis; quam fluidis cito mutationem inducat.

Volatilitas miasmatis inde patet, quod longe, lateque a corpore peſtifero ſpargatur. Ego media platea incedens ſæpius ægros ex perceptione talis odoris detexi: ad noſocomium accedens jam a procul odorem peſtiferum ſenſi: ſi vero integra poſſeſsio, aut magna ejus pars peſte infecta ſit; ad plures etiam centenas orgyas ſentitur. Volatilitas miasmatis inde etiam ſatis apparet, quod ſola diuturna eventilatione res infectæ ab hoc miasmate repurgari poſsint: ſi vero fixum eſſet; quid prodeſſet eventilatio?

Odor ſpecificus inde docetur, quod ex ipſo ſolo odore peſtiferum corpus adeſſe dignoſci poſsit. Initio neſcivi, quid ſit, & unde veniat odor: poſtquam vero inveſtigavi; inveni odorem illum ex corpore peſtifero promanare: quare deinceps eodem, ut ſigno diagnoſtico, uſus ſum, & me odor iſte nunquam fefellit. Sed odorem ſpecificum, & ſibi proprium plures etiam alii morbi contagioſi ſpargunt, ſpargunt variolæ, ſpargit ſcabies: quid mirum, ſi & peſtis ſpargat? Odor peſtifer, niſi ſit condenſatus, non eſt inamœnus, mihi ſaltem ingratam ſenſationem non cauſavit: ſi vero ſit condenſatus; eſt gravis, & moleſtus: odorem iſtum ſpecificum etiam veſtimenta ventilationi expanſa ſatis diu ſpargunt. *)

Præter hic deſcriptum ſpecificum peſtis odorem obſervavi & alium mortualem, quem in diagnoſi peſtis **) cœmeterialem dixi: at iſte odor non eſt ita acutus, ita penetrans; ſicut apertarum cryptarum, nec eſt penitus talis; qualis eſſe ſolet mortui hominis; ſed eſt quaſi odor mixtus ex odore peſtifero, & cadaveroſo.

Utrum-

*) Difficile eſt de iis, quæ quidam ope odoratus percipere ſe perhibent, dubitare, quando tanta hujus ſenſus inter diverſos homines diverſitas, & inæqualitas eſt. Etiam medicus Gellei aſſeveravit mihi, ſe peculiarem apud ægros peſtem habentes odorem percipere, quo ipſo ad aliquam dubii adhuc caſus diagnoſin uti potuerit. Schraud.

**) Sub hac epigraphe vir cl. primam peſtis ſirmienſis deſcriptionem dedit. Schraud.

Utrumque odorem accuratius investigavi, & inveni, quod odorem pestis specificum spargant ægri, qui exanthemata ulcerosa habent, ut sunt: anthraces, carbunculi, bubones, vesiculæ pestilentiales; spargant ipsa vestimenta hominum, cum his exanthematibus mortuorum; mortualem vero domus emortuæ, & vivi etiam, petechiis apparentibus, vel latentibus notati difundant.

Acrimonia miasmatis tum observatur, cum atmosphæra ægrorum hoc miasmate nimium scatet. Mihi, sole occumbente nosocomium accedenti, liquoris alicujus acris in nares infusi sensationem, & temulentiam quandam excitavit, sæpius per morsicationem in naribus etiam sternutationem elicuit. Idem etiam observavit comitatensis chirurgus Rüffl. Hanc miasmatis acrimoniam, nares vellicantem, temulentiamque aliquam capiti inducentem, ad ignem nosocomii consistens sæpius persensi; sensit etiam comitatensis chirurgus Huth. Quid mirum ergo, si miasma pestiferum vi sua narcotica vertiginem, soporem &c. causat?

Vis contagiosa miasmatis pestiferi inde evincitur, quod illud, ex corpore pestifero in hominem translatum, morbum semper homogeneum, seu pestem excitet.

Inter ceteras miasmastis pestiferi notas essentiales est etiam, quod tam fluidis; quam solidis corporis humani partibus cito mutationem inducat: primum apparet in peste completa; posterius in carbunculis, & anthracibus, qui cito gangrænescunt.

Effectus ergo miasmatis pestiferi præcipui sunt: mutatio humorum (jam hanc mutationem seu quis corruptionem, seu attenuationem, seu resolutionem humorum appellet, mihi perinde est), deinde inflammatio, & cita gangræna.

De actione miasmatis pestiferi in corpus humanum.

Actio miasmatis in corpus dupliciter considerari potest: 1*mo.* dum adhuc ante conceptum contagium corpus afficit; 2*do.* dum jam concepto contagio in corpus agit.

De

De actione miasmatis peſtiferi ante conceptum contaginm.

Miasma peſtiferum in nares agere, ex iis, quæ ſuperius de volatilitate, odore, & acrimonia miasmatis peſtiferi recenſui, facile demonſtratur. In oculos vero etiam agere obſervavi in veſpillonibus, vectoribus infirmorum, & mortuorum, qui paſsim de dolore ſuperioris partis bulborum oculorum conqueruntur: unus vector in utroque oculo cataractam accepit: idem accidiſſe in poſſeſsione Neradin cl. med. Seele refert. Quod vero miasma peſtiferum etiam poſt conceptum contagium oculos afficiat, inferius videbitur. Si athmoſphæra miasmate nimium referta ſit; facit in pulmonibus reſpirationem anxiam, difficilem, maxime vero veſpertino tempore: ego per anguſtas plateas progrediendo tam difficile reſpirium ſenſi, ut properare greſſus debuerim, quo liberius reſpirare poſsim. Num luridus incolarum faciei color a miasmate, aut potius a continuo contagium concipiendi metu, fumigatione immoderata, & uſu aceti copioſo dependeat, determinare nolo: certum tamen eſt, quod & illi, qui nec metuunt, nec fumo tabacæ, nec aceto abutuntur, luridum colorem præſeferant. *)

Num peſtis per ſolum contactum, aut etiam per aerem propagari poteſt? Quod peſtis per contactum propagetur, dubium nullum eſt: quod vero per athmoſphæram ægrorum etiam propagari poſsit, valde probabile; conſideranti vero miasmatis peſtiferi volatilitatem, odorem, acrimoniam, & difficile reſpirium, quod cauſat, extra omne dubium eſſe debet. Qui celeriter per talem athmoſphæram tranſit, illi utique nihil accidit: ſi quam enim etiam miasmatis quantitatem inſpiratione attraxit; illico eam per exſpirationem excutit: aliter eſt cum homine, qui continuo in tali athmoſphæra vivere debet. Nec ego credo, efluviorum inſtar, per ventos de civitate in civitatem, de provincia in provinci-

am

*) Horum ſimilia de febre flava philadelphica a cel. Rushio prodita legimus. Schraud.

am peſtem transferri; ſed in platea aliqua anguſta, ubi ſine ordine diſperſæ ſunt domus, ubi circa circum domos peſtis occupat, ubi aer efluviis peſtiferorum ſcatet ita, ut domus interjacens continuo non niſi peſtiferum aerem inſpirare debeat; credere plane non poſſum, ut talis domus a peſte intacta maneat, niſi forte per frequentes ignes miasma peſtiferum deſtruatur, vel potius diſsipetur, aut per continuum aceti vaporem vis contagioſa infringatur. Multæ domus ex ſola hac fatali ſituatione, quæ de cetero omnem plane contactum peſtiferarum rerum fugiebant, peſtem contraxerunt, unde etiam apud populum jam triſti experientia invaluit opinio, quod ſola ſui a contactu rerum peſtiferarum cuſtodia a peſte ſe penitus præſervare non poſsit.

Num peſtiferum corpus vivens primo ſtatim ſtadio peſtem propagare poteſt? Vero ſimile eſt, peſtem per corpus vivens primo ſtatim morbi ſtadio non propagari, ſi quidem miasma peſtiferum tum adhuc in corpore latet, & tunc primo foras ad ſuperficiem corporis pellitur, quando miasma peſtiferum corpori moleſtum eſſe incipit, & natura ſe ab hoc ingrato hoſpite ope febrilis commotionis liberare conatur. Obſervationes certe docuerunt, multos fuga peſtem evaſiſſe, qui prius cum peſtiferis ante eruptionem peſtis convixerunt, & contactum exercuerunt. In caſſarmis, ubi habitamus, quinquies jam erupit peſtis diverſo tempore, ſemper ab extrinſecus allata: quia tamen infirmi obſervatis ſignis peſtiferis illico in noſocomium allati ſunt; nullus infectus eſt: duo ex infectis mortui; tres conſanati ſunt: ex his quinque unus erat ſervulus, qui ſuum herulum ante morbi eruptionem circumducere ſolebat; herulus tamen, ejusdem parentes, & omnes domeſtici illæſi permanſere: altera erat noſtra coqua; reliqui aurigæ, qui nos quotidie vexerunt: ego ipſe etiam multos ante eruptionem peſtis contrectavi, qui non multo poſt peſte ſublati ſunt.

Quo morbi ſtadio maxime peſtis propagatur? Tunc utique, cum miasma peſtiferum ad ſuperficiem corporis propellitur, aut

criticæ evacuationes fiunt, quod 2do, 3tio, & 4to morbi ſtadio contingit. Ego, & comitatenſis chirurgus Riffl in exploratione pulſus ſæpiſsime punctiones aciculares in digitis ſenſimus: verum iſtud tunc tantum obſervavimus, cum corpora in majori tranſpiratione, vel ſudore conſtituta, aut ardentes manus, vel moribundos, aut carbunculis laborantes contrectavimus; alias vero nullas: imo etiam ego ſine prævia digitorum per acetum ablutione bubone laborantem tantum experiundi gratia contrectavi, taliter contrectavi etiam duos alios, peſte completa laborantes in ſecundo morbi ſtadio, de quibus, quia conſveta peſtis indicia non habebant, dubitavi, num peſtem habeant: ſed repentina mors, & petechiæ poſt mortem apparentes me docuerunt deinceps cautiorem eſſe, & nemini amplius fidere: eosdem contrectavit etiam chirurgus Thurner: punctionem tamen nullam ſenſimus, nec peſte infecti ſumus. Unde mihi illa corpora maxime contagioſa videntur, in quorum contactu apices digitorum punctionibus acicularibus afficiuntur. Ego metu concepti contagii, quotiescunque tales punctiones ſenſi, ſemper ad mea conſveta remedia præſervativa confugi.

Num per primum peſtiferi corporis contactum illico lues peſtifera contrahi poteſt? Poteſt, niſi præmunitum ſit corpus, quod obſervationes docuere. *)

Num

*) Obſervationem hoc apprime demonſtrantem a cl. domino medico Seele intellexi ſequentem. Homo germanus, Kramer, e comitatu bacſienſi pro depurationis ſervitio miſſus, veſpere Neradinum advenit, ubi pro confortando animo cum ſociis pluſculum bibit. Poſtridie mane ſervitium aggrediens caligas bonas, mortuo homini detractas, induit: poſt horam advenienti medico lenem capitis dolorem, & vertiginem queritur, ac prægreſſo potui adſcribit. Medicus pergit ad Gergeteg, unde dum finita intra horæ ſpatium viſitatione redit; jam invenit ſocios hominis

egreſ-

Num peſtis diutius in corpore latere poteſt, & quamdiu, antequam per manifeſta ſigna innoteſcat? Quod peſtis diutius in corpore latere poſsit, id docent obſervationes in expoſitis miniſtris factæ, ut ſunt infirmarii, infirmorum, & mortuorum vectores, veſpillones, qui quotidie contactum exercere debent, de quibus non dubito, quin primis ſtatim ſervitii diebus peſtem contraxerint: nihilominus non æquali temporis intervallo in omnibus manifeſta ſigna peſtis apparuere, quod ex tabella diſſertationi ſubnexa manifeſtum fit.

De

---

egreſſos, & congregatos extra tugurium famulorum, in quod ſe homo depoſuit. Accedens mortuum invenit.

Omiſit auctor hoc loco diſſerere de variis viis, quibus contagium ſubintrare corpus poſsit. In literis 10ma Septembris 1795 ad me datis lego obſervationem huc pertinentem. „ Ab aliquo tempore obſervo," inquit, „ quod multi veſpillonum peſte corripiantur, & pereant, quod „ tamen in exordio morbi contagioſi non contingebat: illi enim diutiſsi„ me immunes a peſte perdurabant; nunc vero illi fere quam citiſsime „ morbo corripiuntur. Hujus diverſitatis cauſa mihi deſuper meditanti „ non illico occurrit: nunc vero videtur non alia eſſe; quam, quod „ cadavera mortuorum hinc inde ante ſepulcra deponantur, & terræ „ ſuperficies peſtis miasmate inficiatur, ubi laboratores continuo obam„ bulant, aliqui nudis pedibus etiam; aliqui periſomata tantum induta „ habentes, unde pulveres, ex ſuperficie terræ adſcendentes, immediate „ nudas partes conſpergere poſſunt: aliqui forſitan, labore feſsi, quie„ tis gratia in locum talem ſe abjiciunt, aut ſaltem veſtes deponunt. „ Homines tales plerumque in ſuris doloroſam affectionem ſentiunt, „ de cetero ſe ſanos dicentes; ſed altero die jam bubones inguinales „ acquirunt, delirant, & citius, quam alii ægri, moriuntur. — Ex tre„ decim Zingaris, quos nuper pro foſsione ſepulcrorum applicui, qua„ tuor tantum ſuperſunt. Ego pro cœmeterio perpurgando conſtitui,

ut

De actione miasmatis pestiferi in corpus post susceptum contagium.

I. *Stadium.*

Miasma pestiferum jam in primo morbi stadio videtur varie constitutum corpus præparare, ut morbus bonum, vel malum exitum habeat, ut nempe unus repente; alter tardius moriatur, vel vero consanetur. Fortasse hujus diversi exitus causa dependet ab actione miasmatis in diversas corporis partes: plerumque enim ita corrumpit humores, ut jam 4to, 3^{tio}, imo etiam primo pestis invasionis die letales petechiæ nigræ appareant, si non in vita; saltem post mortem. Hanc humorum corruptionem in compluribus subitanea morte sublatis observavi: multis totum caput est lividum, sicut in suffocatis; reliquum corpus petechiis obsidetur, in signum, quod corrupta humorum colluvies per febrilem commotionem capiti appulsa fuerit, quod dum fit; caput vehementissime dolet, ægri fugiunt, & in fuga ipsa exspirant. Tanta humorum corruptio certe primo febrilis invasionis momento enasci non potuit, præhabita ergo fuisse debuit: idem intelligendum etiam de aliis signis, quæ jam primo insultu pestis observantur, ut sunt: lingua alba, bilis viridis, aut flavo-viridis, &c., quæ utique momento fieri nequeunt. Si vera est opinio, miasma pestiferum in systema biliosum præprimis agere, quod color bilis viridis, aut flavo-viridis vomitu ejectæ satis evincere videtur; tum color faciei, in primo stadio in multis apparens luridus, facile explicari potest: forsan etiam petechiæ huic fundamento innituntur? an & fervidi ideo citius; quam alii pereunt? duo certantes

---

„ ut totum, exceptis sepulcris, stramine conspergatur, & stramen ac-
„ cendatur, ut sic locum per ignem repurgemus: deinceps autem ad de-
„ stinatum tantum locum cadavera reponentur, qui locus sæpius ac-
„ censo stramine repurgabitur. " Schraud.

tes in nosocomio ministri illico post certamen uno, eodemque tempore peste correpti sunt, & uterque perivit. — Signa diagnostica concepti contagii adhuc pauca nota sunt: optandum esset, ut aliquis medicorum exsurgat, qui ea accurate describat: ille certe generi humano plus præstaret; quam omnes, qui hactenus curandæ pestis rationem, plerumque fallacem, tradiderunt.

Erupturæ pestis justam suspicionem dare possunt: lingua alba, amaror oris, inusitatæ affectiones, nimia conservandæ vitæ solicitudo: tales enim anxie securitatem quærunt, auxilium implorant, quasi hostem a tergo insequentem jam viderent: complures tales peste correptos observavi: istud certe erupturæ pestis signum tale est, quod fefellisse nunquam observavi: denique coloris boni in luridum commutatio, animi affectionum perversio.

Certissimum autem, & infallibile pestis indicium exhibet odor specificus pestifer: num jam a primo morbi stadio odor iste ex corpore dimanet, aut vero solum vestes miasmate pestifero infectas designet, determinare non audeo.

Odor verò mortualis, seu cadaverosus illum, cui jam semel notus est, nunquam fallere potest: hic odor quandoque tam est manifestus, ut ab omni, qui aliquo odoratus sensu præditus est, observari possit. In campo neradiensi vespillo, in tugurio existens, vesperi ultra triginta passus a se sparsit odorem cadaverosum, cujus athmosphæram cum intrassem; tantus odor teter me percussit, ut illico recedere debuerim, putans in vicinia pestiferum cadaver jacere: eundem odorem perceperunt etiam mei comites: verum sequenti die mane apparuit, nullum adfuisse cadaver; sed hominem vivum, qui, dum jentasset in nostra præsentia, subitanea morte exstinctus est. In cadavere petechiæ conspiciebantur.

Præter odorem mortualem etiam halitus fœtidus, & gravis in nonnullis, ex peste completa interituris, observatur.

 Utrum

Utrum quis in eadem epidemia bis contagio affici poteſt? Initio malorum noſtrorum hominem bis contagio affici poſſe creditum non fuit, unde reconvaleſentes ſine metu furta, & rapinas exercebant, infirmos adibant, mortuos induebant, ſepeliebant; ſed plura funera ſecundaria peſte exſtinctorum effecerunt, ut illi nunc jam timeant. Ego hic tantum quatuor exempla adferam.

Georgius Szudarovics, puer 13 annorum, die 25ta Auguſti 1795 cum bubone in ſiniſtro inguine in noſocomium delatus eſt. Factis partim natura; partim arte evacuationibus poſt aliquot dies puer copioſe ſudavit, & omnia ſymptomata ceſſarunt, puer ſano ſimillimus obambulavit, comedit, & bibit: ſed bubo, licet emplaſtrum diachilon cum g. g. applicatum fuerit, manſit diutiſsime in ſuo ſtatu, donec incepit increſcere, inflammari, & ſuppurare: ex bubone copioſus ichor efluxit. Puer conſanatus ponitur in contumaciam: ſed quia ipſi tamdiu clauſo teneri durum fuit; aufugit, & hinc inde in infectis domibus tribus diebus latitavit: unde iterum cum conſvetis ſymptomatibus peſte correptus die 14ta Novembris in noſocomium delatus eſt, cum duobus carbunculis porro in contumaciam poſitus.

Andreas Gyitko 52 annorum, 19na Septembris 1795 in noſocomium cum bubone delatus, factis more conſveto evacuationibus ſudavit, levatus eſt, bubo ſucceſsive inflammatus in ſuppurationem abivit, ichor efluxit, & usque 4tam Octobris æger penitus conſanatus eſt, ac iterum, ut prius, mortuos vexit: ſed cum accepta in utroque oculo ſucceſsive cataracta ſervire amplius non poſſet; die 22da Novembris poſitus in contumaciam fuit. Cum conſvetis peſtis ſymptomatibus 30ma Novembris in contumacia iterum infirmatus, in noſocomium reductus eſt, ubi ſupra genu ſiniſtri pedis habuit ingentem anthracem: die 1ma Decembris ingens portio gangrænoſæ partis ſeparatur: nihilominus cum propter cœcitatem vitæ ſuæ tæderet; potui cremati, occulte ſibi adminiſtrati, totum ſe dedidit, & 23tia Decembris mortuus eſt.

Bar-

Barbara Gunyics, puella trium annorum, adhuc menſe Auguſto accepit bubonem in ſiniſtra axilla: bubo poſt enatum ſudorem ſucceſsive fere ad pugni magnitudinem excrevit, appoſitis cepis aſsis in ſuppurationem abivit, copioſum pus fudit, & puella conſanata eſt. Cum vero mater veſtimenta laboratorum, qui infectas domos repurgabant, laviſset; die 25ta Decembris puella, quam mater in ulnis geſtare ſolebat, iterum in eadem axilla bubonem accepit, bubone appoſitis emplaſtris ſuppurato conſanata.

Stoján Petrov, puer 13 annorum, adhuc menſe Septembri habuit ſuppuratum, & apertum bubonem: 6ta Januarii 1796, accepto vehementiſsimo capitis dolore, repente exſtinctus eſt. Cadaver inventum petechiis obſeſſum.

In quibus ſubjectis erumpit citius peſtis? Peſtem diutius in corpore latere poſſe; at non ab æquali in omnibus contagii intervallo erumpere certum eſt: quod autem in aliquibus ſubjectis citius; in aliquibus tardius erumpat, id videtur a varia copia miasmatis aſſumti, & præprimis a varia irritabilitate ſyſtematis nervoſi dependere: an etiam ideo feminæ, & pueri ceteris paribus citius inficiuntur, ſeu peſtem cum manifeſtis ſignis patiuntur? Verum quo citius erumpit peſtis, quæ jam antea in corpore latebat, eo melius; quo tardius, eo deterius: diutius enim in robuſtis ſubjectis, minus irritabilibus latens omnes humores corrumpit, unde mortes ſubitaneæ, & in cadavere petechiæ.

Animi pathemata ad conceptionem contagii nihil conferre videntur; ad eruptionem vero peſtis jam concepto contagio plurimum: primum evincitur noſtro exemplo, qui innumeris afflictionibus vexati continuo inter peſtiferos verſari debuimus; alterum duorum in noſocomio certantium exemplum, jam ſuperius relatum, ſatis clare docere videtur.

II.

II. *Stadium.*

Poſtquam miasma peſtiferum aliquamdiu in corpore latuit, viresque latendo accepit; tandem ſe ſignis manifeſtis prodit.

In eruptione ſua pro varia ſui ſpecie, & complicatione varios, & multiplices typos obſervat: horum aliqui inferius in deſcriptione ſuccefsionis eventuum referentur; alii alibi patebunt.

Potiſsimum enaſcitur febris variæ intenſitatis: febris inchoat cum horripilatione corporis: ſuccedit frigus, huic calor, utrumque vehementiæ, & durationis variæ: ſæpe calor, & frigus una, duabus, etiam tribus diebus alternant: ægri quandoque ſudant, aliquando prorſus ſicci ſunt.

Ope febrilis commotionis materia morbi in motum concitata varias corporis partes petit, quas, pro varia harum indole, varia ratione afficit, unde vertigo, capitis dolor, atonia linguæ, vomitus ſpontanei, hæmorrhagiæ, &c. De ſingulis ſpeciatim jam agemus.

Inter ſymptomata peſtis maximam merentur attentionem ſymptomata capitis, & ventriculi.

Facies plerumque pallida, ſicut in frigore febrili: alias utraque facies; alias tantum una rubet.

Vertiginis *) tres ſpecies notantur, quas ideo diſtinxi, quia ſymptomata concomitantia diverſa habent: conveniunt in eo, quod ægri ſint mirum in modum taciturni, nihil conquerentes, & quod, dum cadunt, capite prius; quam trunco corporis terram tangant. In

*) Literis 11ma Septembris 1795 exaratis ait. „Sola vertigo, quæ homi„nes ambulare non ſinat, & decumbere cogat, pro ſigno pathogmonico „peſtis præſentis haberi poteſt, eaque ſola ſufficit ad declarandam mor„bi præſentiam, non fallaci præſagio. Vertigo illyrica lingua vocatur „*Neſvieſt*: prima ergo mea interrogatio eſt, utrum homines habeant „*Neſvieſt.*" Schraud.

In leviori vertiginis ſpecie ſibi adhuc ſunt ægri præſentes, ſedere poſſunt, ſed, dum ſurgentes obambulare volunt, ebriorum inſtar titubant, & cadunt, in cadendo capite prius terram ferientes, ſibi graviſsima ſæpe vulnera infligentes. In terram prolapſi manent ſæpe in eodem ſitu, quo ceciderunt, donec leventur, ad caſum nulla doloris ſigna edentes, quaſi ſenſibus privati eſſent: jacent taciturni, ſemet ſuis veſtimentis tegentes: perplexitas, & ſtupiditas eſt in ipſis ſumma, auditus difficilis: interrogati tarde reſpondent, multi nec ætatem, nec ſuos defectus explicare poſſunt.

Ex morbo conſanati, interrogati, quid ſub hac vertiginis ſpecie in ſe obſervaverint, reſponderunt, ſibi caput fuiſſe grave, temulentum quaſi a vino, auditum difficilem, oculos tenebricoſos ita, ut ex libro legere volentes literas nullatenus diſtinguere potuerint.

Altera vertiginis ſpecies major tantum prioris gradus eſſe videtur: hac tenti præſentes ſibi non ſunt, aſsidere non poſſunt, jacent clauſis oculis, ſoporoſi inſtar ligni; ronchos tamen non trahunt: hic ſtatus quandoque etiam ad quatuor dies, & ultra perdurat: ſentiendi poteſtas tantopere abolita eſt, ut nec veſicantibus excitari poſsint: raro ſitum mutant, ſæpius denudato corpore jacent: ſunt tamen nonnulli, ii vero valde pauci, qui excitantur; ſed mox in priorem ſtatum relabuntur: aliqui ex his nullas excretiones peragunt; alii vero inſcii dimittunt: ſunt, qui enata per ſudorem evacuatione conſanantur; plerique vero, poſtquam ſine potu, cibo, medicamentis aliquot diebus ſui inſcii jacuiſſent, tandem refrigeratis extremitatibus lente moriuntur.

Qui tertia vertiginis ſpecie laborant, horum triſtiſsimus aſpectus eſt: horribile eſt ipſos videre, quomodo pedibus inſiſtere volentes, plumbea quaſi capitis gravitate depreſsi, in terram prolabantur. Hi ſibi plurimas contuſiones, & vulnera infligunt, capiti præſertim, quod primo terram feriendo totius corporis impetum ſuſtinere debeat. Aliqui ex his perpetuo quaſi in motu

ſunt; alii vero tunc tantum tragicas ſcenas incipiunt, cum in ſua quiete turbati editis timoris ſignis fugere volunt: hi etiam denudato ſæpius corpore jacent: nihil conqueruntur, nec cibum, nec potum, nec medicamenta aſſumunt, ſæpius excrementa involuntarie dimittunt: horum facies eſt rubicunda, oculi ſanguinei: aliqui delirant, aut ſaltem inarticulatum, & tremebundum ſonum edunt.

Capitis dolor etiam frequenter peſtiferos infeſtat: hi cito terrentur, fugiunt, quaſi perſecutores haberent, ſæpe phreniticorum inſtar ſuas veſtes dilacerant, delirant, continuis vigiliis vexantur: facies eorum eſt rubra, oculi ſanguinei: nonnulli ſiti torquentur: ſi his hæmorrhagia narium oriatur; plerumque capitis dolor ceſſat, morbum deinceps facilius perferunt, & conſanantur.

Auditus difficilis fere in omnibus: & hinc dependere videtur vocis mutatio, quæ in quibusdam obſervatur: nam reſtituto auditu, reſtituitur etiam vocis tonus naturalis. Tinnitus, & ſuſurrus aurium, quem ægri per pulſum campanarum, & tonitruationem exprimunt, etiam frequens, & periculoſa capitis affectio eſt: plerique enim moriuntur.

Oculorum dolores in duobus ægris obſervavi: horum alter infirmarius fuit, qui & vertiginem, & oculos ſibi dolentes, ac lacrymantes a nimio fumo ignis in noſocomio derivare volebat: at jam tertia die circulus gangrænoſus circa utrumque oculum apparebat, utraque palpebra in gangrænam abeunte: in altero ægro ſimiliter utraque palpebra gangrænoſa facta eſt. Oculorum affectiones etiam in poſterioribus ſtadiis, de quibus inferius agetur, occurrunt.

Hæmorrhagia narium in capite dolentibus ſalutaris; letalis tamen in compluribus æſtate obſervata: etiam hæmorrhagia uteri in quibusdam, æque letalis, viſa eſt.

Taciturnitas mira in plerisque ægris, etiam gravisſime decumbentibus: unde in noſocomiis ſummum ſilentium.

Aphonia in paucis, æque in complicatione putrida.

Lin-

Lingua alba. Albedo linguæ in multis eſt intenſa: in paucis eadem eſt bilioſa, plerumque humida, raro ſicca: cruſta linguam obducens plerumque eſt tenuis; aliis nonnihil craſsior, & hi gravius ægrotare ſolent. Lingua tremula in multis obſervatur. *)

Atonia linguæ ſemper ſuſpecta, quæ jam ſecunda morbi die in quibusdam ægris; in aliis tardius obſervatur. Ægri, de cetero ſibi præſentes, vocabula diſtincte enunciare non poſſunt; non tamen ſicut in febribus putridis: homines enim manus, & pedes ſatis expedite movere poſſunt; linguam non poſſunt. Hoc ſigno apparente etiam mors non procul eſt.

Ptyaliſmus in unico fuit obſervatus; huic maxilla inferior ita intumuit, ut loqui non potuerit: vertiginem nullam habuit, noctu mortuus eſt.

Vomitus ſpontaneus, etiam ad emeticum, potiſsimum materiæ viridis, aut flavo-viridis, amaræ: vomitus aliquando eſt inanis, & diutius perdurans: vomitio bilis viridis, & flavo-viridis videtur præſenti peſti propria. Aliqui iique pauci lumbricos vomuiſſe obſervati. Qui vero vomitu cruento prehendebantur, citiſsime extincti ſunt.

Singultus in unico tantum poſt vomitum cruentum obſervatus.

Mammarum dolorificus tumor in unica femina, qui ad fomentationes diſparuit.

Gg 2 *Pres-*

*) In literis 11ma Septembris 1795 ad me exaratis ſuper linguæ conditione hæc inſuper lego. „Inter peculiaria peſtis hujus phænomena eſt „etiam lingua albo muco obducta, quæ in omnibus fere ægris ob- „ſervatur: ſed tu non debes cogitare, quod lingua ſit talis, qualis „ſolet eſſe in ſaburra mucoſa: albedo eſt magis intenſa, ac ſi lingua „eſſet calce dealbata, quod certe in morbis mucoſis non eſt: albedo „ergo linguæ intenſa peculiarem in hac peſte meretur attentionem, „tanto quidem magis; quod hæc albedo amarorem oris ſemper co- „mitem habeat.“ Schraud.

Presio in scrobiculo cordis, & cardialgia non adeo frequens.

Meteorismus abdominis, diarrhoea biliosa calida æstate nonnunquam observata. *)

Ischuria in duobus ægris observata, quibus mortem intulit.

Ardor urinæ in biliosis æstate.

Dysuria, quandoque observata, videtur abusu vesicantium orta.

Urina multis naturalis; aliis rubicunda, in biliosis crocea: albam non observavi.

Pulsus celer, parvus, aut potius spasmodicus, aliquando vix, aut plane non observabilis, intermittens, inæqualis, alias mollis, rarius subdurus: durus vero nunquam observatur.

Respiratio plerumque bona: de unico solum mihi relatum est, difficile respirium habuisse, qui post pauca momenta ex peste completa repentina morte sublatus est: in cadavere magnæ plagæ nigræ apparebant.

Exanthemata, quæ jam secundo morbi stadio visuntur, sunt sequentia.

Bubo pestilentialis: est hic tumor glandularis in variis partibus, retro aures, sub mento, axillis, potissimum in inguinibus, variæ magnitudinis, & figuræ, rotundæ, oblongæ, (quales tam in inguinibus; quam retro aures quandoque visuntur) initio avellanæ; deinde increscens ovi gallinacei, etiam magnitudine pugni, dolens, plerumque tertia die visibilis: sed jam secunda die bubonis erupturi certum signum exhibet dolor notabilis in loco, ubi glandula quædam situatur. Bubo quandoque ex suo loco migrat, ex inguine ad axillas, ex axillis iterum ad pristinum locum, vel ali-

*) Literis 2da Febr. 1796 ad me datis petit a me inter symptomata, hoc opusculo notata, adscribi etiam *dolores lancinantes* in thorace, & abdomine, item *stricturas* circa umbilicum, quia etiam hæc symptomata in quibusdam ægris observantur. Schraud.

aliud inguen, hinc iterum ad axillas: ſimilis migratio etiam in parotide obſervata. Color bubonis in primo ſtadio eſt cuti ſimilis; in poſterioribus, dum inflammatur, rubicundus: aliqui in poſterioribus ſtadiis ſatis cito ſuppurant; alii vero tardiſsime: nihilominus, ſi ſemel juſtam magnitudinem attigerunt, æger in ſalvo eſt: ſi vero in primo ſtadio increſcat bubo celerrime, nihil juvatur æger: bubone in poſterioribus ſtadiis ad juſtam magnitudinem excreſcente vèrtigo capitis ceſſat; eodem retrocedente, niſi materia morbi per alias vias evacuetur, vertigo revertitur: bubo retrocedens, appoſito ad locum affectum veſicante, ſæpe feliciter ad priſtinas ſedes revocatur, quo obtento vertigo capitis illico disparet.

Anthraces cum carbunculis ſignificatione nominis conveniunt: quod enim græcis anthrax; hoc latinis carbunculus dicitur. Ego diſtinctim utrumque refero, quia diverſam per utrumque affectionem deſigno. Anthraces tardius plerumque; quam bubones, potiſsimum in poſtica thoracis parte, & inguinibus oriuntur. Sunt inflammatio cutis, trium, quatuorve digitorum transverſorum, imo etiam integræ palmæ, & ultro plagam occupans, valde dolorifica, ut alios dolores oblivifci faciat: rubedo limites habet disparentes, aliquando cœruleſcentes: niſi discutiatur anthrax, abit in gangrænam, & ſeparata gangræna ulcera magna, diuturna ſanatione indigentia, relinquit.

Carbunculi variam conſiderationem merentur, ratione originis, veſicæ, peripheriæ: eodem cum bubonibus morbi ſtadio oriuntur: plerumque tardius; quandoque vero bubones præcedunt. Naſcuntur in diverſis corporis partibus, capite, collo, brachiis, thorace, abdomine, pedibus; apud feminas in mammis frequenter, forſan etiam in ventriculo: illi enim, qui de vehementi cardialgia conqueruntur, in ſuperficie corporis vel nullum habent, vel admodum exiguum carbunculum. Initio apparet veſicula, puſtulam referens, humore pellucido, alias humore ſanguineo, nigricante, aut nigro, plerumque tali, qualis poſt veſicantia ap-

Gg 3 paret,

paret, repleta, ſine peripheria rubra, dolens: altera die in circuitu plerumque apparet plaga rubra, parum elevata, veſicula major, lentis magitudine, in medio introrſum hians, ſicut in variolis: aliquando vero tantum modica rubedo, vix obſervabilis, per cutem transparet: in hujusmodi carbunculis videtur inflammatio profunde ſedem habere: veſicula aliquando increſcit in magnitudinem avellanæ, ovi columbini, gallinacei, aut inſtar farciminis circumvolvitur finibus convergentibus, & quaſi peninſulam format: in medio veſicæ circumvolutæ apparet eſchara nigra, lentis magnitudine; peripheria veſicæ eſt rubra: aliquando veſica intra 24or horas rumpitur; alias diutius perſiſtit: rupta veſica enaſcitur eſchara nigra, carbonis inſtar gangrænoſa, & ab hac eſchara videtur carbunculi momenclatio proveniſſe: eſchara gangrænoſa in poſterioribus ſtadiis ſerpit in circuitu, ſed ſæpe partim medicamentis; partim natura ipſa feliciter ſeparatur. Carbunculi, ſicut anthraces, vehementiſsimos dolores cauſant. Aliquando ſunt bonæ indolis, & absque ullis remediis ſponte ſeparantur, conſanantur.

Veſicæ peſtilentiales ratione veſicæ cum carbunculis conveniunt; ſed non ſunt dolentes, non inflammatæ, neque in gangrænam degenerant; verum rupta veſica ſæpe absque ullis remediis cicatricem ducunt, aut unguentis cito conſanantur. Etiam in glande penis magnitudine avellanæ obſervata veſica peſtilentialis eſt. *)

Pete-

---

*) Literis 25ta Martii 1796 ad me exaratis hæc habentur. „ Inter mira „ peſtis phænomena ſunt etiam plagæ albæ, inſtar anthracum dolen„ tes: hujusmodi *plagæ alpæ*, licet raro, obſervantur tamen nonnun„ quam: ego ſimilem plagam albam obſervavi in poſſeſsione Nera„ din, in cadavere etiam: in vivis vero tam in Neradin; quam in „ Irregh obſervavi aliquoties: femina quædam ſupra cubitum habuit „ plagam rubram (anthracem) nimium dolentem, & infra cubitum pla„ gam albam, æque dolentem. " Schraud.

Petechiæ tam nigræ; quam rubræ jam tertia, quarta die erumpunt: prodeuntibus bubonibus, aut carbunculis rubræ disparent: ſunt magnitudine, figura, colore diverſæ; etiam groſsi argentei magnitudine, & ultra viſæ: figura rotundæ, oblongæ, caudatæ, irregulares; colore rubræ, rubro-cœruleſcentes, nigræ: rubræ primis morbi diebus; nigræ in peſte completa omni tempore, & poſt mortem comparent. Plerique in prima invaſione peſtis nullis præcedentibus ſignis morte repentina exſtinguuntur; poſt mortem apparent petechiæ, mortem ſubitaneam, & non præviſam plerumque comitantes: hi ſunt quandoque ante mortem pallidi, alias colore naturali, ſano prædit, comedunt, bibunt, obambulant, ſe ſaniſsimos reputantes: quis jam in iſtis vel ſuſpicionem mali habere poſſet? de quibusdam mihi relatum eſt, quod in prima invaſione peſtis ingentes capitis dolores acquiſiverint, deliraverint, & paulo poſt ſtatim mortui ſint: de alio, qui ante pauca mortis momenta difficile reſpirium ſenſit: alii vero, ac ſi ictu ſclopeti trajecti fuiſſent, ſine præcedentibus ſignis pereunt. In quibusdam ardentes manus, ſicut in febribus putridis, pulſus celerrimus, parvus, aut nec obſervabilis mortem ſubitaneam, & poſt mortem petechias prodituras prænunciant: aliqui ex petechiis latentibus perituri ante mortem abire volunt, fugiunt, & in fuga concidunt. Mortes ſubitaneæ a latentibus petechiis cauſatæ in præſente peſte ſunt frequentiſsimæ, atque tales mortes & alias, & hanc peſtem faciunt hominibus tam terribilem.

Vibices aliqui inter petechias referunt, intelligentes petechias oblongas, caudatas: & tales vibices in noſtris ægris exiſtere ſuperius de petechiis indicavi: ſed exiſtit adhuc quædam peculiaris exanthematum ſpecies, licet infrequens, quam ego vibicem appello: hæc ligulam rubram repræſentat, latitudine dimidii pollicis, ſunt etiam tenuiores; longitudo varia, trium, quatuor digitorum transverſorum, etiam unius integri pedis, & ultra: color eſt ruber:

ber: incertis interſtitiis per medium decurſum ſunt veſiculæ, quæ quaſi interſuturas faciunt: aliquando tantum ſtriæ rubræ apparent ſine veſiculis: rubedo non ſplendet, ſicut in eriſypelate puſtuloſo. Ab his vibicibus, æque ac ab anthrace, aut carbunculo, dolores vehementes cientur.

Vera virium proſtratio in præſente peſte non eſt, niſi in complicatione putrida: nam in gravisſima etiam peſtis ſpecie, ſeu peſte completa ſæpe ægri ſanorum inſtar obambulant, donec repente proſternantur: ex noſocomiis etiam ſæpe auſugiunt, quæ fuga ſemper mortem inſtantem indicat.

Prognoſis.

Duratio ſtadii ſecundi dependet ab exitu morbi vel in ſanitatem, vel mortem: in hoc enim ſtadio omnes ægri judicantur: ſi tardius moriantur; id adſcribendum eſt vel imperfectæ criſi, vel erroribus in ſex rebus non naturalibus commiſsis, vel vero neglectæ, aut ineptæ curationi. Aliqui tam leviter morbum ferunt, ut, accepta levi febrili alteratione cum modica vertigine, & capitis dolore, mox ſubſecuto copioſo ſudore, aut urina, a morbo liberentur penitus: pulſus, & urina fit naturalis, in colore nulla mutatio, appetitus, & omnia bona.

Alii ſine ulla febrili commotione, ſine vertigine, & capitis dolore, veſica peſtilentiali enata, a morbo liberantur.

Sunt, qui enatis bubonibus, reliqua materia morboſa partim per ſudorem; partim per urinam expulſa, judicantur.

Alii e contra jam in primo peſtis inſultu extinquuntur.

Alii judicantur 2da, 3^{tia}, 4ta, 5ta, 6ta, 7ma, etiam 11ma die, adeo, ut dies decretorii determinari nequeant.

Solutio morbi fit per ſudorem, urinam, metaſtaſes, exanthemata.

Sudo-

Sudorem peſti convenientiſsimum eſſe inde patet, 1mo, quod morbus ſæpe ſine ullis aliis evacuationibus ſolo ſudore ſolvatur: 2do, quod penes alias evacuationes, ut urinam, exanthemata, metaſtaſes, niſi regimine frigido prohibeatur, ſemper aliquid ex morboſa materia etiam per ſudorem evacuetur: 3^{tio}, erumpentibus ſudoribus morbi ſolutio perfecta eſt; exanthematibus imperfecta.

Urina in regimine frigido ſudoris vices agit: urinæ profluvio exorto, & ſudore ſæpe bubones reſolvuntur ex integro, materia morboſa ex bubonibus ad vias urinarias, vel ſuperficiem corporis per ſudores delata: alias tantum detumeſcit bubo, & manens materia per ſuppurationem bubonis ex corpore eliminatur: ſi vero bubone detumeſcente materia morboſa non illico per ſudorem, aut urinam evacuetur; ſuſcitatur febris, redeunt capitis affectiones, aut vero enaſcitur carbunculus.

Metaſtaſes ſupplent imperſectas alias criticas evacuationes: fiunt ad varias partes: brachia, ſcrotum, teſtes, genua, nates, plantas pedum, oculos, &c.

Num exanthemata, bubones, carbunculi, veſicæ, ſunt critica?

Bubones criticos dari nullum dubium eſt: ſed bubo pro varia ſui magnitudine criſim perfectam, vel imperfectam conſtituit.

Bubone apparente, ſi is adhuc parvus eſt, niſi per aliam evavacuationem criſis perficiatur, æger in periculo eſt: reſiitans enim materiæ peccantis major adhuc copia, capiti appulſa, ægrum cito interimit.

Si vero bubo ad juſtam magnitudinem excrevit, aut criſis imperfecta per aliam ſuppleatur; æger in ſalvo eſt: ceſſat enim vertigo, & aliæ capitis affectiones, quod ſemper optimum ſignum eſt.

Quod de bubonibus dictum eſt, idem etiam intelligendum de carbunculis: cum parvis carbunculis multi moriuntur;

non item cum magnis : moriuntur etiam nonnulli cum magnis, ſed tunc materiæ ex carbunculo reſorptæ, & ad caput delatæ videtur mors adſcribenda.

Cum magnis carbunculis optime ſe habent ægri, maxime, ſi, jam rupta veſica, eſchara nigra, gangrænoſa formetur: tunc ſæpe etiam ſola naturæ medicatione pars gangrænoſa ſeparatur, & ægri convaleſcunt.

Optimæ ſunt adhuc veſicæ peſtilentiales, quibus ruptis locus affectus cicatrice obducitur, & ægri ſine ullis remediis conſanantur. Vidi etiam in glande penis veſicam indolentem in tertio morbi ſtadio.

Homines laxæ compagis facilius perferunt morbum; quam fortes: hinc feminæ, & pueri plures conſanati; quam viri: ratio videtur eſſe in majori, vel minori reſiſtentia fibrarum. In feminis, & pueris natura, morboſam materiam ad ſuperficiem corporis propellens, tantam reſiſtentiam non invenit; ſicut in viris fortibus, aut juvenibus maſculis, & puellis robuſtis: hinc apud feminas, pueros, & infantes bubones ſemper citius in debitam magnitudinem excreſcunt; quam apud robuſtos.

In robuſtis facies pallida, ſicut in frigore febrili, manus ardentes, bubo parvus avellanæ magnitudine, pulſus celerrimus, parvus, vix, aut plane non obſervabilis inſtantis mortis indicia ſunt. Mira res! homines adhuc ambulare, loqui; pulſum tamen eſſe vix, aut plane non obſervabilem: tales hactenus omnes mortui ſunt.

Signa bona, et mala.

Si erumpentibus bubonibus, carbunculis, veſiculis vertigo capitis, & apparens debilitas ceſſat; bonum: ſi minus; malum.

Aliquando citius bubones erumpunt; quam vertigo capitis ingruat: hi obambulant, laborant, ſe bene valere dicunt; ſed facies pallida, pulſus celerrimus, parvus materiam morboſam

ma-

maxima adhuc parte corpori inhærere clare docent: his fi fuperveniat vertigo capitis, aut aliæ capitis affectiones; gravifsime ægrotant, moriuntur etiam: atque adeo femper melius, fi bubones vertiginem fequantur; quam fi hanc præcedant: idem etiam de carbunculis intelligendum.

Si veficantibus applicitis vefica non trahatur; plerumque moriuntur. Id initio adfcriptum fuit debilitati veficantium: at poftea obfervatum, quod etiam fortiora effectu careant.

Atonia linguæ plerumque mortem inftantem prænunciat.

Indifferentia ad vitam, vel mortem fi adfit; malum: tales plerumque omnia medicamenta refpuunt.

Si ægri ante criticas evacuationes nihil conqueruntur, imo bene fe habere dicunt, licet gravifsime decumbant; malum: fi fiti inexftinguibili torquentur; malum.

Si cholera prehenduntur, vel diarrhoea vexantur; malum.

Facies rubedinem limitibus circumfcriptam habens, labia livida, ficca, lingua ficca, oculi fanguinei, delirium phreniticum, malum.

In genere, donec vertigo capitis durat, femper dubius exitus eft: vertigine vero jam femel ceffante omnia bona fperanda.

Pulfus vix, aut plane non obfervabilis, inftantis mortis certifsimum indicium eft: 24 horas enim amplius non fupervivunt: mirum eft, hos fibi præfentes effe, ad interrogata appofite refpondere, imo nonnullos ambulare etiam: nemo iftos ex confpectu, nifi expertus, morituros prædiceret.

Pulfus celerrimus, & parvus, vix, aut nec obfervabilis, manus calentes petechiarum latentium, & mortis inftantis indicium funt.

Pulfus celerrimus, & parvus, aut vix obfervabilis, in aliis inæqualis, intermittens, facies excolor, bubones parvi, vertigo perdurans fummum periculum indicant.

Bubones quo majores; ſi ſucceſsive increſcant; eo meliores: ſic etiam carbunculi majores minoribus meliores.

Qui bilem viridem vomunt, ſemper gravius ægrotant; quam qui flavam.

Factis evacuationibus bilis per emeſim, vomitus inanis, vomituritio, & cardialgia perdurans, malum.

Singultus, vomitus cruentus, malum.

Sopor inſuperabilis, delirium conſtans, involuntaria alvi, & urinæ excretio, migratio, aut fuga, dorſo incubatio cum reſpiratione anheloſa, exagitatione brachiorum, item ventri incubatio, quæ valde frequens eſt, denudatio corporis, oris ſpumatio, iſchuria, tegumentorum vellicatio, floccorum captatio, livores in facie, & in reliquo corpore, petechiæ nigræ, flavedo corporis, & multa alia, quæ etiam in aliis morbis peſsimi ominis eſſe ſolent, hic quoque mala.

Vidi feminam dorſo incubantem, immobilem, oculos ad unam partem defigentem, quæ ſequenti nocte mortua eſt.

Alia ſigna bona, & mala, hinc inde diſperſa, alibi deſcripta ſunt.

Moriuntur aliqui lente, ut vix mori obſerventur.

Alii dorſo incubantes tacent, ſed habent reſpirationem anheloſam, os apertum, ſuſpiciunt, exagitant brachia, donec convulſi moriantur: alii, æque dorſo incubantes cum reſpiratione anheloſa, edunt ſonum tremulum, lamentabilem, ac ſi internis cruciatibus angerentur, exagitant brachia, donec convulſi a cruciatibus liberentur. Tales mori videre triſtiſsimum ſpectaculum eſt.

Alii usque ad extremum halitum videntur ſibi præſentes eſſe, loquuntur; ſed intelligi non poſſunt, donec convellantur: taliter vidi duos mori, quorum utriusque oculi palpebræ gangræna conſumtæ erant. Alii moribundi ſpumas ex ore mittunt: alii, ac ſi ictu ſclopeti trajecti fuiſſent, in momento exſpirant: taliter moriuntur in peſte completa plurimi.

Mor-

Mortui varium ſitum tenent: plerumque incubant dorſo, ut in aliis morbis etiam, alii ventri: alii expanſi, alii convoluti jacent.

Qui peſte inopinate proſternuntur, terribiles ſunt aſpectu, quia os habent apertum, palpebras ſurſum tractas, ut in multis fere tota albedo oculi appareat: qui vero prægreſſa infirmitate moriuntur, moerentium potius faciem præſeferunt.

In cadavere præter anthraces, carbunculos, bubones apparent hinc inde livores, aut totum corpus eſt lividum: in aliis magnæ lividæ plagæ, vel ſaltem labia, & alæ naſi cœruleæ apparent: alii plagas virideſcentes, flaveſcentes exhibent: quibusdam totum corpus inſtar ceræ, paucis tamen, flavum eſt: multis, quibus repentina morte proſtratis poſt mortem petechiæ prodeunt, totum caput eſt tumidum, lividum; reliquum corpus petechiis obſidetur. In quibusdam autem nihil obſervatur.

III. *Stadium.*

Stadium tertium tunc incipit, cum jam peracta maxima ex parte criſi ægri melius ſe ſentiunt, vertigo capitis ceſſat, ægri ſunt ſibi præſentes, appetitus redit, pulſus fit ſæpe naturalis: idem alias adhuc perdurat febrilis; ægri nihilominus rite tractatis exanthematibus facile convaleſcunt: ægri plerumque ſurgere, & ambulare poſſunt, criticæ evacuationes continuantur.

In hoc ſtadio anthraces, & carbunculi gangræneſcunt: gangræna quandoque ſerpit in circuitu; alias tantum plagam carbunculi occupat: pulſus eſt quibusdam celer, parvus, manus calentes; nihil tamen hoc mali indicat: rite enim tractatis exanthematibus, ut jam dixi, ægri convaleſcunt: cruſta gangrænoſa in carbunculis eſt ſatis dura, diutius perſiſtit, donec natura, vel arte ſeparetur.

Bubones ſæpe diutius in eodem ſtatu permanent, duabus, tribus ſeptimanis, & ultro etiam, ſed propterea ægri parum incommodi, periculi autem nihil habent: neque ægri ſuos bubones multum curant, multi nec quidquam applicant, ſed totum naturæ relinquunt.

Tandem bubo incipit increſcere, inflammari, & dolere: tunc enaſcitur febricula, pulſus fit ſubdurus, ita tamen, ut æger febrim fere nec obſervet, & ſolum exploratione pulſus detegatur.

Bubo aliquando iterum decreſcit, at urina, vel ſudor fluit copioſior: reliquus ſuppurat, vel in ſcirrhoſam indurationem abit, aut vero bubo penitus disparet: tunc revertitur vertigo, aut fluit ſudor, vel urina copioſa, vel naſcitur carbunculus, aut alter bubo.

IV. *Stadium.*

Tandem ſuppuratus arte, vel natura aperitur bubo, effluit copioſum pus, vel, quod ſæpius, ichor.

Fluxus durat ſæpe etiam per plures ſeptimanas, donec ulcus natura, vel applicitis unguentis cicatricem ducat.

Difficilius pergit res cum carbunculis, maxime, ſi naturæ relinquantur: tunc enim quandoque, late ſerpente gangræna, febri lenta conſumitur æger.

Alias vero ipſa etiam natura ſeparatur gangræna, circa circum ſolvitur a cute, & partes ſubjectas tabo inundat: non illico tota gangræna ſeparatur; ſed ſucceſsive, & tunc, ſoluta in circuitu, inſtar globi nigri in medio ulceris conſpicitur firmiter adhærens, donec tota excidat eſchara gangrænoſa.

Etiam majores carbunculi, & anthraces ſæpe natura ſeparantur, & carbunculi conſanantur etiam, maxime in partibus ſuperioribus, in ſcapulis, dorſo: neque homines talia ulcera multum curant, ſed multi ſoli naturæ relinquunt, quo fit, ut per plures etiam ſeptimanas dorſum, tabo diſſluens, veſtimenta ægri conſpurcet, donec, gangræna etiam ſoluta, ulcus cicatricem ducat:

homi-

homines multi ſub his circumſtantiis obambulant, laborant, ulceri nihil applicant, imo etiam oblata medicamenta renuunt.

Plus negotii faceſſunt anthraces gangrænoſi, qui quidem etiam quandoque natura ſeparantur; ſed non tam facile conſanantur, ſiquidem gangræna profunde inſidens, ſeparata, ulcera profunda, diuturna ſanatione indigentia, relinquit. Horribile eſt talia ulcera videre, de quorum conſanatione in aliis morbis chirurgus omnem ſpem abjiceret: hic vero etiam talia ulcera, quod mirum, rite tractata conſanantur.

Peſsimi moris ſunt anthraces in inguinibus: anthraces, & carbunculi in extremitatibus inferioribus eo pejores, ſi negligantur: reſorpta enim in ſanguinem materia morboſa cauſatur capitis dolores, ſurditates, ophthalmias, cœcitates, diarrhœas, dysenterias, quæ hominem, jam ſemel im vado conſtitutum, tamen poſtea interimunt.

Etiam in hoc ſtadio, exiſtentibus magnis ulceribus, durare ſolet febris: num ſit vulneraria, aut mere conatus naturæ, aperto jam fonticulo, materiam morboſam exturbare conantis, disputare nolo.

Carbunculi, & anthraces, in tertio, vel quarto ſtadio erumpentes, longe ſunt meliores; quam in ſecundo: peracta enim jam criſi periculi nihil habent, ægris tantas moleſtias non cauſant, non ſunt ita dolentes, & facilius conſanantur.

Bubone ſuppurato, & conſanato ſæpe enaſcitur iterum alter bubo, vel carbunculus: ſimiliter carbunculo conſanato quandoque enaſcitur bubo.

De natura peſtis, febris cum peſte complicatæ, et ſucceſſione eventuum.

De natura peſtis jam ſuperius actum eſt: hic tantum monendum habeo, quod peſtis absque omni complicatione adeſſe poſſit,

ſit, quam ego peſtem puram dico: aliqui enim tam facile peſtem experti ſunt, ut, niſi in domo peſtifera habitaſſent, vel conſveta peſtiferis exanthemata in ſuo corpore vidiſſent, nec ſciviſſent ſe peſtem habere: his erat color faciei bonus, pulſus naturalis, lingua pura, appetitus bonus, vertigo nulla, & præter erumpentem carbunculum, vel veſicam, aut bubonem nulla alia peſtis indicia, nullæ functiones læſæ. Peſtis ergo pura, in ſe ſola conſiderata, nullam aliam malignitatem in ſe habet; quam quod ſit contagioſa, & ſit potens, ſi ſit complicata, illos deleterios effectus producendi, qui peſtem tam horribilem faciunt. Peſtis ergo exitus bonus, vel malus dependet a varia complicatione cum nimia irritabilitate, vel inertia ſyſtematis nervoſi, cum abundantia, & varia acrimonia bilis.

Febris ergo non videtur eſſe de eſſentia peſtis, cum alioquin tunc primo erumpat, poſtquam jam peſtis aliquo tempore in corpore latuit.

Hinc miasma peſtiferum poteſt conſiderari, ut cauſa prædisponens febris.

De natura febris cum peſte complicatæ.

Febrim conſiderari debere, tamquam cum peſte complicatam, inde patet, quod febris non ſit de eſſentia peſtis, ſiquidem peſtes obſervatæ absque omni febre.

In febre cum peſte complicata, excepta exagitatione corporis, omnia fere ea contingunt, quæ in ſtadio frigoris contingere ſolent: ægri frigere videntur, quia ſe ſolicite tegunt, quod etiam calida æſtate feciſſe obſervati: facies plerumque pallida, excolor: ſunt, qui ſiti vexentur: adeſt plerisque vomitus, aut ſaltem vomituritio: pulſus eſt celer, parvus, ſicut in frigore febrili, aut vero vix, vel plane non obſervabilis.

Re-

Remiſsiones, vel exacerbationes ſunt in nonnullis manifeſtæ: inter duas exacerbationes intercedunt quandoque viginti quatuor horæ remiſsionis, plus etiam.

Tempore remiſsionis, graviſsimam exacerbationem ſequentis, nonnulli tam bene ſe ſentiunt, ut ſe jam periculum evaſiſſe ſibi gratulentur: at breve gaudium, ſiquidem ſecutura ſimilis, & adhuc gravior exacerbatio mortem infert.

In aliquibus plane tertianam mentitur: primus paroxyſmus quandoque ita eſt comparatus, ut etiam expertiſsimum medicum in errorem inducere poſsit: pulſus, ſicut more conſveto, non eſt ita celer, non parvus, non vertigo, non lingua alba, &c. ægri finito leni paroxyſmo ſurgunt, obambulant, foras exeunt, bene ſe habere dicunt, nihil mali ſuſpicantur, & quis de talibus non optime ſperaret? ſed mors, inſequentem paroxyſmum occupans, cautum eſſe medicum jubet, ut graſſante contagio peſtis omnia ſuſpecta habeat.

Alii ingruente paroxyſmo in certis partibus acutiſsimos dolores lancinantes ſentiunt: in capite, ventriculo, abdomine, &c. qui in capite, citiſsime exſpirant. De quibusdam mihi relatum eſt, qui acceptis acutiſsimis capitis doloribus delirarunt, & paulo poſt exſpirarunt. Hinc tales acuti dolores ſingularium partium ſemper ſuſpecti.

Aliquibus una facies; aliis utraque rubet: nihilominus frigere videntur, quia ſe tegunt, aliqui caput etiam.

Nullum adhuc ægrum vidi, qui de caloribus, in febribus continuis conſvetis, queſtus fuiſſet.

Tantum unicam ægram habui, in qua febris, more conſveto continuarum decurrens, mihi impoſuit: illa ſolum de appetitu deleto, & debilitate querebatur, & præter vomitum bilis viridis nullum aliud indicium peſtis habuit: de vertigine interrogata reſpondit ſe non habere: at plures ægri jacentes ita dicunt,

ſi vero ſurgere jubeantur, tunc vertigo manifeſte apparet: de hac ægra etiam mihi relatum eſt, ſurgere volentem ex lecto cecidiſſe, & faciem contudiſſe.

De ſucceſsione eventuum.

Quoniam morbus pro varia conſtitutione corporis, & complicatione vehementer variat; etiam ſucceſsio eventuum diverſa eſſe debet.

In leviſsima peſtis puræ ſpecie nulla febris, nulla vertigo, nullus capitis dolor eſt: ſed enaſcitur veſica, rumpitur, & ex ſe ſolo cicatricem ducit; aut rupta veſica eſchara formatur, exſiccatur, deſquammatur: vel vero eſchara gangrænoſa naſcitur, naturæ beneficio ſeparatur, ulcus conſolidatur.

Alii corripiuntur febricula, modica vertigine, & capitis dolore, ſudant, aut excernunt urinam copioſam, turbulentam cum ſedimento albo, & morbum ſuperarunt.

Alii corripiuntur febri, ſentiunt dolores vagos, lancinantes in thorace, abdomine, aut alibi etiam pluribus diebus: deinde naſcitur veſica, vel carbunculus, ſudant, & ſanantur.

Alii corripiuntur febri cum vertigine, naſcitur bubo, cum levamine ſudant, diſparent capitis affectiones, bubo, quem ſanis ſimillimi aliquamdiu portarunt, ſuppurat, & ægri copioſe ſudant, vel largam urinam excernunt, ſanantur.

Alii corripiuntur febri cum vertigine, & capitis dolore, vomunt bilioſa, naſcitur bubo, carbunculus, ſequitur hæmorrhagia narium, capitis dolor ceſſat, ſudant cum levamine, ſanatis exanthematibus conſanantur etiam.

Alii corripiuntur febri cum vertigine, & capitis dolore, naſcitur bubo, huic ſuccedit carbunculus, ſudant, vel etiam urinam copioſam mittunt, ceſſat febris, & capitis affectiones, ſanantur exanthemata, & penitus convaleſcunt.

Alii

Alii corripiuntur febri cum vertigine, vomunt biliofa, oritur bubo: poftquam tribus, quatuor diebus ebriorum inftar ambulaffent; nafcitur fudor, vel urina copiofa, liberantur a capitis affectionibus: bubonem vero fine noxa, & periculo diu portant, donec fuppuret, vel indurefcat, aut enato fudore, vel urina difsipetur.

Alii corripiuntur febri, vomunt biliofa cum levamine, nafcitur bubo, vel carbunculi etiam, fudant: fenfim fuppurat bubo, carbunculus gangrænofus feparatur, & confanantur.

Alii corripiuntur febre cum vertigine, & capitis dolore, vomunt biliofa, oritur bubo fecunda, vel tertia die, labuntur in foporem: poftquam duabus, tribus diebus fui infcii jacuiffent; nafcitur fudor copiofus, fæpe carbunculus, aut anthrax etiam, vel faltem dolor acutus, metaftafis fignum, in extremitatibus, aut alibi, ægri ad fe redeunt, & confanantur: vel vero jacent foporofi, ficut lignum, infenfiles, cum, vel fine petechiis nigris quatuor, quinque diebus, moriuntur: plerumque poft mortem petechiæ.

Alii fub invafione febris corripiuntur vertigine, capitis dolore, vomunt biliofa, delirant, fiti vexantur, nafcitur hæmorrhagia narium, fudant, levantur, erumpit bubo, vel carbunculus, & fanantur.

Alii corripiuntur febri valida cum vertigine, capitis dolore, vomunt biliofa, fiti torquentur, fiunt foporofi, oritur diarrhoea biliofa, moriuntur.

Alii corripiuntur febri valida cum vertigine, & capitis dolore, nafcitur bubo, prehenduntur cholera, moriuntur.

Alii corripiuntur febri cum vertigine capitis, vomunt mucofo-biliofa, viridefcentia, nafcitur bubo, perdurat, moriuntur: poft mortem petechiæ.

Alii corripiuntur febri valida, frigore diu durante, vomunt biliosa, sitiunt, nascitur bubo, lingua fit atona, moriuntur: post mortem petechiae.

Alii corripiuntur febri valida cum vertigine, & capitis dolore, vomunt biliosa, nascitur bubo, lingua fit sicca, accedit delirium phreniticum, & atonia linguae, moriuntur.

Alii corripiuntur febri cum vertigine, vomunt biliosa, nascitur bubo, vel carbunculus, vel utrumque, vomituritio, aut vomitus inanis perdurat, moriuntur.

Alii corripiuntur febricula, quam nec aestimant, altera die bene se habent, sanis simillimi obambulant, tertia die revertente paroxysmo moriuntur.

Alii corripiuntur febri cum acutissimo partis alicujus dolore, capitis, articulorum, ventriculi, abdominis, aut stricturas circa umbilicum, vel dolores lancinantes, vagos sentiunt: hi vel illico, vel tertia die revertente paroxysmo moriuntur: post mortem petechiae.

Alii corripiuntur solum vehementissimo capitis dolore, delirant, moriuntur: post mortem petechiae.

Tales acuti dolores singularium partium semper malum exitum portendunt.

Die Heilung erforderte Auflösung, und Ausleerung des Schleims, vorzüglich aber auch Unterhaltung, Unterstützung der Lebenskräfte. So lange diese gut blieben; befriedigte ich die erste Anzeige durch auflösende Mittel, und, wenn diese ihre Wirkung geleistet hatten, durch ein Brechmittel. Aber oft muste ich sie aussetzen, oder mit denselben Wein, Kampfer, und Vesicantia verbinden, um der schnell überhand nehmenden Entkräftung zu steuern, und den mit dieser verbundenen gefährlichen Zufällen vorzubauen. Gelang es mir endlich, obwohl sehr langsam, die ersten Wege vom schleimichten Unrath zu entleeren, war von allen Zufällen nur noch Schwäche übrig; dann gab ich China, womit ich jedoch noch immer eine kleine Gabe Brechweinstein verband.

Das characterisirende Pestexanthem (Bubones, oder Anthraces) hatte bei diesen Kranken jene Beschaffenheit, welche

äus-

äussere reizende Mittel nothwendig machte. Es entwickelte sich langsam; die Entzündung war schwach; der Schmerz unbedeutend; die Härte erweichte sich schwer.

Pest mit ursprünglichem Faulfieber.

Am 28ten, 29ten October (der häufigen Kranken wegen mir immer merkwürdige, traurige Tage) bekam ich nur allein aus einem Hause vier Kranke, aus andern Häusern mehrere, bei welchen die Zufälle des Faulfiebers so schnell entstanden waren, dass ich es nicht für Uibergang des Gallenfiebers; sondern für ursprünglich halten muste. Einige, die des Nachmittags ins Spital gebracht wurden, hatte ich selbst am Morgen noch dem äussern Anschein nach gesund gesehen. Kurze Kälte mit darauf folgender anhaltenden Hitze, Kopfschmerz, und Schwindel machten den Anfang der Krankheit: wenige Stunden nachher erfolgte Verirrung des Geistes, Abnahme der Sinne, äusserste Betäubung. Sie lagen unbeweglich auf dem Rücken: einige zitterten; andere hatten mehr, oder weniger merkliche Zuckungen: die Augen waren roth, wässerig, schmutzig; der Blick starr, das Gesicht erdfärbig; die Zunge schwärzlich, trocken; das Athemhohlen röchelnd: die Haut war brennend heiss, trocken, und mit Petechien bedeckt, welche grosse blaue, schwarze Flecken bildeten: die unwissend abgehende Leibesöffnung war äusserst stinkend: der Urin gieng nur tropfenweis ab: der Puls war klein, schnell, kaum zu zählen; bei einigen kaum fühlbar. — Um die äusserst gesunkenen, oder unterdrückten Lebenskräfte zu heben, verordnete ich Kampfer, Wein, Bähungen mit Wein, Vesicantia. Demungeachtet dauerten die beschriebenen Umstände bei einigen trotz dem ununterbrochenen Gebrauch der genannten Mittel viele Tage fort, und kehrte auch endlich die Vernunft zurück; liessen die Zufälle nach; so war es doch nur vorübergehend. Die vorigen Umstände kamen bald wieder, und dann erfolgte auch schnell der

der Tod. Einige entschliefen sanft bei volkommen zurückgekehrter Geistes-Gegenwart, und während sie sich mit der Hoffnung der sichern Wiedergenesung schmeichelten. Bei den wenigen, welche mit dem Leben durchkamen, zeigten die erwähnten Arzneien früher ihre guten Wirkungen: wenigstens wurde das Athemhohlen, und der Puls besser, wenn auch alle andere Zufälle noch lange fortdauerten. Sobald ich dieses bemerkte; gab ich einen gesättigten China-Aufguss mit Wein, mitunter etwas Kampfer: das Getränk war Gerstenwasser mit Vitriolsäure. Bei einigen entwickelten sich, so wie die Kräfte zunahmen, die Zeichen der Unreinigkeit in den ersten Wegen, die durch ein gelindes Brechmittel am sichersten ausgeleeret wurden. Bei diesen Kranken bemerkte ich auch mehrere Geneigtheit der Bubonen zur brandigen Ausartung, die jedoch nicht zur Wirklichkeit kam.

Pest mit Wechselfieber.

Ich habe einige Fälle gehabt, wo das mit der Pest verbundene Fieber wirklich ganz aussetzte, und vollkommene Apyrexien bildete. Galle, oder Schleim waren die Ursachen. Nachdem es einige Zeit gedauert hatte; artete es endlich doch in ein anhaltendes Fieber aus, das dann seiner Beschaffenheit gemäss behandelt werden musste.

Pest mit gallichtem Entzündungs-Fieber.

Nur wenige Beispiele sind mir vorgekommen, wo wahrscheinlich diese Verwickelung statt hatte. Die Kranken waren robuste, starke, dem Missbrauche geistiger Getränke ergebene Männer. Die Krankheit hatte sich mit den gewöhnlichen Symptomen des Gallenfiebers angefangen, die sie nach der Sitte ihres Landes mit Brandtwein hatten besiegen wollen. Sie klagten über äusserst heftigen Kopfschmerz; das ganze Gesicht war roth; die Augen funkelten; die Zunge war weiss; der Geschmack bit-

ter; auch hatten ſie mitunter Hang zum Erbrechen, Anwandlung von wüthendem Wahnſinn: der Puls war voll, ſtark, etwas weniges härtlich: die Beulen, und Anthraces waren ſehr entzündet, hart, ſchmerzhaft. Billig hätte ich dem Brechen eine Aderlaſſe vorausſchicken ſollen: allein ich liefs mich vom Genius der herrſchenden Krankheit, von den Zeichen der gallichten Unreinigkeiten täuſchen, gab zuerſt ein Brechmittel, worauf ſie zwar eine Menge Galle, jedoch ohne Erleichterung, vielmehr mit ſolcher Verſchlimmerung erbrachen, daſs der Tod bald nachher erfolgte.

Peſt mit chroniſchen, und andern Krankheiten.

Ich habe Kranke gehabt, die lange an der Abzehrung gelegen; andere, die mit Bruſtfehlern behaftet waren, und von der Peſt angeſteckt wurden. Sie überſtanden dieſe, ohne daſs jene im geringſten dadurch verſchlimmert worden wären. Faſt alle ſtarben jedoch in ſchneller Folge aufeinander, nachdem ſie bereits einige Zeit aus der Kontumaz entlaſſen worden waren. Vielleicht war dies Wirkung der unordentlichen Diæt.

Von Schwangern und Kindbetterinnen, welche mit der Peſt befallen waren, kam keine davon. Erſtere wurden zur Unzeit entbunden, und erlitten heftige Blutflüſſe: oder, wenn ſie das Kind zur rechten Zeit zur Welt brachten; ſo verfielen ſie entweder durch zu groſſen Blutverluſt in tödliche Schwäche; oder in ein äuſſerſt heftiges unbeſiegbares Fieber. — Bemerkungswerth iſt es, daſs bei vieren, von peſtkranken Müttern gebohrnen Kindern, obwohl ſie vier, und mehrere Wochen lebten, keine Spur der Anſteckung ſich merkbar äuſſerte. Sie ſtarben als Opfer vernachläſsigter Pflege.

Mehrere meiner Kranken hatten zugleich die Krätze. Ich habe nicht beobachtet, daſs die beiden im Körper befindlichen Schärfen gegenſeitig einen nachtheiligen Einfluſs auf einander gehabt hätten.

Ich habe vier Blatternkinder behandelt, deren Eltern, während sie krank lagen, von der Peſt befallen wurden. Jene blieben unangeſteckt.

Im December nahm die Seuche merklich ab. Eine Folge der nun bewirkten genauen Abſonderung, und vollendeten allgemeinen Reinigung. Die wenigen aber, welche noch erkrankten, hatten alle Anthraces, und ſtarben ſchnell, oder plözlich. Soll ich ja eine Urſache dieſer Beſchaffenheit der Seuche angeben; ſo war es ausſchweifender Genuſs geiſtiger Getränke, der Einfluſs der kältern Luft auf die Haut, wodurch vielleicht die Tranſpiration mehr unterdrückt ward, endlich der ſchädliche Miſsbrauch, in den Oefen der Wohnzimmer Brod zu backen, wodurch nothwendig eine erſtickende Hitze, und deren ſchädliche Folgen veranlaſſet werden muſten.

III.

III.

FRANCISCI HAASZ M. D. DISSERTATIO DE PESTE IN POSSESSIONE IAZAK

A Menſe Auguſto 1795 usque initium anni 1796 obſervata.

I.

Notitiæ præliminares, contagioſi morbi initium, progreſſum, variasque viciſsitudines illuſtrantes.

Deſiderio commiſsionis regiæ ſatisfacturus conſcripſi in hiſce paginis adjuncta illa, ex quibus initium, progreſſus, variæque viciſsitudines contagii peſtiferi, in poſſeſsione Jazak graſſantis, elucerent: dein connotavi genuine ſymptomata a me diligenter, & accurate obſervata, quæ illius decurſum ſiſtant: denique ultimo adjunxi curæ methodum in hoc malo contagioſo adhibitam, illiusque ſucceſſum, ſymptomatum mutatione indicatum.

Situs poſſeſsionis Jazak. Pagus Jazak ſitus eſt in valle admodum profunda, undique montibus fere circumdatus, & quidem ad ſeptentrionem ſat altis, atque ſilvoſis; ad occidentem, & orientem vineis obſitis; verum meridiem verſus reſpicit planum apertum: rivulus exiguus, molas plures pellens, pagum in duas dirimit partes: in montibus fere continuo ſæviunt venti; in pago autem vix aliquis aeris percipitur meatus; imo is perpetuis

nebulis tectus ex meo habitaculo, colli insidente, quotidie a me conspicitur.

Numerus Jazak inhabitantium, eorumque mores, & consvetudines. Jazak continet incolas ultra 1700tos: horum autem mores, & consvetudines, qui quidem pestem magis inflammare possint, sequentes sum expertus: præprimis observavi hanc plebem plurimum esse superstitionibus, & præjudiciis deditam, credit enim omne malum a deo promanare, illudque unice ab ipso quoque sufferri posse, spernens omnia humana auxilia: atque ideo ægri peste affecti omnem medici opem potissimum respuebant, potius sibi relicti mortem operiebantur: observavi porro hanc plebem nimis quam esse pervicacem, & versipellem, pronam nimirum ad exhibendos superioribus honores; sed etiam ad illis resistendum in executione mandatorum, genio illius adversantium: ex hisce proinde luculenter patet, quantas medicus perferendas habuerit difficultates in faciendis ordinibus, quibus contagii progressus coerceretur. Consvetudines vero hujus plebis præcipue hæ notari merentur: quod hæc videlicet ex nimio religionis zelo mortuos soleat incantare, se ad eorum cadavera projicere, ea exosculari, tumbis apertis ad criptas portare, dein, quod consvetum sit festivitates celebrare triduanas inter continuas potationes, & comessationes, ad quas confluunt omnes cognati, atque consanguinei, qui vicissim eas ordine retribuunt: denique, quod nimis prodiga victualium sit consumtio de hieme, unde fit, ut hæc plebs æstatis tempore cogatur persæpe uti victu etiam crudissimo.

Victus ratio Jazakiensium. Victus ratio multum discrepat tum quoad anni tempus; tum quoad fortunas cujusvis: sciendum praevie, possessionem Jazak præ pluribus aliis vicinis, quod œconomiam concernit, esse nonnihil loco meliori, adeoque tot miseros incolas non continere, omnis enim generis frugibus abundat, unice tritico destituitur, cujus loco secale affatim procreatur, unde panis ater, ponderosus paratur: miseriores tamen ne

hoc

hoc quidem pane veſcuntur; verum alio ex farina fagopyri confecto, vel vero dicta proja, æque ex farina zeæ mays piſta: hæc eſt eſca friabilis, ſicca, quotidie paranda. Hiemis tempore plerique, & quidem bene poſſeſsionati cibis coctis, carnibus bubulinis, ovillis, & ſuillis, potiſsimum fumatis, veſcuntur, & quidem large; minus autem habentes hoc quoque tempore ſat miſere victitant, crudo contentantur victu, imo vidi apud tales complures coqui fagopyrum effœtum, atque ſalitum comedi: æſtatis autem tempore etiam opulentiores tam bono victu amplius non aluntur: illis utpote tunc communiter eſca eſt panis ex fagopyro, commemorata proja, fagopyrum coctum, caſeus, laridum perfumatum: in autumno denique cucurbitæ aſſæ, coctæ. Hinc cenſendum de miſerioribus, quantam illi egeſtatem patiantur in victu, quanta porro penuria naſcatur, ſi ſuperveniat procreatio ſiniſtra, aut ingruat, uti modo, peſtis. Accedit, quod hæc plebs multum leguminibus veſcatur tempore jejuniorum, ſat frequenter per annum recurrentium. Aqua in Jazak bibitur ex fontibus ſcaturientibus: communior tamen potus eſt vinum novum, adhuc acerbum, ſubfermentans; dein ſpiritus vini, incolis ſilvorium, quo plurimum delectantur, ſextariatim haurientibus.

Mundities Jazakienſium, eorumque domiciliorum. Feminæ colunt ſui corporis multam munditiem; eo minorem autem mares, qui haud deteſtantur per menſem, & ultra ſquallida induſia, & periſomata geſtare: imo in iisdem, quibus de die induti ſunt, veſtibus noctes tranſigere conſvevere. Quod autem ipſorum domicilia attinet, hæc æſtatis tempore ſat munda reperiuntur, cum a familiis potiſsimum foris cubantibus non multum inhabitentur: at de hieme, dum integræ familiæ ad anguſta cubilia ſe recondunt, neceſſe eſt, ut in iis ſordes aggregentur, cum præterea feneſtræ ſint cartaceæ: aer quoque, qui nunquam renovatur, redditur corruptus, ſimul humidus ab exſiccatione rerum humidarum ad fornacem calefactam. Non tamen tanta in ædibus bene poſſeſsionato-

nato-

natorum immundities obſervatur, quum in iis familiæ partitæ plura inhabitent cubicula.

Tempeſtas præteritæ æſtatis, totiusque autumni. Menſibus Auguſto, quo peſtis in Jazak erupit, dein Septembri, fereque ad finem Octobris, paucis diebus exceptis, aura fuerat fervida, ſicca; in fine Octobris cœpit eſſe frigidiuſcula, nonnihil humida; menſe Novembri vero a pluviis, & nivibus crebris frigidior, & humidior eſt reddita; menſe denique Decembri temperata evaſit.

Diatheſis in corporibus Jazakienſium tempore æſtatis, & autumni dominans. In determinanda regnante diatheſi usque finem Octobris plures obices ſum expertus: ægris nimirum, omnibus indiciis ſurſum turgeſcentis fomitis bilioſi præditis, aliquoties vomitorium exhibui, unde parum bilis excuti vidi, morbo contagioſo interim peſsimam ſecus induente indolem, ideoque poſtea plurimum emetica reformidabam, quæ ſecuriſsima ſecus ſunt media indagandi in diatheſin: ſed nec quidam morbi febriles, unde fomes quis evolveretur, præter peſtem regnabant, ex quibus ad diatheſin conjicere poſſem dominantem: ſi itaque mihi ex amarore oris, lingua flava, ructibus amaris, vomitu ſpontaneo materiæ virideſcentis, preſsione ad præcordia, capitis dolore, appetitu deleto, quibus ægri peſte laborantes plurimi afficiebantur, ſi, inquam, ex his recenſitis ſymptomatibus, non quatenus indiciis ſyſtematis nervoſi a peſtis contagio perturbati; ſed quatenus ſignis turgeſcentiæ fomitis bilioſi argumentari liceat, omnino concludere debeam peſtem plurimum fuiſſe complicatam cum fomite bilioſo. Facilior erat modus in fomitem inquirendi menſe Novembri, & Decembri, cum peſtis nec maligna, neque tam acuta ſerperet: atque per hoc tempus reperi rarius mera ſigna in ægris fomitis bilioſi; ſed etiam aliqua mucoſi fomitem mucoſo-bilioſum vomitu tum ſpontaneo, tum artificiali rejectum fuiſſe aliquoties vidi; ſed ſemper cum prædomimio bilis: duos ſolum ægros puerilis ætatis tractavi cum fomite mucoſo. Non tamen credendum,

dum, plebem hanc tam facile fomite quodam laborare, licet crudo victu nutriatur.

Contagium aliud intercurrens, præter pestiferum in Jazak grassans. Præter pestem grassabantur quoque in Jazak variolæ, & quidem tanto cum dominio, ut vix quasdam præteriverint proles. Malignitas variolosa æquali passu cum peste procedebat, variolæ utpote confluebant in unam crustam, faciem, vel simul totum corpus depascentem, deturpantemque. Hanc malignitatem arguunt parentes, ultra 150 prolium necem plorantes. Verum peste silente variolæ quoque evanuere. Alias febres dominari non observavi.

Exortus pestis in Jazak, & ejus propagatio. Unanimi consensu Jazakienses affirmant hoc contagium pestiferum fuisse ex Irregh translatum per Saram uxorem Gavrilovics, mulierem senicu-lam, potatricem, vagabundam, mente nonnihil laborantem. Hæc, pro infortunio possessionis Jazak profecta Irreghinum, ibidem deprehendit in domo kuriakiana epulantes, qui ante horam filium peste enectum sepeliebant: hisce se illa quoque adsocians emendicabat simul strosium, & pectorale sericeum, jam usuatum. Verum, cum audiret Irregh brevi cordone cingendum, clam se contulit domum una cum rebus donatis, quas post decursum aliquot dierum pro silvorio dederat uxori Timothiæ Barjaktarovics, quæ dum pro suis prolibus ex materia sericea mitras consuisset, paulo post in hac familia se contagium manifestavit, quo a die duodecima mensis Augusti intra spatium paucorum dierum tota familia, 12 personis constans, usque duas emoriebatur. Per istam familiam propagabatur malum ulterius: primi enim duo peste obeuntes cum pompa in ecclesiam deferebantur; domi vero vicini, cognati, atque consanguinei ad cadavera procumbebant, eadem exosculabantur: hi infecti rursus aliis communicarunt contagium, quod itaque mense Septembri jam in plures serpebat familias.

In Jazak instituti ordines ad coercendum contagium, eorumque vicissitudines. A 27ma Augusti saluberrimae dispositiones ad praepediendam ulteriorem infectionem in Jazak vigebant. Familiae nimirum infectae, & suspectae ad territorium contumaciale sunt relegatae, quae in separatis cumbebant tuguriis. Territorium autem contumaciale, spatium elevatum, fluxui aeris pervium, includens pascua, molam, educillum, fontem, partem rivuli; haec omnia intra vigilias continebantur. Contumacistis administrabantur omnia necessaria; cibi cocti, potulenta a bene possessionatis quotidie mittebantur, inter egentiores distribuenda. Infecta pagi pars, ne cum sana ullam habeat communicationem, a vigilibus custodiebatur: inde etiam obtentum, ut pauci in sana parte contagio inficerentur. Nosocomia sunt duo erecta, unum aestivale, aliud hiemale, ambo spatiosa, lucida, pluribus fenestris, atque perspiraculis instructa. Adjurati sunt quinque pagenses, qui quamvis sibi destinatam partem pagi visitare, & aegros repertos medico annunciare debebant, qui illico ad nosocomium, si peste laborabant, deferebantur. Omnis publicus conventus cavebatur; vicini, vel cognati se non invisebant; in plateis colloquentes aliquot distabant passibus; ab excessivo potu abstinebatur; mundities corporis observabatur. Contumacistae lotis suis vestibus, & omnibus supellectilibus post evolutos 42os dies dimittebantur ad domus suas, praevie mundatas. Reconvalescentes, aeque mundati, ad contumaciam sunt relegati, & plura alia sunt instituta, quae recensere longum esset. At hae dispositiones haud suam constantiam retinuerunt: nam adveniente tempore collecturae fagopyri, & vindemiationis, cum contumacistae a pagensibus plurimum occupatis nullam opem in colligendo suo fagopyro, & vino obtinerent, ne damnum illis obtingeret, omnes, tuguria contumacialia derelinquentes, ad suas reversi sunt domos: plures horum ad necdum purgatas devenere. Hinc factum, ut contumacistae se commiscuerint cum sanis, contagium sit etiam ad sanam pagi partem

trans-

translatum, verbo: mortalitas ad medium Octobris invalefceret major. Non fufficiens hoc incendium fuerat; fed illud Jazakienfes adhuc magis inflammare pergebant, omnes difpofitiones factas invertendo, vigilias tollendo, pervicaciter in extradandis ægris refiftendo, plane etiam armis, fe fuperioribus in omnibus juffis opponendo. Perturbationes ordinum, & hæc protervia plebis perfeverarunt usque 13am Novembris. Hac ipfa die fpectabat tota plebs jazakienfis cum fumma humilitate ad cordonem præfentiam domini commiffarii regii, & fupremi comitis: jam hæc gratiofifsima præfentia Jazakienfibus tantam fecerat imprefsionem, ut ab illo momento humillimi, & obfequentifsimi fint redditi, eo magis, cum accederent domini regii commiffarii feverifsima mandata, & minæ, metum Jazakienfibus quam maximum incutientes. Abhinc reftaurati omnes priftimi ordines fuam conftantiam, & ftabilitatem habuere: quapropter poftea dominus regius commiffarius cum folatio, quotiescunque nofocomia, contumaciam, totumque pagum vifitaffet, Jazakienfes plurimum laudibus extollebat, quibus adhuc magis inflammati funt ad obfequia quælibet præftanda.

Progreffus, id eft: incrementum, & decrementum morbi contagiofi. Progreffus fævientis contagii facile ex numero mortuorum quovis menfe adnotatorum elucefcit. Menfe itaque Augufto a die 12ma, qua malum erupit, numerantur in Jazak mortes 11; menfe Septembri 27; menfe Octobri 65: dein menfe Novembri usque ejus medium 22: abhinc ad finem usque 11: denique menfe Decembri 4 e vivis deceffere.

Caufa mox perfpecti in- & decrementi contagii. Licet multum deferendum fit calori folis, & athmosphæræ conftitutioni varianti, quod contagium jam magis; jam minus ferpat, feque difundat; tamen obfervatione edoctus affirmare tuto audeo, principalem caufam in — & decrefcentis contagii confiftere in eo, quatenus nempe difpofitiones juxta præfcriptas inftructiones magis, vel mi-

nus stabiles conservari possint, quod ipsum sequens me docet observatio. Mense videlicet Augusto, & Septembri, fere ad medium Octobrem, intra quod tempus dispositiones sancte observabantur, licet calore ferventissimo erat mortalitas respectu futurae ut 1 ad 3, quae a medio Octobris, calore jam multum decrescente, usque medium Novembris saeviebat. Hujus in triplum increscentis mortalitatis non alia assignari potest causa; quam, quod, ut superius jam feceram mentionem, intra hoc tempus contumacistae tuguria sua dereliquerint, eorum plures domos infectas, necdum purgatas, penetraverint, se cum sanis commiscuerint; dein quod Jazakienses, pervicaces facti, aegros domi retinuerint mortem usque, ut plurimum mihi, & chirurgo resistentes, cum aegros nobis tradere debuissent; denique quod plures alias ordinationes rejecerint. Verum restitutis denuo pristinis ordinibus, procurata inter incolas tranquillitate rursus mortalitas in proportione praecedentis ad ⅓am decrevit, imo mense Decembri nec decima parte moriebantur. Ex hisce itaque luculenter apparet, quantum boni ordines stabiliti influant in suffocandum contagium.

In — & decrescens malignitas, & acuties morbi pestiferi. Ante diem 20mam Octobris observavi peste jugulari aegros intra unam, semialteramve diem cum subita virium prostratione, ac sensuum, motuumque abolitione: postea vero rarius tales mortes subitaneas accidisse memini. Qui vero pluribus affligtabantur diebus, horum pauci diem superarunt septimum. At morbus hic pestifer magnam mense Novembri subiit mutationem, atque longe aliam induit faciem: febris enim pestifera minori cum periculo, nec non tempore longiori decurrebat: bubones lente increscebant cum minori dolore, ac inflammatione, qui difficulter ad suppurationem perducebantur: non tamen deerant & hoc tempore pestis malignissimae, ac acutissimae exempla. Mense Decembri videtur miasmatis vis multum fuisse enervata, cum aegri peste infecti levem, & brevem febriculam persentiscerent a potiori, &

mias-

miasma minus capax esset inficiendi, quod ipsum conjicere poteram ex ministris nosocomii, qui cadavera nudis contrectabant manibus, ægros deligabant, maligna peste decumbentes levabant, verbo: omni fere momento res contingebant infectas sine ulla noxa.

Obstacula in observandis morbi pestis symptomatibus, & curæ effectibus. Obstacula profecto non pauca mihi obvenere me impedientia, quo minus occasionem nactus essem ægros multos observandi, & curandi. In primis hæc plebs ita non est comparata, ut in adversis circumstantiis sibi consuli vellet: laborat enim præjudiciis quam plurimis, credens omnem morbum a deo missum, cui non medicus, verum unice sua omnipotentia deus mederi valeat, & hæc est ratio, cur medicamenta ægri plebeji potissimum respuant. Ex eodem præjudicio, partim vero ex pervicacia Jazakienses ægros domi occultabant mortem usque, ægros mihi annunciatos, se opponendo, ad nosocomium auferri non permittebant, adeoque plurimi ægri in ædibus retenti occubuere: si qui tamen ad nosocomium adferebantur, horum potissimi, malignis jam symptomatibus affecti, cum morte colluctabantur. Denique non pauci numero ægri improvisa morte domi, in vineis, campisque sublati sunt, vix per unam diem ægrotantes. Ex hisce paucis ob oculos positis patet, multos mihi occurrisse obices in observando morbi decursu, & effectibus curæ, quam in paucioribus ægris tentare poteram. Itaque factum est, ut usque finem Octobris nulli in tabellaribus relationibus reconvalescentes recenserentur, licet tunc quidem jam ex 15 ægris maligna peste decumbentibus, qui curam admittebant, sex plene sanitati redditos numeraverim, quos, cum illis per totum Octobrem bubones suppurarint, inter reconvalescentes recensere non potui, nisi primo ad initium Novembris, dum bubones cicatrisari cœpissent. Tardius vero, quum sub pœna capitis a domino regio commissario imposita nullus domi retineretur æger, proin plures in noso-

ſocomio curandos haberem, etiam reconvaleſcentes ſum plures nactus. Si igitur ægros, quos medicamentis tractavi, in cenſum reducam, erunt circiter 40, ex quibus 22os a periculo ſalvavi, ſeptem vero, hisce adnumerandos, reperi a natura conſanatos. Si itaque omnes, quotquot mortui ſunt, noſocomium qua ægri penetraſſent, quotnam reconvaleſentes cum ſolatio poſſem numerare?

Cauſæ generales prædisponentes. Prædispoſitionem individualem nec quidem a longe attingere queo; verum quatenus a communibus derivari poſsit cauſis. Experientia nimirum me docuit, morbum peſtiferum in ſexu nullum feciſſe diſcrimen, neque in ætate, ſi excipiam infantilem, quam potiſsimum immunem fuiſſe a peſte reperi: neque enim plures proles; quam unam 10 menſium, curandas obtinui, quam etiam a morte liberavi. Obſervavi autem macilentos, colore faciei cachectico præditos, atque valetudinarios minus eſſe prædispoſitos ad contagium ſuſcipiendum, &, ſi tales reipſa malum contraxere, a potiori illud feliciter vicerunt. Habeo talem cachecticum, macilentum, luridiſsimo faciei colore, noſocomii miniſtrum, qui unice deſtinatus eſt ægris inſerviendis, in quibus deligationes facit, illis medicamenta, ac cibos propinat, ægros cum peſte maligniſsima levat, vertit ſine ulla adhibita cautela, faventiſsima tamen fruens valetudine. At ſocii illius ad alios labores, in quibus minus metuenda fuerat infectio, ordinati, ceterum optime valentes, circiter novem, ſolo priori excepto, omnes in morbum peſtis inciderunt, quorum modo adhuc ſanitati reſtituti quinque in noſocomio ſervitia præſtant. In iisdem ſervitoribus præterea hanc cepi experientiam: hi videlicet, ſuperato morbo contagioſo, imbuti hoc præjudicio, ſe nunquam amplius peſte corripiendos, hanc adeoque minime metuentes, omnia infecta in noſocomio manibus prehendunt, quin tamen denuo relabantur in eam. Ergo merito de talibus, qui peſtem ſemel experti ſunt, prædicare licet, eos minus prædispoſitos eſſe ad contagium contrahendum.

Inda-

Indagavi quoque in vivendi rationem ſolertiſsime, in quantum hæc prædisponens cauſa eſſet; ſed hanc haud detegere poteram, cum durante peſte in egeſtate victualium, ob ſiniſtram procreationem anni præcedentis exorta, victus rationem non viderem multum tam apud opulentiores; quam miſeros pagi incolas diſcrepare, niſi uſum ſpirituoſorum excipiam, qui apud bene poſſeſsionatos exceſsivus eſt: an hic ad prædiſpoſitionem conferat, æque dubito, cum tam ſobrii; quam potatores peſte ſufferantur.

II.

Decurſus morbi peſtiferi.

Partitio morbi peſtis in ſuas ſpecies. Perlecto pluries diario anxius hærebam ob multitudinem, & varietatem magnam ſymptomatum in morbo hoc contagioſo occurrentium, quale ſequerer planum in recenſendis ſymptomatibus, ut quam maxime diſtinctam, atque acuratam hujus morbi adumbrationem adornare poſſem. Verum, cum ex complurium ægrorum decurſu recapitulato vidiſſem peſtem plurimum diſcrepare quoad ejus durationem, & majorem, vel minorem ſymptomatum malignitatem, hæc duo etiam meæ diviſioni hujus morbi pro meo captu fundamentum jecere. Adeoque ſeptem peſtis ſpecies condidi, quarum ultimam fomes quiscunque discernit: ſpecies vero nominibus his inſignio. 1*ma* peſtis acutiſsima maligna. 2*da* acutiſsima benigna. 3*tia* peracuta maligna. 4*ta* peracuta benigna, 5*ta* acuta maligna. 6*ta* acuta benigna. 7*ma* cum fomite complicata.

Peſtis acutiſsima maligna. Peſtis hujus ſpeciei intra unam, aut ſemialteram diem, vel etiam horas aliquot terminum obtinet mortis, quam ſequentia concomitantur ſymptomata, nempe: frigus validum cum horrore inſtar febris intermittentis, tribus quatuorve horis durans, vel hujus loco horripilationes frequenter rede-

redeuntes, diutius perſeverantes: porro capitis dolor jam gravativus; jam vehementiſsimus, appetitus deletus, lingua quandoque ſpurca, flava, ſenſus gravitatis, & doloris ad præcordia, ſapor ſubin amarus, plerisque naturalis, ructus raro, laſsitudo, & languor corporis, dedolatio artuum, præcipue inferiorum, dorſi, lumborumque: his accedit calor vehemens corporis totius, faciei rubedo, oculorum ſuffuſio ſanguinea, ſitis valida, anxietas præcordialis, reſpiratio cita, inquietudo, jactatio, dolor capitis vehementiſsimus, tardius deliria: hæc ſtadii caloris ſymptomata per octo potiſsimum horas ægros afflictant, ſuccedente tandem omnium ſenſuum, & motuum voluntariorum plenaria abolitione. In hoc ſtatu ægri nullum exerunt motum, nullum prorſus indicium ſenſationis dant, reſpiratio redditur rara, & profunda, facies expalleſcit, extrema frigent, oculi manent aperti, fixi, pupilla valde dilatatur, nec admoto candelæ lumine contrahitur: ultimo ægri ſic exanimes poſt 8 — 12 horas placide extinquuntur, oculis manentibus apertis. Habui adhuc acutioris peſtis exemplum in miniſtro noſocomii Joanne Frid, inſerviente defuncto ex peſte chirurgo, qui prægreſsis aliquibus levibus prodromis febrilibus inter ambulandum, & chirurgo ægrotanti inſerviendum concidit, intra aliquot minuta animam exhalans. In viſitatione cadaverum talium mortuorum nec bubones, nec carbunculi reperti; verum a potiori petechiæ.

Hæc ſymptomata recenſita, cum ægros tales ob inopinatam mortem videndi rarior ſe offerret occaſio, ex adſtantium examine, qui eadem referebant, excuſsi. Sed nec mihi, nec defuncto chirurgo deerat occaſio aliquot tales ægros obſervandi.

Hæc vero ſpecies peſtis potiſsimum ſæviebat menſe Septembri ad finem usque Octobris; deinceps rariſsime occurrebat: nec ſexui, nec ætati, ſi excipiam infantilem, pepercit: ſæviente hac ſpecie variolæ erant maligniſsimæ.

Peſtis

Peſtis acutiſsima benigna. Hæc, ut præcedens, eundem conſequitur terminum; ſed in ſalutem. Hæc decurrit ſequentibus: nempe levi capitis dolore, cum horripilationibus alternante, lingua ſpurca quandoque, rarius preſsione ad præcordia, urina hypoſtatica, vel cum eneoremate, alvo naturali: hisce evanidis 2da jam, vel 3tia die conſpicuus redditur bubo, vel etiam carbunculus: hic bonæ ſemper eſt indolis, & plerumque ſolitarius; bubo vero lente increſcit, parum dolet, & inflammatur, tarde obtinetur illius ſuppuratio, & quidem ſubinde in quartam ſeptimanam: dum accedit fere illius maturatio; multum inflammatur, & vehementer dolet. Per totum tempus febris, & bubonum increſcentiam pulſus eſt naturali celerior, urina habet vel eneorema, vel hypoſtaſim.

Hanc ſpeciem peſtis ante menſem Novembrem haud obſervavi.

Peſtis peracuta maligna. In hac ſpecie ſymptomata mortifera ſequentia obſervavi, quorum ſi tantum unicum cum virium proſtratione comparuit, jam certam mortem ante 7mam die exſpectavi: ſunt vero hæc: 1mo abolitio omnium ſenſuum, & motuum muſculorum voluntariorum; 2do diarrhoea; 3tio per totum morbi decurſum frigus continuum validum cum horrore absque calore alternante; 4to decubitus in parte corporis antica cum ſopore, ex quo æger dum excitatur, gemitus tantum edit: tali ægro non emanet diarrhoea; 5to hæmorrhagia narium, denotans aut congeriem ſanguinis in capite, aut ejus diſſolutionem; 6to lingua ſicca, fiſſa, fuliginea, non exporrigibilis; 7mo petechiæ purpureæ cum maculis liveſcentibus; 8vo bubo liveſcens, non increſcens; 9no denique carbunculi plures, altera die jam gangrænoſi cum limbo liveſcente, non dolentes, ulterius ſerpentes.

Morbus vero hic malignus ſequenti ratione decurrit.

Die 1ma ſe inſinuat frigus validum continuum, vel horripilationes, capitis dolor plerumque gravativus, vertigo, ſtupor,

appetitus deletus, oris amaror, vel ſapor naturalis, lingua jam alba ſorde; jam flava tecta, cardialgia, laſsitudo corporis.

Die morbi 2da horripilationes, & frigus potiſsimum continuant; imo, qui heri horripilationes habebant, plerumque hodie valido afflictantur frigore: accedit inſignis præcordialis anxietas, cardialgia fit validior, ſubin adeſt vomitus materiæ æruginoſæ, amaræ, corpus fit magis laſſum ſe aſſociante ſimul artuum dedolatione magna, vires dejiciuntur; ſed ægri adhuc ambulant.

Die morbi 3tia præegreſſum frigus plerumque excipit calor continuus, vires ſubito proſternuntur, caput occupatur, hinc deliria, fatuitas, indifferentia, inſenſilitas, puſillaminitas, ſopor, oculi rubri errantes, facies rubeſcens, truculenta, lingua ſicca, ſitis urgens, pulſus valde celer, plenus; ſed ſub majori digitorum preſsione evaneſcens, alvus rara, urina brunea, turbida: anxietas, & dolor præcordialis continuat. Hac die erumpunt ſine diſcrimine bubones cuti concolores, vel carbunculi.

Die morbi 4ta ſuperveniunt ſupra inſinuata ſymptomata mortifera plura, vel pauciora: ſimul carbunculi induunt eſcharam gangrænoſam cum livido limbo, bubones liveſcunt, mole non augentur. Plerumque ægri hac die incipiunt fieri ſoporoſi, vocem acquirere non intelligibilem, pulſus redditur debilis, parvus, admodum celer, adhuc æqualis, calor continuat, cutis areſcit, non perſpirat, lingua fuſceſcit, & reliqua heſternæ diei pleraque perſtant ſymptomata.

Die 5ta morbi plerique privantur ſenſibus, & motu.

Die 6ta ægri exanimes omnes fiunt, alvus diarrhoeica eſt cadaveroſa, petechiis variegantur, plerique jam 7mam diem non attingunt. Quoad ſymptomata in hac ſpecie peſtis maximam cepi experientiam; ſed ſolum ſpectatorem agens, cum 4ta die ægris jam nihil ingeri potuerit, & præterea plerique ægri jam malignis ſymptomatibus ſtipati ad noſocomium adportati ſint.

Hæc

Hæc ſpecies peſtis graſſabatur cum acutiſsima maligna eodem tempore, etiam rarius ſero autumno.

Peſtis peracuta benigna. Obſervavi morbum peſtiferum decurrere ita, ut 6ta, aut 7ma die omnia ſymptomata febrilia evanuerint, nec amplius quid periculi metuendum fuerit. In hac ſpecie peſtis illa ſymptomata maligna peſtifera, ſeu mortifera præcedentis ſpecie aberant; decurſum vero ſequentem notavi: primis utpote diebus afficiuntur tales ægri conſvetis in peſte febrilibus ſymptomatibus: die morbi 3tio excipit horripilationes, vel frigus calor continuus, vel alternans: dein adeſt ſitis, rubor faciei, oculorum ſuffuſio ſanguinea, ſiccitas cutis, lingua prærubra, humida, vel exſucca, vel ſpurca, preſsio ad præcordia dolens, appetitus deletus, ſapor alienus, pulſus celer, fortis, magnus, urina jam flammea; jam bruna, alvus rara, vires dejiciuntur; at non ſubito: bubones hac die potiſsimum erumpunt, & carbunculi bonæ indolis, & accedit dedolatio corporis.

Die morbi 4ta heſterna continuant ſymptomata, calor increſcit, ſitis augetur, accedunt etiam deliria, vires magis dejiciuntur; ſed ægri adhuc ſurgere valent, urina facit eneorema, bubones mole apparente increſcunt, rubent, vehementer dolent, in carbunculis plerumque ſolitariis elevantur veſiculæ, dein rumpendæ, eſcharam formantes, quæ limbo rubro circumdatur admodum dolente.

Die 5ta vel idem morbus manet, vel jam incipit decreſcere, bubones inflammantur magis, jam ovi columbini magnitudinem referentes, carbunculorum eſchara a limbo rubro dolentiſsimo jam incipit ſeparari, urina mittitur cum copioſo eneoremate fundum petente, vel cum hypoſtaſi, lingua in apice mundatur, cutis redditur mollis, perſpirans, pulſus fit minus vibrans, alvus libera, ſubin frequens.

Die morbi 6ta ſymptomata hactenus recenſita multum remittunt, vires nonnihil redeunt, corpus redditur minus laſ-

 ſum,

ſum, minusque dedolatum, calor exiguus, ſitis nulla, cutis perſpirat, noctu immadeſcit, urina deponit hypoſtaſim, alvus laxa terna, quaterna movetur, bubones inflammati ad ſenſum magnitudine augentur, carbunculi, eſchara ſeparata, ſuppurant benigne.

Die morbi 7ma ſi non omnia, ſaltem pleraque febrilia ſymptomata evaneſcunt, remanente ſolum corporis aliqua laſsitudine, & debilitate, atque pulſu irritato: bubones ſuam maximam molem conſequuntur, molleſcere incipiunt, minus dolent, carbunculi indolem ulceris blande ſuppurantis aſſumunt: bubones die morbi 9na potiſsimum rumpuntur, pus plus, minus ichoroſum per duas, tresve ſeptimanas fundentes.

Hæc ſpecies peſtis omni occurrebat tempore, quam perbene mihi notam reddidi.

Peſtis acuta maligna. Hæc ſpecies excurrit etiam usque diem 20mum, & 30mum: plerumque cum fomite eſt complicata, qui ipſe fomes hanc peſtem prolongat, malignam reddit: malignam ipſam fieri triplici modo obſervavi, cum tres caſus haberem, nempe 1mo, ſi accedat ſtricte talis febris putrida; 2do, ſi muсoſo-nervoſa; 3tio, ſi lenta hectica. Ut itaque hanc peſtis ſpeciem claram ſiſterem, omnes tres caſus, in quibus eandem obſervavi, ordine recenſeo breviter.

Caſus I.

Defunctus chirurgus Fuquet corpore ſanguineo, animo hilari, audaci præditus, agens annum 28vum, minime perhorreſcebat ægros peſte affectos contrectare, cum miniſtris noſocomii eſſe ſocialis: nec illi per duos integros menſes, quibus diætam ſat moderatam obſervavit, quid ſiniſtri accidit: verum, dum verſus Octobris finem exceſsive uteretur ſpirituoſis, & carnibus meris veſceretur, mox in morbum contagioſum incidit, exordium faciens cum levibus affectionibus febrilibus, per tres dies pergentibus.

Die

Die vero 28va Octobris hæ affectiones manifeſtiores ſunt redditæ: prehenſus enim eſt frigore valido, per intervalla redeunte, cui ſe adſociarunt vehemens capitis dolor, preſsio ad præcordia dolorifica, appetitus deletus, ſapor amarus, ructus æque amari; ſed rari, corporis laſsitudo, artuum dedolatio: interim viribus adhuc fere integris officio ſuo fungebatur, mihi nihil de ſua valetudine communicans.

Die 29na, morbi 2da, eadem ſymptomata perſtabant: æger mox meliora ſperans tamen mihi nihil manifeſtavit, donec

Die 30ma, morbi 3tia, dum miſer præ viribus labefactatis cumbere cogeretur, me ad ſe in opem vocavit, qui, recenſita ſymptomata enumerans, ſequentia porro exhibuit: utpote calorem cum frigore alternantem, ſitim vehementem, capitis dolorem validiſsimum, oris amarorem, linguam flavam, preſsionem ad præcordia, bilem emetico ſat copioſe rejectam, tres carbunculos in crure.

Diebus 31ma Octobris, & 1ma, 2da Novembris vires proſternebantur ſubito, calor corporis totius erat vehemens, ſitis urgens, facies rubra, oculi ſanguinei, cutis ſicca, fauces ſiccæ, lingua ſicca, & arida, inquietudo, jactatio corporis, anxietas, vehementiſsimus capitis dolor, anxietas præcordialis peculiaris, deliria per intervalla, ſopor: carbunculi gangrænoſi cum limbo rubro, dolente perſtant, alvus eſt clauſa, urina flammea: pulſum non exploravi.

Diebus 3tia, 4ta, 5ta Novembris vires admodum proſtratæ, gravedo capitis, ejus ſtupor, & temulentia, calor imminutus, ſitis nulla, lingua cruſta fuliginea obducta, aſpectus triſtis, animus moroſus, indifferens, ſopor, deliria, reſponſio tarda, plerumque non adæquata, decubitus ſupinus, neglectus, ad pedes provolvens, muſcarum captatio, digitorumque luſus, alvus inſcio ſubmota, ſat fœtida: carbunculi ſerpunt.

Die 6ta, 7ma Novembris accesſit vox non intelligibilis, diarrhoea fœtidiſsima, carbunculi tres commemorati magnam cruſtam gangrænoſam, fœtidam cum limbo livido referunt: tardius ſupervenit omnium ſenſuum, & motuum privatio, facies hippocratica, terrea, aphonia, denique poſtremo mors.

C a ſ u s II.

Skevia, 7 annorum, filiola Ivanovics, corporis compage debili, tenera, 4 diebus domi decumbens, ut illa, & parens ejus refert, per intervalla frixit, intercurrente brevi durante calore: caput illi erat grave, conquerebatur de ſenſu gravitatis in ventriculo poſt minima ingeſta, dein de ſapore lutoſo, appetitu dejecto, corporis denique gravitate, ac inertia.

Die 18va Novembris ad noſocomium delata præterea hæc exhibuit: utpote colorem faciei pallidum, linguam muco tectam, languorem corporis inſignem, vires labefactatas: emetico dato mucum tenacem excuſſum, appetitum deletum referebat: bubones ſubaxillares duos, inguinalem unum, nucis avellanæ magnitudine, admodum rubentes, & dolentes exhibebat.

A die 19na Novembris usque 2dam Decembris variam morbus faciem induit: videlicet duobus, tribus diebus viribus puella deſtituebatur, animo linguebatur in ſitu erecto, ſoporoſa jacuit, pulſus ſemper celer, parvus, ſubin infra digitos evaneſcens, alvus raro mota, urina ſtraminea, ſubturbida, bubones vix loco moti: & vicisſim diebus aliquot vires redivere, ita et appetitus, pulsus reddebatur elevatior; celer tamen perſeverans, lingua in apice mundabatur, mentis erat ſerenitas: haec ter intra dictum tempus variabant, donec tandem

A 3tia Decembris conſtans morbi emendatio permanſit: ab illo nimirum die vires cœperunt ſenſim reſtaurari, pallidus faciei color nonnihil in rubellum abire, lingua mundari, appetitus

titus esse spurius ad res inconsvetas initio; dein sapor, & appetitus ad naturalem accedere, urina fieri hypostatica, alvus aperiri, pulsus sensim elevari, qui a celeritate tamen parum remisit usque bubonum suppurationem, denique animus reddi hilaris, corpus agile: bubones pedetentim magis inflammabantur, qui die 10ma Decembris aperti pus fundebant, mox suppurare desinentes; ita duo subaxillares die 18va; inguinalis 25ta Decembris ex integro claudebantur, restituta ægræ plena sanitate.

C a s u s III.

Illia, puer 4 annorum, filiolus Vincentii Barjaktarovics, die 20 Novembris ad nosocomium delatus est: de ipso parens retulit symptomata, quibus puer domi affectus jam fuerit: nempe correptus erat, ait, frigore levi, per aliquot dies, potissimum ad vesperas redeunte, capitis dolore levi, appetitu dejecto, corporis languore: in nosocomio vero hæc insuper in puero observavi: nempe faciem pallidi, atque luridi coloris, linguam spurcam, virium dejectionem tantam, ut pedes impares essent puero sustentando, dein calorem ad attactum naturali majorem, pulsum perquam celerem, parvum, cutim aridam, inquietudinem, jactationem præ anxietate: diebus subsequentibus accessere deliria, sopor oculis apertis: in hoc statu puer permansit usque diem 25tam Novembris: postea miser aliquas recollegit vires, evanescentibus quoque sensim recensitis symptomatibus, unde spem conceperam de ipsius sanitate pristina: at per Decembrem corpus magis deficiebat, carnes defluebant, vires labascebant in dies magis: potissimum sopore obrutus jacebat, nihil prorsus appetebat, alvus erat naturalis, urina varia, sine hypostasi a potiori, pulsus tangebatur magis celer, magnitudine decrescens illucusque, donec neque perceptibilis esset: bubo tunc increscebat.

Die

Die 11ma Decembris accesserunt convulsiones cum spuma oris, ter, quater per diem redeuntes, horis aliquot misellum cruciantes; dein vomitus sat frequens, lumbricos excutiens, sopor profundus, pulsus non perceptibilis: bubo subaxillaris sat magnam consecutus est molem, verum necdum maturitatem: corpus evasit exsuccum, carnibus consumtum, sceleto simile: hæc symptomata misellum afflictabant usque diem 13tiam Decembris: abhinc jacebat immotus, exanimis, cum parva, & rara respiratione, corpore toto frigente, donec 15ta Decembris tranquille exspirasset.

Pestis acuta benigna. Hæc species pestis in tribus occurrebat ægris: decursus vero illius affectiones mere nervosas obtutui sistit, quæ jam redeunt, jam evanescunt, adeoque morbum protrahunt: hæc itaque pestis ad febrim nervosam merito referenda est: decurrit vero modo sequenti: nempe ægri persentiscunt horripilationes, cum calore volatili caput petente post pastum, & ad vesperam alternantes; porro jam leves, jam graviores capitis dolores, per intervalla revertentes, sensum doloris, & pressionis ad præcordia, anxietatem molestissimam præcordialem subin ingruentem, quæ intra aliquot minuta solum perstat: hisce ægris quoque vires sunt dejectæ, corpus languidum, pulsus varians, mox celer, mox naturali tardior, jam æqualis, jam minus, subin ita contractus, ut difficulter reperiatur: ceterum lingua est munda, sapor oris naturalis, appetitus jam vigens; jam languens, urina limpida, aquea, copiosa, alvus naturalis: hæc enarrata symptomata aliquot dies exulant, & iterum se sistunt plura, vel pauciora: has morbi vicissitudines aegri etiam 5ies, 6ies experiuntur sine periculo: bubones hoc in casu observavi tarde increscere, minus inflammari.

Pestis cum fomite complicata. Prout quis fomes pesti jungitur; hujus quoque symptomata se sistunt. Mihi contigit complicationem, licet, ut fatear, rarius observare cum fomite bilioso, et mucoso etiam simul juncto; nunquam cum phlogistico: forsitan haec

compli-

complicatio meos præterfugit ſenſus: ſi quis tamen concluderet e. g. ad fomitem bilioſum ex illius turgeſcentiæ ſuperiora verſus indiciis; creberrimam peſtis complicationem cum fomite bilioſo reperiret, cum in quovis fere ægro peſte laborante hæc materiæ bilioſæ indicia compareant, quin tamen hæc in viis ſaltem primis ſtabularetur portione vel exigua, quam certe emetico dato eduxisſemus aliquoties tentamine inſtituto: ſed loco bilis, quam ſuſpicabar, rejectam vidi materiam aquoſam, modicisſima ſubin bile tinctam: ſaburra profecto plebs jazakienſis vel minime laborat, licet crudisſimo perſæpe utatur victu, perſæpe per triduum in continuum temporibus feſtivis meras voret carnes ſuillas, fumatas, & quidem pinguisſimas, deſuper potet vinum, & ſilvorium largisſime, quin quædam gignatur ſaburra: & tamen, ſiquis corripitur peſte, licet antea ſanisſimus, illico jam prima morbi die exhibet ſigna fomitis bilioſi ſurſum turgeſcentis: adeoque hæc ſigna videntur potius eſſe affectiones provenientes a perturbato ſyſtemate nervoſo: ſi tamen fallor; tum credendum, quod miasma contagioſum minima quantitate latentem fomitem in motum excitet, eumque exaſperet: cognita vero plurimum ex vomitu ſpontaneo complicatione peſtis cum fomite quodam metuebam, quam maxime eodem ſuperſtite poſt emeticum in viis primis, vel in ſecundis jam circulante, ne accedat a degenerata bile febris mucoſo-nervoſa, vel lenta, quemadmodum tres recenſiti caſus docuere. Tantum de complicata peſte aſſerere valeo.

III.

De exanthematibus peſtis obſervata.

Bubones vidi frequentius ſolitarios, non raro tamen in eodem ſubjecto ſimul plures, & quidem: duos ſubaxillares, vel duos inguinales, vel cum his unum, vel duos ſubaxillares: crebriores vidi inguinales; quam ſubaxillares; hi illis mole tardius increſcunt, hanc quoque

 mi-

minorem consequebantur, citius multo suppurationem absolventes, minusque puris fundentes: nonnunquam carbunculi cum bubonibus jungebantur, quin tamen majus metuendum esset periculum, dummodo symptomata maligna exularent.

Habui ægrum affectum tribus bubonibus inguinalibus, quorum unus in superiori glandularum ordine prodivit, dein quinque carbunculis in regione ossis sacri, qui suam pristinam recuperavit sanitatem. Bubones varia gaudent magnitudine, jam maturi increscentes etiam ad maximi pugni molem: febris pestifera ad eorum magnitudinem, & maturationem plurimum contulit: febris nempe, viribus non adeo labascentibus, quo validior fuerat; eo bubones magis inflammabantur, celeriusque increscebant, ita ut intra 5, imo 4 dies rumperentur: si vero febris hæc vel tarda erat, vel levis, simul per duas, tresve dies durabat, qualis in sero in observabatur autumno; bubones etiam post tres septimanas parum inflammati non maturuere: exitus vero eorum erat suppuratio; gangræna in peste maligna: induratio nunquam a me est observata. Denique bubones paroticos tantum in tribus subjecti vidi.

Carbunculi, si non aderat virium maxima prostratio, symptomatumque malignitas, si præterea iidem valide dolebant, limbo rubro circumdati, nullum portendebant periculum: e contra si cum virium prostratione limbus eorum livescebat; si vicina gangrænosi depascerentur, sane mortem evitare rarum erat: reperi carbunculos in omnibus corporis partibus, præcipue tamen in extremitatibus: tertia morbi die jam comparebant instar maculæ rubro-fuscæ, in qua altera die vesiculæ ichore plenæ cernebantur, quibus ruptis tertia die crusta gangrænosa formabatur, separanda a limbo dolentissimo, inflammato per suppurationem, atque per eam penitus submovenda.

De

Petechias plerumque reperi in ſubito mortuis; in ægris longiori tempore decumbentibus tantum in ſymptomatum malignitate maxima, colore jam purpureas; jam lividas, & nigras: forma autem lenticulari majores, etiam inſtar macularum, truncum occupant.

IV.

Obſervationes de pulſu, et ſecura illius explorandi methodo.

Obſervationes de pulſu. Die 15ta Novembris cœpi pulſum explorare, & deinceps quotidie in omnibus ægris, quos in lazareto curandos habui, atque abhinc in pulſu ſequentia obſervavi: nempe, in maligna acutiſsima peſte non habui eundem experiendi occaſionem: in peſte acutiſsima benigna reperi ipſum naturali celeriorem per febrim, & totum illud tempus, quo bubo pergebat increſcere, imo etiam aliquamdiu, dum ſuppuraret: erat autem ſimul fortis: in peſte peracuta maligna admodum variabat: in frigore nimirum, per morbi totius tempus pergente, obſervavi pulſum admodum contractum, exilem, celerem, ſub preſsione majori digitorum evaneſcentem; in calore vero vibrantem, celeriorem; ingruente denique virium proſtratione celerrimum, exilem, debiliſsimum, intermittentem, & inæqualem; tandem evaneſcentem: in peracuta benigna quoque erat ſubinde nimis celer; ſed nec robore, nec æqualitate admodum peccans: in peſte acuta maligna variat pulſus, prout cum fomite peſtis complicatur: ita præſente fomite bilioſo eſt pulſus celer, plenus, fortis; eo degenerante, ut in febri putrida, parvus, debilis, ut puto, qui ipſum hoc in caſu non explorare ſum auſus: ſi mucus peſti junctus degenerans gignat mucoſo-nervoſam, vel febrim lentam; in eo caſu pulſum tangebam contractum, parvum, ſæpe inæqualem tempore, & rithmo, ſimul ce-

lerem: denique in peſte acuta benigna, quæ præcipue ſe affectionibus nervoſis ab aliis ſpeciebus diſtinquit, expertus ſum pulſum non nimium celerem; verum jam plus, jam minus irritatum, etiam magis, vel minus elevatum, mox æqualem; mox rithmo inæqualem, prout ſymptomata nervoſa plura, vel pauciora aderant, vel plane abſfuerunt: accedit, quod, quamdiu bubones clauſi perſtabant, tamdiu pulſum ſemper naturali celeriorem repererim.

Methodus a me in explorando pulſu adhibita. In ſiſcitando pulſu media ea adhibui, quæ miasmatis effluxum ex infecto, & influxum in corpus ſanum inhibebant: hoc ipſum hac ratione me attigiſſe arbitror: ægros nempe viribus præditos ex noſocomio evocavi ad focum, quem exſtruxi ante portam, ut ſibi calefaciant manus: has jubeo oleo, vel butiro cocto inungere in loco præcipue, ubi tangitur pulſus: dein volantes pendulas veſtes curo deponi, ut his mediantibus cum ægro non venirem in contactum: hæc & ego omnia imitor, tandem inter me, & ægrum foco intercedente noſtras porrigimus manus ſupra flammam eminus, ut pulſum experiar: tali ratione in omnibus ægris ordine tango arteriam pulſantem, per 3—4 minuta in quovis: ægros vero debiles, noſocomium prævie luſtratum penetrans, adeo, quos prius examino, in eorum exanthemata inquiro inter vapores aceti, prævie butiro inunctis naribus: tandem collocata ſartagine ferrea inter me, & ægrum, ex qua flamma, quæ lignis juniperi alitur, ardet, ſupra eam inunctis butiro manibus peragitur pulſus exploratio. Facile patet, cur butiro utar, ut nimirum pori, a quibus illud imbibitur præcipue ad ignem, obſtruantur, qua ratione in- & effluxus miasmatis præpeditur. Ignis flammam in auxilium ſumo vel ideo, ut miasma ejus ope diſsipetur citius; quam meum inficiat corpus. Tali methodo per ſemialterum menſem continuo pulſum explorans, nihil ſiniſtri ſum expertus.

Cu-

V.

Curandi methodus in morbo contagioſo adhibita, atque medicamina indicationibus correſpondentia.

Cum inde a ſeculis opera indefeſſa medicorum celeberrimorum, in curanda peſte verſatiſsimorum, necdum aliquod medicamen detectum eſſet, quod morbo peſtifero ſpecifica ſua virtute mederetur; omnino neceſſum erat, ut mihi aliquod planum præfigerem, juxta quod quam optimam inſtituerem curationem contagioſi morbi: illud vero ſequentibus indicationibus ſuperinſtruxi, quæ ſunt.

1mo. Surſum turgeſcentem materiam ſuperiora verſus eliminare, ſi vires admittunt.

2do. Reſtitantem fomitem ſolvere, diluere, ad colatoria ſua, qua natura tendit, allicere.

3tio. Primis diebus morbi in abſentia fomitis, viribus adhuc vigentibus, miasma contractum ad cutim determinare, ſyſtema nervoſum turbatum reficere.

4to. Vires labefactatas, aut proſtratas erigere, humorum degenerationi reſiſtere.

5to. Symptomatibus urgentibus occurrere.

6to. Exanthematibus mederi

Medicamina 1mæ Indicationis.

Nro. 1mo.

℞. Pulv. rad. ipecacuanhæ ʒß—℈ij.
pro doſi.

Nro. 2do.

℞. Pulv. rad. ipecacuanhæ ʒß.
tartar. emetic. gr. j.
m. pro doſi.

Nro.

Nro. 3tio.

℞. Tartar. emetic. gr. jv — v.
solve. in aquæ ℥iv
da cochleatim omni medio quadrante horæ.

Medicamina 2dæ Indicationis.

Nro. 4to.

℞. Arcan. duplicat. ʒß.
da ter p. diem.

Nro. 5to.

℞. Arcan. dupl. ʒß.
salis ammoniaci gr. x.
m. d. p. diem ter.

Nro. 6to.

℞. Rad. cichorei ℥iij.
c in s. q. aquæ p. ½ hor.
colat. ℔ij. adde
arcan. dupl. ʒij.
mellis q. s. ad gratiam
da vasculatim pro die.

Nro. 7mo.

℞. Flor. arnicæ ʒij.
c. in s. q. aquæ p. aliquot momenta
colat. ℔j. adde
tart. emetic. gr. j — ij.
mellis q. s. ad gratiam
da vasculatim pro die.

Medi-

Medicamina 3tiae Indicationis.

Nro. 8vo.

℞. Florum ſambuc. pug. ij — iij.
infund. in ſ. q. aquae ferv. p. ¼ hor.
colat. ℔j. adde
ſpirit. Mindereri ℥j — jß.
mellis q. ſ. ad gratiam
da tepide vaſculatim.

Nro. 9no.

℞. Flor. arnicae.
— ſambuc. āā dr. ij.
infund. ſ. q. aquae fervid. p. ¼ hor.
colat. ℔j. adde
ſpirit. Mindereri ℥j — jß.
mellis q. ſ. ad gratiam.

Nro. 10mo.

℞. Rad. ſerpent. virginianae, vel
— angelicae, vel
— contrajervae ℥ß.
flor. arnicae ʒij.
— ſambuci pug. ij.
infunde in ſ. q. aquae fervid. p. ¼ hor.
colat. ℔j. adde
ſpirit. Mindereri ℥j — jß.
mellis q. ſ. ad gratiam
da vaſculatim tepide.

Medi-

Medicamina 4tae Indicationis.

Nro. 11mo.

℞. Pulv. groff. cort. peruv. ℥j—jß.
flor. arnicae ʒij.
c. in f. q. aquae p. ½ hor.
colat. ℔j. adde
fpirit. Mindereri ℥j—jß.
mellis q. f. ad gratiam
da vafculatim pro die.

Nro. 12mo.

℞. Pulv. grofsi cort. peruv. ℥j.—jß.
flor. arnicae ʒij.
c. in f. q. aquae p. ½ hor.
fub finem coctionis adde
rad. ferpent. virginianae, vel
— contrajervae ʒß—j.
fient in infufione fervida p. ½ hor.
colat. ℔j. adde
fpirit. Mindereri ℥j—jß.
camph. mucilag. arabic. fubact. ℈j—ʒß.
mellis q. f. ad gratiam
da phyalatim pro die.

Nro. 13tio.

℞. Decocto-infufi praecedentis ℔j.
pulv. cort. peruv. alkohol. ʒß.
fpirit. C.C. ʒj.—ij.
da phyalatim pro die.

Huc porro fpectant medicamina, utpote vinum generofum, veficantia: pro potu aqua cum aceto, vel cum fpiritu vitrioli.

Medicamina 5tæ Indicationis.

In frigore continuo.

Pulveres Doveri ad veſperas.

In calore validiſsimo.

Epiſpaſtica ad plantas pedum.

In ſopore, & deliriis.

Veſicantia ad ſuras, & brachia.

In animi deliquiis.

Spiritus cornu cervi

Liquor anod. m. Hoffmani.

In fluxibus diverſis.

Laud. liquid. Sydenhami.

In abolitione ſenſuum, & motuum.

Veſicantia ad nucham.

Medicamina 6tæ Indicationis.

In Bubonibus.

Pro maturatione.

Emplaſtr. diachyl. compoſit.

Cepæ aſſæ.

℞. Emplaſtr. diach. comp. part. 5.
— veſicatorii part. j.
malaxentur.

In ſuppuratione.

Turundæ unguento digeſtivo obductæ ad ulcuſcula: emplaſtrum diachyl. deſuper.

In Carbunculis.

In initio.

Unguent. album.

In gangræna.

Unguent. de ſtyrace
Unguent. digeſt. cum camphora.

In exulceratione.

Unguent. digeſtivum.

VI.

Effectus curationis in ipſis ſymptomatibus obſervati.

Effectus in peſte acutiſsima maligna. Caſu accidit, ut, qui hac peſte occubuere, a me emeticum expoſcerent, putantes ſe ſaburra laborare, & aliquot quidem materiam aquoſam; aliqui vero bililoſam a dato emetico vomuere, ſubſequentibus poſt 10—12 horas ſymptomatibus malignifsimis, brevi denique morte. In abolitione ſenſuum, & motuum incaſſum quinque etiam veſicantia applicui: ob nimis celerem acceſsionem abolitionis ſenſuum, & motuum nihil amplius ægris opitulari poteram.

Effectus curæ in peſte benigna acutiſsima: Hac ſpecie peſtis ægros affectos cum ſymptomatibus febrilibus valde paucos ad noſocomium recepi: in hiſce vero adhibui medicamenta Nri 8vi, & 9ni cum eo ſucceſſu, ut mox omnia febrilia ſymptomata evanuerint: eadem medicamenta continuavi usque fere bubonum cicatriſationem, quibus haud raro noctu madorem levem obtinui, ſaltem ſemper cutim mollem, & perſpirabilem conſervavi.

Effectus curæ in peſte peracuta maligna. Hac ſpecie peſtis laborantes inter ægros meos plurimos numero quidem; nihilominus eorum paucifsimos ſalvavi: hoc in caſu primis diebus exhibui medicamenta Nri 9ni, & 10mi; morbo tamen pergente in pejus, atque tunc uſus ſum medic: Nri 12mi: vires proſtratæ tamen non erigebantur, ſymptomata alia maligna non emendabantur, nec applicita veſicantia, nec copioſus potus aquæ acidulatæ cum ſpiritu

ritu vitrioli quidquam profuere: accedente ſenſuum, & motuum abolitione, deliriis, ſopore, haud quid ægris ingeri poterat. Interim tamen trium recordabor indeſinenter, qui jam ſopore, ſumma virium proſtratione, alvo inſcia, voce non intelligibili, depravatione auditus, olfactus, & tactus in maximum ruebant periculum, quos tamen feliciter medicina Nri 12mi, veſicantibus ſuris, brachiis, & nuchæ applicitis, aqua cum ſpiritu vitrioli, denique vino ſubinde dato ſanitati reſtitui. Forſan plures tales ægros reſanaſſem, ſi primis morbi diebus lazaretum penetraſſent, non vero jam ſymptomatibus malignis affecti.

Effectus curæ in peſte peracuta benigna. Hoc in caſu propinavi medicamina Nri. 11mi: hiſce conſervavi cutim mollem, perſpirabilem, frigus, & horrorem mitigavi: ſuccedente vero calore, virium dejectione, deliriis, ſopore, & aliis ſuo loco commemoratis affectionibus recurri ad medicamentum Nri 11mi: dum ſopor pertinax eſſet, & metus aliorum ſymptomatum malignorum accedentium; refugi ad medicamen Nri 12mi, & veſicantia: loco aquæ acetatæ propinavi aquam cum ſpiritu vitrioli: hiſce remediis conſervavi vires, transſpirationem retinui liberam, præpedivi malignitatem ſymptomatum; imo die 6ta, 7ma morbi tantam ejus emendationem procuravi, ut pleraque ſymptomata febrilia ad admirationem evanuerint, vires celeri paſſu rediverint, corpus recens fuerit redditum, pulſus acceſſerit ad naturalem. Poſt 8vum, 9num morbi diem juſsi exhiberi medicamen Nri 9ni usque bubonum ſuppurationem, intra quod tempus cutis ſubin madebat, ita & urina fiebat hypoſtatica, permanente tamen pulſu irritato.

Effectus curæ in peſte acuta maligna. Cum hicce morbus peſtifer potiſsimum cum fomite eſſet complicatus, hunc primis diebus impugnavi, & quidem, ſi manifeſta turgeſcentia aderat, porrexi emeticum Nri 1mi, vel 2di, vidi excuti bilem, ſed ejus portione tamen hocce in caſu quam plurima in viis utrisque reſtitante: atque ideo mox virium proſtratio, & putredo acceſsit,

quibus occurrere debebam medicamentis Nri 12mi, & 13tii, dein veficantibus, vino generofo, & aqua cum fpiritu vitrioli; nihilominus tamen parum profeci: fi vero fimul cum contagio mucus fubverfabatur, hunc, quum turgeret furfum, emetico Nri 3tii eliminavi; ad reftitantem mucum in abfentia fymptomatum malignorum exhibui medicamentum Nri 7mi: fi autem fimul adeffent malignæ affectiones, tunc tantisper ab eodem præfcidi, illique fubftitui medicinam Nri 11mi, vel 12mi. Hæc in uno cafu feliciter adhibita funt; in altero morbus abivit in lentam febrem, ac mortem denique.

Effectus curæ in pefte acuta benigna. Cum hæc fpecies meris affectionibus nervofis luderet; fyftema nervofum turbatum componere conabar medicamentis Nri 9ni, & 10mi, addita etiam camphora, prout magis fuerat fyftema nervofum affectum: atque hac curandi methodo, quotquot ægros hujusmodi habui, feliciter reduxi.

IV.

IV.

JOANNIS KÜTL M. D.

DISSERTATIO DE PESTE

in possessionibus V. Radincze, Gergurevcze, Bessenovo, & Bessenovo-Pernjavor finiente anno 1795, & inchoante 1796 observata.

Ab hominum inde memoria majores nostri innumeras morborum varietates, atque oppositas feliciter medendi methodos, seu casus illas docuerit, seu svaserit ratio, fidelissime connotando, saluberrimae scientiae solidissima fundamenta in solatium afflictae posteritatis posuere. A primis illa rudimentis suis apud omnes nationes, pro ratione culturae cujusque, summa gratitudine suscepta, fota, & aestimata, ad eum tandem perfectionis gradum maximorum virorum opera, ac studio provecta est, ut non solum inutilia, atque oneri futura membra societati integra restituendo; sed etiam longe lateque saevituras infirmitates frœnando, plurimis vicibus generationes integras e leti faucibus eripiens, dignitatem suam ita jam comprobaverit, ut nonnisi a summis ingeniis incrementum ejus ulterius exspectandum videatur. Itaque non pauci minus jam operarios ad materialia colligenda, praeparanda, justo alioquin, ut dicunt, numerosiores; sed architectos solos requiri censent, qui exoptatissimum hoc ingenii monumentum penitus tandem absolvant; imo vero alii paratum jam, & sua quidem ope-

opera non parum adiuvante paratum præcipitanter gloriantur. Utinam vero summis etiam in arte viris nulli se casus ad ægrorum lectos offerrent, de insufficientia artis triste testimonium extorquentes. Restant omnino notis haud pauciora; sed sola lentiori, antiquorum sedulæ observationis via detegenda: suum cuivis futuro etiam seculo asservatum esse pensum naturæ ordo, & immensitas objecti svadet: paucis multa; nulli omnia videndi occasio obtingit, neque semel aliquid vidisse sufficit, aut bene omnis, semperque videt. Itaque solum etiam novi scriptoris testimonium, quod res rarior sic se, ut alii retulerunt, etiamnum habuerit, a maximis viris æstimari solet. Quare pestis in Sirmio tractandæ raram nimis apud nos occasionem, utut vix absoluto cursu medico, nactus, quæ viderim, expertusque fuerim, pro meo usu notata ex voluntate superiorum referam, pauca quædam de regione, incolis præmissurus.

Totus comitatus sirmiensis (provincia olim romana), sed in primis districtus ejus inferior tam amoenitate situs; quam cœli clementia, solique fertilitate paucis Hungariæ, laudatissimis etiam, partibus postponendus, multas omnino superat. Vicinis fluviis, in mutuos amplexus properantibus, Danubio & Savo felicissime interpositus a catena montium glandiferorum, & ligna; & numerosi gregis pascuum suppeditantium, bifariam longitudinaliter dividitur. Plurimi colles, a catena hac utrumque ad fluvium lateraliter excurrentes, totidem quasi canales ad lætam Floræ sobolem in nemoribus, & pratis, in quæ desinunt, sapidissimarum scaturiginum unda collecta continuo rigandam a provida natura constituti videntur. Vina generosa altiorum montium, & fructuum horæorum læta varietas, quos interjacentes illis valles maxima copia vix non sponte proferunt, omnium laudem merito sibi semper vendicarunt. Accedentes his lenes hiemes, & ardoris æstivi per vicinos montes, nemora, prata, & rivas temperamentum gratum commorationem omni anni parte cuivis jucundam reddunt. — Incolæ

colæ Slavones ſunt, quorum plerique ex vicina Turcia, tirannidis fuga periculoſa ſibi ſolis conſulentes, relictis ibidem majori ex parte fortunis, ad beatiores has ſedes emigrarunt, ubi operam ſuam, ſolo colendo negligentius licet impenſam, aut re pecuaria occupatam, maximo fenore penſari lætantur, aut vero quæſtu in navigerorum fluviorum tam opportuna vicinitate fortunas ſuas ſat facile reparant. Græci ritus non uniti, a patribus accepti, morumque aviticorum tenaces, inculti ceterum, turcicæ ferociæ, & ruditatis non innocuas reliquias juſto diutius omnino retinent. Corpora iis ſat robuſta, & procera; obeſos tamen haud videas: cutis fuſca, pili plerumque nigri: victus in carnium, omniumque ubertate ſimplicisſimus, ultra medium annum ex lege vegetabilis, ex leguminibus, & zea mays plebi pauperi; opulentioribus ex oryza, farina tritici, aut ſiliginis cum oleo olivarum paratur: feminæ tamen, alias cocæ, vix panem debite fermentatum pinſere norunt: plebs vero ex zea mays cum aqua fervida intra mediam horam paſtam ſub carbonibus toſtam panis nomine ſibi parat: lacte, caſeo, butiro per longa jejunii ſui tempora certis tantum diebus veſci permittitur: interim largo vini, aut prunorum ſpiritus, qui hic nominatisſimus paratur, uſu robuſtiores quidam dicta ſat bene digerunt; minus vero imbecilliores, nil tamen in victu per religionem auſi mutare. Hinc feminas debiliores, parandis veſtibus fere occupari ſolitas, maxime vero tenellos infantes, iis, quæ foſſori conveniant, etiam cum ægri ſunt, nutritos, male habere ſæpisſime videram: itaque etiam mortalitatem tempore jejuniorum majorem eſſe, hic in vulgus notum eſt. Diuturnam ultra ſecundum annum protractam lactationem multæ feminæ male ferunt; puſiones vero debiliores, ne tunc quidem adhuc crudo illi victui digerendo pares, febres intermittentes, ſcrophulas, infarctus viſcerum abdominalium, leucophlegmatiam, hydropem, ſcorbutum, atrophiam, tusſim convulſivam contrahendo, multi moriuntur adeo, ut mihi imbecilles proles Romanorum, & decrepitos ſenes Hottentotorum

torum indirecte necandi poteſtas iſthic conjuncta eſſe viſa fuerit: eadem de cauſa mortuam matrem lactata adhuc proles brevi ſequitur. Omnium dictorum noxam habitatio multorum adhuc ſub terra, aut numeroſæ familiæ in anguſtis, vix ventilandis, domibus frequens coacervatio non parum auget. Lues venerea rarior; ſcabies frequentiſsima eſt. Alium tamen morbum cutis chronicum in carpis, metacarpis, imoque pede fuſcis cum epidermidis a cute rubra, doloroſe pruriente, ſub latarum ſquammarum forma ſeceſſu ter videram: puella, ſimul paralytica, in vola etiam veſicam indolentem, ſero plenam (pemphygum?) paulo poſt mortua exhibuit: vir ſenex pectus, abdomen, faciem occupata; non tamen fuſca habuit cum lippitudine oculorum, puſtulisque hinc inde pus plorantibus, quem etiam diarrhoea chronica plurimum confecerat: tertius denique præter maniam etiam ex hac lepræ, ut videtur, ſpecie laboravit.

Facile e dictis cuique patebit, epidemicos, ubi a pandemia cauſa inducuntur, aut contagioſos morbos in tam rudi natione magnas omnino ſtrages edere debere. Qualis morbi, & quidem ſæviſsimi videndi, tractandique cum mihi occaſio fuerit; aggrediar iam brevem illius deſcriptionem, non novitate dicendorum; ſed ſola ſincera viſorum narratione commendabilem. Itaque leges propagationis mali, & affectiones, contractum contagium ſequentes, exponam, additurus tandem opinionem de cauſa morbi proxima, huicque ſuperſtruenda methodo medendi, quæ a conſveta non parum diverſa, eoque felicior ſit.

Naturalem ad hunc morbum diatheſin, communemque omni vivo homini eſſe eo tutius ſtatuere licet, quod idioſyncraſiæ, contagium abſolute arcentis, rara omnino exempla ſint, quamquam ſtatum facilioris, difficiliorisque receptibilitatis ejusdem tam univerſim; quam in ſingulis individuis temporanee variare (utut cauſæ utriusque profunde hucdum lateant) attenta propagationis morbi conſideratio quemque docuerat: ſic e. g. in

in Beſſenovo - Pernjavor duos inhumatores, utrumque in ſua juventute peſte feliciter ſuperata ſpe futuræ immunitatis plenos, ſeque ideo ad periculoſum hoc vitæ genus reſolventes, quod ultra ſex hebdomadas cum omnibus ibidem ex peſte ægris absque omni prorſus præcautione convixerint, mortuosque plures pariter ſepeliverint, felicis idioſyncraſiæ, contagium abſolute arcentis, exemplum eſſe credideram, brevi poſt, quum utrumque horrenda mali vis prehendiſſet; alterum enecuiſſet, contrarium edoctus: æque triſtia exempla alia oſtenderunt, feminas laxas, tenellos ad ubera infantes, juvenes, & puellas, ſenes, & vetulas parem cum robuſtiſsimis ad ſuſcipiendum peſtis contagium proclivitatem habere: opinio, perpeſſum morbum eadem in epidemia (improprio hic nomine) ſecuritatem præſtare, incautis multis etiam tertia vice perniciem attulerat.

Blenorrhoea, ac ulceribus venereis laborantes, viros duos; feminam unam peſte ſæviſsima corripi, citoque mori videram. — Scabies ſi prophylaxis peſtis foret; una octava parte pauciores mori oportuiſſet, neque ulla alia natio confinium turcicum, unde metuenda contagii translatio eſt, majori jure inhabitaret, quod morbo, quem non abominatur, ex ſumma ignorantia nil pene præter unques tota ſua vita opponit. Lactantes, puerperæ æque facile; ac utero varia diuturnitate gerentes contaminantur, parique cum periculo ægrotant. Abortum gravidarum morbo anteiviſſe, aut comitem fuiſſe non videram.

Potus ſpirituoſi largius etiam ſumti, fumus nicotianæ, comeſſationes nemini, quod ſciam, præſidio fuere.

Famem, & penuriam prædisponere (ſed ob frequentius etiam egenorum, intimiusque inter ſe commercium) lubens admitto: interim locupletiſsimas, lauteque tota ſua vita nutritas familias extirpari totas vidimus: neque adeo morbos utut ſæviſsimos, in urbibus obſeſsis, caſtris, navibus natos, peſtem veram fuiſſe cum clariſsimis etiam viris ſtatuere poſſum.

Æſtas, autumnus, hiems anni 179$\frac{5}{6}$ nullam in morbi ſævitie aliam oſtendit diverſitatem; quam quæ medicorum indefeſſo ſtudio debetur, quo populum rudiſsimum propagationis contagii leges edocendo, ſeparationem ægrorum procurando, rerum contaminatarum annihilationem, aut depurationem mature inſtituendo, limites morbo fortiſsimos, invita etiam natura, poſuere.

Per totam peſtis durationem præter morbos chronicos, ſolas catarrhales febres, nonnunquam phlogoſi copulatas, ſynochum imputrem Grantii, in pueris variolas ſat bonas, & tuſsim convulſivam videram, morbos raro periculoſos, niſi ubi cauſæ ſporadicæ malum exaſperaverunt.

Atrociſsimum morbi hujus fomitem turcica nonniſi terra generat, aut longe antea in Africa natum ob perverſa de prædeſtinatione principia in ſui, aliorumque perniciem alit. Identitas nationis, religionis, vincula ſanguinis, idem utrinque culturæ gradus infimus propagationem calamitatis ad noſtras etiam provincias, quotiescunque in oppoſitis turcicis ad limites usque proſerpſerit, tamdiu facilitabunt; quamdiu non totum, qua Turciam reſpicit, confinium bene eruditis medicis ſufficienter proviſum, & ab iis populus, omnem infirmitatem a deo derivans, & ab eodem immediatam medelam mercenaria, & ſæpe ſuperſtitioſa mediatorum ſuorum interceſsione exoratam ruſtice ſperans, ſanioribus principiis imbutus fuerit.

Contagium materia inviſibilis, ſub cujusque ægri curriculo plurimum augenda conſtituit. Ab omni initio hanc generari hiſtoriæ inferius proponendæ docebunt. Perſpirabili materiæ procul dubio principium ſpeciale, materiæ odorum ſimile unitur, ab accedente atmosphæra dilutione, aut chemica per gas oxygenium ſaturatione, vel decompoſitione enervandum, aut ad objecta proxima præcipitandum, ut libero in aere absque omni periculo, & præcautionis neceſsitate ægros ad aliquot pedes accedere liceat; & res contaminatas, longiori tempore ibidem detentas, virulentiam ami-

amittere certum ſit: ubi contra loco clauſo & acceſſus ad ægros propior, in primis ubi plures ſibi prope adjacent, periculo non vacat, & res ab his tractatas præcipue veſtiarias diutiſsime contagium continuiſſe vidimus. De ſalivæ, urinæ, ſanguinis, &c. contagioſa indole *nil* notum habeo.

Populus contagium primo veſtes ſani petere, tardiusque ad corpus penetrare, imo etiam domino ſuo portanti parcens ad alium tranſire poſſe firmiter credit: periculoſum conſilium, ut veſtibus, & chirotecis e tela cerata paratis vitam ſuam credant medici, hinc proficiſcitur, quod tamen nulli auctor, ſvaſorque eſſe velim, quod

1mo. ſtantibus illis populi moribus infinite plures ægrotare debuiſſent: contaminati enim nonnulli cum integris poſſeſsionibus impune communicarunt, ſoli tantum deinceps morbo prehenſi, & mortui.

2do. abjectio veſtium, poſt contaminationem illico facta, lotio, aut ventilatio earundem quemvis a morbo ſecurum redderet, quod tamen minime poſſe, ſæpe vidimus.

3tio. nullum ſic ſtadio contagii tempus præfigi potuiſſet, quod tamen certiſsimum trium ſeptimanarum ab omni ævo notatum eſt.

4to. nulla fide digna hiſtoria opinationem tam noxiam, & periculoſam, ab inficeta plebe, ut videtur, mutuatam probare valet: populus ſcilicet peſtem ſpecie vetulæ leviſsimæ oberrare, proque arbitrio dorſo obviorum inſidere, imo reconciliatam domino priori, eo relicto, alium petere firmiter credit.

Ipſe nervis organorum olfactus, & reſpirationis, omnium nudiſsimis, contagium ſuſcipi credo, quodque ipſe feceram, ſub acceſſu ad ægrum, contactuque neceſſario aerem tantisper continere, faciemque avertere commendo: ceterum in victu, veſtibus, aut vitæ genere nil mutans inter plurima pericula ſanus perſtiteram.

Num non ſternutatorium, mature exhibitum, morbum prævertere poſsit, cogitaveram: experientiam certam, utut id pluribus dederim, nullam habeo.

Sicut contagium ægrius multo, quam paſsim creditur, afficit; ita ejus communicatio ſæpe attentiſsimi etiam medici expectationem ludit: præter opinionem ſalvus manet is, quem contaminatiſsimum credas; ſæviſsima peſte corripitur, quem vix contaminatum exiſtimares. — Corpus ægri nudum, mortuique cadaver minus; quam res præcipue veſtiarias, ſub morbo uſuatas, nocere tum proprio uſu, qui impune pulſum, præcordia, linguam in anguſto tugurio ſubterraneo feminæ, altero die ex peſte mortuæ, ignarus morbi exploraveram; tum vero collegarum periculis didici, qui, plurimum ſæviente peſte, omni morbi ſtadio ſine noxa pulſum tetigerunt: ſic duo cadavera ex peſte mortuorum a vetulis impune lota, & induta videram: ægrum 3tia, 4ta, 5ta morbi die complures absque noxa oſculabantur, ex iisdem cum illo vaſis ederant, biberant, affectis ſolis illis, qui utroque in caſu intimius, qua domus amici, communicaverunt: dictorum veſpillonum comitatenſium unus, qui ſex ſeptimanis ægros, mortuosque ex peſte, omnem præcautionem ridens, tractaverat, ſæviſsima peſte corripiebatur, quando poſt ultimam contaminationem unius horæ iter fecerat.

Diligenti indagine, attentaque omnium conſideratione plures forſan cauſæ innoteſcerent, quibus fiat, ut, qui pluries communicans ſalvus perſtiterit, luat demum centeſimam forſan contaminationem morbo, morteque.

Suſceptum in corpus ſanum contagium nulla peregrina ſenſatio comitatur, aut ante morbi eruptionem ſequitur: quod ſedulo interrogati a me ægri, uno ore omnes, affirmarunt. Hypochondriacorum phantasmata contraria nullam fidem merentur. Manipulantium complures mihi de tumore, & doloribus ſub axillis, in inguine, deque aliis peſtis imaginariæ prodromis conquereban-

bantur, neque ante ſtadium contagii elapſum metu ſe ſuo ſolvi paſsi ſunt.

Pauci hoc contagii ſtadium, ad 21 dies excurrens, totum ſani explent; ſed plerique circa finem 1mæ, aut 2dæ hebdomadæ, ut tamen nulla intermedia die ſecuri ſint, poſt prandium aut cœnam ſapide aſſumtam, aut vinum largius ſumtum ægrotare ut plurimum incipiunt: vidi interim 19na, & 20ma a probabili contaminatione die infirmatos. Intermedium hoc tempus quodcunque laboribus ſuis intenti, alacres, lætique tranſigunt, ſolicitudinem noſtram de ſua ſanitate multi rident, donec periculo ſuorum meliora edocti prædeſtinationis craſſæ letifera præjudicia deponant, ſalutaribusque conſiliis obſequantur.

Hiſtoriæ morbi adhuc ſub ſtadio contagii per ſanos propagati (excepta communicatione rerum ab alio aliquo ægro tractatarum) diligentiori indagine fictæ omnes deprehenduntur.

Sequitur jam, ut de affectionibus, contagium in actum perductum ſequi ſolitis, in ſpecie referam, quod me, addita ad quamque ſpeciem conveniente hiſtoria, optime præſtiturum exiſtimo.

Contaminatorum itaque non paucos vario ſtadii contagii tempore ad ſpeciem integerrime valentes, cum ederent, biberent, laborarent, cum aliis colloquerentur, ſubito mortuos vidimus.

Cadavera ſic defunctorum in lateribus colore rubro, in partibus vero, quibus mortui diutius incubuerant, livido in atrum vergente notabantur, preſsione tamen evanido: &, ubi ſitus in contrarium mutabatur, color etiam partes nunc inferiores ſecutus eſt.

Hiſtoria I.

Veliko-Radinczæ ex familia Kuzmann Bugarsky hoſpes ex peſte æger, ejusdemque duo fratres inde mortui fuere.

Uxor unius horum, femella juvenis, vegeta, facie, pilisque fuſcis, ab anno marito juncta, in quartum nunc menſem ſe gravidam rata, cum die 29na Octobris veſtes mariti ex peſte defuncti, & lectiſternia, ſana hucdum, currui imponit, ſubito exanimis concidit.

In cadavere ſitu prono jacente facies, pectus, abdomen ex atro livebat: idem phœnomenon in omnibus ſucci plenis, cito mortuis, ut notum eſt, obvenit.

Alii contaminatorum, ſaniſsimi hucdum, poſt frigoris levis, horroris, aut horripilationis ſenſum (ſecus ſine his prægreſsis etiam) cephalalgiam, & vertiginem conqueſti, abolitis ſucceſsive ſenſibus omnibus, ſub delirio miti, tremore univerſali, & ſubſultu tendinum, ſpaſmis clonicis, deliquiis frequentibus, diuturnis, non advertendo tempore in mortem tranſituris, intra 12, aut 24 horarum ſpatium, aut citius etiam moriebantur.

Cadavera præter dictum colorem vel faciem hippocraticam, vel nil exhibebant.

Tali cephalalgia, vertigine, & deliquiis correpto ægro 4ta morbi hora acria veſicantia ſuris adplicari per ſocium curavi; æger tamen intra nycthemerum mortuus eſt, quin ullum horum effectus veſtigium apparuerit.

Veliko-Radinczæ, & alibi veſpillones, quod ſuſpecti omnibus merito fuerint, tam interdiu laboribus occupatos; quam noctu etiam in ſuis tuguriis arcta ſub cuſtodia tenebamus: verum hi ſolitudinis impatientes, longa tunc nocte, eluſis vigilibus, in mola extra poſſeſsionem ſita patriotam ſuum, molitorem, aut conjugem hujus potius, notorie adulteram, viſitare ſuſtinuerunt, imo res veſtiarias contaminatas, uti tardius longe innotuerat, elatas ex domo Bugarsky, & flammis deſtinatas dono eidem dederunt: interim ſanis tunc omnibus nemo tale quid vel ſuſpicatus fuiſſet, donec ſummo mane molitor, ejusque uxor proxima nocte infirmati nunciarentur. Illico me eo conferens.

Hiſto-

Historia II.

Virum 46 circiter annorum, robuſtum, oculis, capilloque nigro, criſpo, ſtatura mediocri, facie, & induſio ſanguine ſpurcis, humi ſedentem inveneram, quem heri ſanum coloni in poſſeſsione obambulare, cum variis colloqui, neceſſaria coemere, imo veſperi adhuc circa molam occupatum viderunt: jam vero toto corpore tremebat, obaudiebat: alta tamen voce, quidnam illi contigerit, interrogatus fracta voce inter ſuſpiria, & gemitus continuos reſpondit: quod ſanus heri tota die, cœnam etiam veſperi, in ſocietate uxoris optime tum valentis aſſumſerit, igni poſt aſsidens frigoris febrilis ſenſum perceperit, quem calor levis cum dolore, & gravedine *) capitis, hucdum perſtante, ſequebatur: ſopore inde oppreſſus aliquamdiu jacuit, donec ſtimulo alvi diarrhoeicæ excitatus exire voluerit; verum ob vertiginem nec erecte ſe tenere, nec januam invenire valens, innumeris vicibus lapſus, faciem graviſsime obviis quibusque rebus alliſerat, indeque hæmorrhagiam e naribus accepit: linguam albo-flavam ſponte porrexit: oculi acie fracta, rubelli lacrimabantur, albuginea interdum ſola proſpectante involuntarie movebantur: ſurgere, atque ad noſocomium venire juſſus inani id conamine multo, & laborioſo tentaverat: perticis hinc, quod ebrii inſtar titubaret, ſæpiusque prolaberetur, ad currum deduci, eidemque imponi debuerat: hic de uxore interrogatus, illam interdiu ſanam, veſperi aſſumta coena poſt adverſæ valetudinis querulationem ad vicinum cubile dormitum profectam, ſe in mola reliquiſſe, neque noctu, ut januam oſtenderet, flagitanti ſibi reſpondiſſe dixerat: juſſus eandem adpellabat, &, ut ad noſocomium ſequatur, hortatus eſt. Illo ſtatim curru avecto, cubile accedens

Hiſto-

*) Gravedinem non coryzæ ſynonymum; ſed doloris gravativi ſenſum in capite innuere volo.

Hiſtoria III.

Feminam 30 circiter annorum, bene cretam, capillis nigris, promiſsis, in medio cubili ſedentem inveneram: obauditio huic major; tremor univerſalis etiam fuit: oculi languidi, fracti auxilium implorare videbantur: ſurgere, & exire juſſa, obviis corporibus innixa, frequentes inter lapſus diu id fruſtra tentavit; donec perticis etiam adiuta proſerpere potuerit: quidnam illi doleret, interrogata, digito caput accuſavit: potulenta flagitans, oblata non vidit, neque ob ſummam virium proſtrationem exhibita aſſumere valebat: currui itaque præcautione dicta impoſitam avehi, adque idem cum marito tugurium poni curaveram, ubi tota die inter gemitus continuos, deliriumque mite ſupina hæc; pronus ille jacuerat: audire viſi, nemini intelligibilia continuo muſsitarunt: juſsi, volentes, caput elevare non poterant, facie ignota amicos terrentes. Noctu femina, ex ſuo loco modicum mota, igni, quem prior tugurii incola ſub cineribus ſepultum reliquerat, incubuit: accenſæ hinc veſtes immanem fetorem, totam regionem pervadentem, ſparſerunt: perticis hinc removeri, & aqua perfundi debuit, quae nullo actorum ſenſus teſtimonio combuſta fuiſſet: mane mortuos invenimus. Cadavera nil, quod peſtem arguiſſet, exhibuere.

Ad veſpillones hinc, num foſſas paratas habeant, aſpectum iveram, quorum unus

Hiſtoria IV.

Marcus Páſztor, natione hungarus, helveticæ confeſsionis, ſtatura procera, annorum 36 circiter, vir validus, qui ſanus heri adhuc ægros dictos ad noſocomium cum ſocio devexerat, adpellatus, e tugurio quidem illico prodiverat; at ſibi hac nocte levem

febrem

febrem cum cephalalgia obortam conquerebatur: dolori gravativo moderato, lapidis inſtar tamen caput prementi, ſedem in medio encephalo aſsignavit, oculi languebant, linguam albidam porrexit: ceterum ſe commode habere, viribus tamen aliquantisper lapſum, mortuos ſepelire hodie non poſſe dixerat: ad noſocomiale hinc tugurium, ad 400 circiter paſſus inde neo — exſtructum pergat, juſſeram: conquiſitis prius reculis ſuis omnibus, utut ebrii inſtar titubaret, ſine ullius tamen auxilio eo devenerat: ad introitum illius pronus concidit, ſurdus, nec amplius ſonum intelligibilem, tota die immotus muſsitans, edidit: veſperi ex toto ſilentem, omnibus ſenſibus orbum; mane mortuum invenimus. Cadaver ſani ſpeciem exhibuit. Glandem ulceribus veneris, ac blenorrhoea affectam fuiſſe tardius reſciveram.

Motu corporis in hoc; uti agitatione currus in illis malum exaſperatum fuiſſe nullus dubito.

Teterrimus morbus aliis in caſibus ſequentia partim febris nervoſæ, & malignitatis; partim propria contagioſæ irritationis ſymptomata exhibuit.

In ſaniſsimis antea frigus leve, inopinate ingruens, horrorem, horripilationem, frigoris, calorisque alternam ſenſationem, aut adverſæ valetudinis ſenſum dolor capitis ſuper orbitis, in occipite, vertice, centro quaſi cerebri, univerſalis, fixus, immanis, obtuſus, gravativus, plumbeus, lapidi prementi aſsimilatus, continuus, aut intermittens cum vertigine, & calore levi ſequebatur: ſecus absque frigoris ſenſu prægreſſo calor mitis morbum orditur, cui cephalalgia, vertigo ſuccedit: ſæpe vero ſaniſsimos ad ſpeciem cephalalgia cum vertigine invadit, atque per totius morbi decurſum de nulla caloris, aut frigoris ſenſatione conqueruntur, ſaniſsimos ſe ceterum profitentur: oculi rubri, truces, lacrymantes ſunt, aut acie fracta languent, involuntarie motitantur, albuginea candidisſima ſola proſpectante: bibitorii alias quaſi mihi videbantur: pupilla in pluribus valde dilatata, quaſi paralytica apparuit:

amblyopia, amaurofis, fcotonia; ægri molimine continuo oculos fæpe aperire, quafi melius vifuri, laborabant: tinnitus, fufurrus aurium, obauditio, cophofis, lingua naturalis, munda, prærubra, aut forde (pellicula quafi argentea) candida, muco grifeo, flavo fpurca, porrigi impotens, tremens; vox fubmiffa, rauca, fracta; aphonia; fermo impeditus, tardus, præceps; balbuties, pfellismus, battarismus; refpiratio facilis, naturalis, vix perceptibilis, laboriofa, anxia, gemitus, fufpiria; facies naturalis, rofea, terrea, plurimum mutata, pallida, lurida, poft breve tempus fibi diffimillima, hippocratica; afpectus mœftus, meditabundus, ftupidus, fatuus; inquietudo, inceffus præmeditatus, titubans, impofsibillis, vagus; fuga præceps, lapfus creber, impotens, fatigansque, & inane furgendi molimen; proftratio virium aliqua, fumma; dolores univerfales in glandulis, extremitatibus; artuum tremor, cubatio fupina, cruribus attractis, divaricatis, prona, continua, neceffaria; impotentia caput elevandi; vomitus amarorum, viridium, non, raro levans; diarrhoea, fudor, hæmorrhagiæ fymptomaticæ; fputatio frequens, fitis magna, ficcitas oris, anorexia, adipfia; functionum naturalium per totum fecus morbum, animalibus fummopere affectis, integritas mira; delirium continuum, nocturnum, intercurrens, ferox, mite; hebetudo mentis, anodynia, mufsitatio, floccorum venatus; fomnus placidus, nullus, quin caufam allegent; noctes inquietæ, jactatio, coma, fopor; animi deliquia diutina, frequentia; paræfis, refolutio lateris unius, fphincterum; facies hippocratica fubita, biduo, triduo mortem prægreffa. fœtor vivi adhuc ægri fpecialis; bubones, anthraces, fphacelus partium, petechiæ, maculæ nigræ, lividæ, rubræ, vibices, mors.

Febris continua remittens interdum binas, ternas exacerbationes vefpertinas a frigore orditur, ægris circa meridiem commodius habentibus: fecus inter alternas caloris, frigorisque fenfationes, usque mortem decurrebat: femel intermittentis typum tenuiffe videram.

Ægri

Ægri tam caloris; quam frigoris ſenſationem mitem conqueruntur: ſæpe cephalalgiam ſolum, initio acutiſsimam, poſtea plumbeam, gravativam, aut illico talem, usque mortem perdurantem, cum ſumma functionum animalium abolitione, vel perturbatione, & mira naturalium integritate (ut edentes, bibentes, fumigantes moriantur) conqueruntur. Non raro febris mitiſsima, cum cephalalgia, & vertigine levi usque bubonum, anthracumque eruptionem durat, tuncque prorſus ceſſare viſa, ſecundaria, nova, his conſenſualis, cum his evanida oritur.

Pathognomica ſigna ſunt cephalalgia, & vertigo: accedunt anthraces, bubones, petechiæ, maculæ rubræ, nigræ, vibices: multi tamen absque his, aut iisdem leviſsimis, maxima arte celatis ægrotant, moriunturque ſignis, ut cognita tantum contaminatio prægreſſa, omniumque circumſtantiarum conſideratio prudentiſsima medicum, ſi ullum, ab errore uti facillimo; ſic periculoſiſsimo immunem præſtare poſsit.

Integritas ſenſuum in-& externorum, functionum naturalium vigor, libertas reſpirationis, exigua febris, habitus ægri optimus, ejusdem de bona ſua valetudine teſtimonium ante bubonum, anthracumque eruptionem debitamque ſuppurationem neminem mortis, ſæpe ſubitaneæ, periculo exſolvunt.

Cephalalgia continua, diutina, vehemens cum ſenſu ponderis cerebrum prementis, aut acuta in obtuſam, fixam, gravativam tranſiens mortem prænunciat.

Morbus, a deliquio, maxima virium proſtratione, tremore totius corporis orditus, brevi letalis.

Reſpirationis vitia, & anxietates diuturniores peſsimi ominis.

Balbuties, psellismus, battarismus in decurſu morbi certam mortem prænunciant.

Obauditio, cophoſis futuri, aut ſuperati morbi gravitatem;

Impotentia ſurgendi, caput elevandi, decubitus ſupinus cruribus attractis, fatum inſtare;

Fuga præceps cum lapſu impotenti, delirium ferox, magnitudinem morbi vix ſuperandi;

Muſsitatio, floccorum venatus, delirium taciturnum, morbum omnino letalem inſignivit.

Vomitus anxietatem, & gravedinis in capite ſenſum levans, utut pauca, viridiaque excernantur, ſalutaris, & contra.

Diarrhoea 1*mo*, 2*do*, 3*tio* die ſuperveniens, uti & inſcia, involuntaria mortem proximam, maxime cum dolore in abdomine fixo, & meteorismo mali ſemper ominis, ſignificabat.

Dolores artuum, rheumatici quaſi, initio morbi bonum ſignum videbantur.

Dolores glandularum inguinalium, ſubaxillarium 1*mo*, 2*do*, 3*tio* die nil ſignificabant, tranſitorii, & mali ominis ſæpe.

Dolores glandularum earundem 4*to*, 5*to*, 6*to*, 7*mo* die morbi ingruentes, cum bubone ſemet formante æqua ratione augendi, ſalutem promittunt.

Iſchuria, diſuria magnitudinem inflammationis bubonum inguinalium, non malo ſemper omine, ſignificat: ubi hic magis emerſerat, etiam triduo impune latam feliciter ceſſare videram.

Ceterum oculi vivaces, agiles, cum capite parum, aut prorſus non affecto, boni exitus ſignum præbent.

Facies ſola, etſi triſtiſsima, non terreat.

B u b o.

Glandularum ſubaxillarium, inguinalium, femoralium (parotidum alii viderunt) tumor phlegmonodes, 5*to*, 6*to*, 7*mo*, 8*vo* morbi die miro graviſsimorum ſymptomatum levamine natus, ægrum vix non certo ſalvavit: regreſſus, quæ ſuſtulerat, omnia reduxit mala, evanida rurſus illo denuo prodeunte, quod aliquoties videre contigit: neſcio tamen, an iſta emendationis varietas propter hanc tumoris alternationem; an ſolum cum ea acciderit.

Sub-

Subaxillares rariores, in ſenibus ſolis, & impune reſolvi bis videram.

Qui die *2do*, *3tio* morbi in inguine, fovea ſubaxillari magno tumultu naſcuntur bubones, cum ampla peripheriae inflammatione eryſipelacea, pellucidam veſicam humore ſeroſo plenam in medio exhibente, morbum vix levant: veſica ad gangraenam, & ſphacelum prona, locum ſaepe mutando, interiora periculoſe petit: ſecus ſubjacentem tumorem phlemonoden verum tegit, tardius in ſuppurationem ſalutarem tranſiturum.

Cura bubonum, quae phlegmones verae: inflammatio eryſipelacea vehementior comes gangraenam, mortemque cito cauſavit; levior fomentis tepidis ſiccis ceſsit.

Anthrax.

In tota corporis peripheria poſt loci, roſea macula in tuberculum quaſi elevati, deſignationem *2do*, *3tio*, *4to*, *5to* morbi die oritur: ſub acutiſsimis doloribus, quos miſeri carboni ardenti aſsimilant, cuticula in bullam aſſurgit, quae ſerum turbidum cruentum continet, quod ubi ex ſponte rupta bulla efluxerat, ſubjectam cutem, textum celluloſum, interdum extremitates gangraena, & ſphacelo emortuas exhibet.

Peripheria in dies magis inflammata natura ope ſuppurationis a vivo mortuum ſeparat.

Solo cum anthrace (absque bubonibus ſimultaneis) unum nonniſi aegrum convaluiſſe videram.

Cura univerſalis vim vitae ſuſtinebat, erigebat; topica ſuppuratione maturabat, incitabat, mortuum auferebat.

Petechiae, Vibices.

Maculae, ſtriae lividae, nigrae, flavo - virides in abdomine, pectore, extremitatibus comparent, figura, & magnitudine varia. In puella ex variolis, tamen ſine peſte, mortua totum fere corpus petechiis nigris groſsi argentei magnitudine, leopardi inſtar, variegatum videram.

In peſte proprie dicendas petechias raro videram: aliquot maculæ lenticulares, atræ in duobus caſibus mihi illam ſolæ prodidere.

Maculas palmæ magnitudine, lividas, nigras in abdomine altera a morte die;

Maculas longas, transverſales, rubras, lividas, bis nonniſi, inque mortuis videram.

Reconvaleſcentia tarda, ſummeque tædioſa fuit: ægri facie pallida, terrea, aſpectu triſti, oculis ſtupidis, languidis, obauditione, ſermone tardo, voce mutata, mente hebete, viribus proſtratis, ſub tremore extremitatum diutino, magnitudinis periculi ſuperati triſtem imaginem referentes vires tarde nimis recuperarunt.

Alii contra, leniſsimo morbo defuncti, adeo his contrarii fuere, ut ſub eodem ne labores quidem antea coeptos intermiſerint: nec quisquam, niſi prægreſſæ contaminationis gnarus, illos peſte laborare, aut affectos proxime fuiſſe crediđiſſet.

Cadavera poſt tres menſes e vario ſolo, humido, & ſicco, argilloſo, arenoſoque efoſſa, veſtes & velamenta, omnia humida, & notam faciei configurationem, & artus prehenſionis adhuc patientes ſub fœtore facile tolerando, contra ac credideram, mihi prope adſtanti exhibuerunt. *)

Aliqua methodum medendi attimentia

Separatio ægrorum, cumque præcautione prudenti circa hos, cadavera, resque ab his contaminatas verſatio malum quam certiſsime limitavit.

Quod tamen contaminatio in populo tam rudi prohiberi omnino nequiverit, miſeris talibus mercurium cum opio interne, aut frictiones cum ung. neapolitano, utrumque usque ptyalismi prodromos, per totum contagii ſtadium ſuſtinendas, ſcopo prophy lacti-

*) Hæc cadavera omnia profunde inhumata fuerant.

lactico feliciter adhibueram: methodum experimentis ulterioribus confirmandam optima fide proponere audeo.

Ubi peſtis apoplexiæ, deliquii, aut morbi acutiſsimi ſpecie, uti in I. II. III. IV. hiſtoria, eruperat; brevitas temporis, impotens ægrorum ſtatus, metus contagii propagandi me quidquam tentare prohibuerunt: ubi vero ſpecie febris continuæ remittentis mitioris, aut intermittentis lentius morbus decurrebat; occaſio, tempusque plura agendi fuerat.

Convictus tamen de ignorantia mea indolis morbi, mihi novi, viſo uno, alteroque medicaminum, pro præconceptis opinionibus tentatorum, ſucceſſu malo, ne artem ignotam his in partibus (aut ignorantiam medentis potius, ex cujus authoritate ter mille hominum vita, fortunæque pendebant) prodam, alio animum convertere illico conſtitui: crebra ſcilicet, ſedulaque ægrorum, morientium, mortuorumque conſideratione ſola naturam morbi ſibi relicti noſcendam prius; quam de methodo medendi, quæ methodo aliorum felicior eſſet, cogitari poſsit, videram.

Diætam hinc cuivis conſvetam pro lubitu etiam reliqueram, & omnia, quæ ægri deſiderarunt, ſi modo haberi poterant, illis ſtudioſe procuravi.

Sequitur jam, ut enarratis hiſtoriis ad penitiorem morbi notitiam procurandam transeam, ex pluribus illas præeligendo, quæ contagii ſimul propagationem, & ab uno, eodemque ægro in variis contaminatis natam miram morbi intenſitatis varietatem doceant.

Hiſtoria V.

Familia Bugarſzky.

Menſis	Dies	
		Kuzman Bugarſzky, colonus V. Radinczenſis, annorum 36, vir bene cretus, robuſtus, ceterum ſtupidiſsimus, pro die 25ta Octobris amicis ſuis, qui eum in collectione fago-

Mensis	Dies	
		gopyri juverant, in recognitionem auxilii convivium adparat, cognatos invitaturus ad vicinas possessiones excurrit, omnibusque jam conquisitis, & congestis undique necessariis
Oct.	23	febre levi cum moderata cephalalgia corripitur: nocte tranquille exacta
	44	interdiu necessaria ordinat, accedente levi vertigine, quam ipse, aliique prælibationi modice largiori dilectissimi nectaris (Raky) prudenter, ut putabant, adscripsere: vespere febris modicum aucta.
	25	mane commode se habens cum futuris convivis jentat, cultui divino interest, unde revertens a famelica, & sitiente cohorte, undique confluente, osculis, manuumque pressione pro more salutatur: absente omni capitis dolore, vertigine tantum levi, eidem causæ adscripta, lætus cum ceteris cunctis tota die fuerat: vespere febrem procul dubio rursus exasperatam advertere pocula lætitiæ prohibuerunt.
	26 & 27	continuat comessatio, & potus, neque hospes ad bubonem, in inguine se proferentem, multum attentus, aut attonitus est, donec tandem 27ma vespere frater Damian 13 annorum, hucusque sanissimus, subito gravissima morbi accessione correptus, tristissimum lætitiæ finem fecerat, jam
	28	mortuus, quo die alter natu frater Vassilia, 19 annorum, parem morbi sævitiem experitur, qui ipse quoque pariter
	29	vivere desiit: cujus cadaver cum vespillones currui imponunt, uxorque gravida vestes, ac utensilia comburenda exportat; ista subito exanimis concidit.
		In cadaveribus familiæ nullum videbatur exanthema: ipse vero Kuzman Bugarszky præter bubonem accepit in tibia anthracem magnum, ex quo carnis gangrænosæ plus quam

Menſis | Dies

quam uncia una decidua fœdum ulcus reliquerat, eo difficilius conſolidandum, quod eodem loco dudum æger ulcus annoſum habuit: bubo in ſuppurationem tranſiens ſat cito coaluit.

Notatu dignum eſt e convivis, amplius ſexaginta, ſeptem tantum primitive morbum contraxiſſe.

Hiſtoria VI.

Neſtor Nikoletits, puer 4 annorum, ſaniſsimus cum matre convivio interfuit: ſecus etiam in vicina Kuzmanni Bugarſzky domo crebro verſatus

Oct. 28 de adverſa valetudine querulans vomituriebat cum ſiti magna: alimenta averſatus tota hac, uti & ſubſequa die comatoſus jacuit: interrogatus de univerſalibus, & tibiæ dextræ eminentiori dolore conquerebatur.

30 mane in duobus ejus tibiæ locis anthraces, quorum major crucigerum magnitudine æquavit, comparebant: capite utut liberiore, non tamen, uti debuerat, dolorem advertit: reſpiratione, aliiſque bonis mihi, dum vicina in domo neceſſaria ordino, ſubito mortuus nunciatur.

Mater ſine omni præcautione illum vivum, mortuumque tractans mercurialium uſu ſana perſtitit.

Hiſtoria VII.

Teſſa Ingyüts, cognata, vicinaque Kuzman Bugarſzky, optima ætate & valetudine, duarum prolium mater, quod convivio inter fuerit, ſecus etiam crebro ibidem verſata, cum ſua familia decem animarum ad contumaciam extra poſſeſsionem pulſa, ibidem

Nov. 11 male valere, horrorem febrilem cum cephalalgia, & vertigine querulari cœpit.

12 capitis dolore, & vertigine auctis omnes ſenſus aboleban-

Mensis | Dies

tur, ægra ſub delirio miti continuo, & muſsitatione ſupina jacuit, donec

Nov. 13 morbi 3tia vivere deſineret.

Cadaver ſine exanthemate fuit.

Familia ex matre, tribus filiis uxoratis (uno jam nunc cœlibe), duabus emortuæ prolibus, & ſervo conſtans tugurium commune cum rebus a Teſſa uſuatis concremari permiſit, veſtes ſuas alternatim lotas tempeſtatis viciſsitudinibus quotidie expoſuit; uſum tamen mercurialium pertinaciſsime detrectans novemdecim diebus ſana in contumacia perſtitit: jam vero

Hiſtoria VIII.

Filia emortuæ Teſſæ biennis, antea ſaniſsima, ante aliquot dies præcipitem poſt lapſum capite parum obſtipite

Dec. 2 valetudinaria eſſe, facie mœſta alimenta detrectare, piſce magis muta eſſe cœpit: a familia ſeparatur.

3 oculi languidi, aſpectus triſtis fuerat, ſupine jacens ægra tremebat, ſurgere nullo modo potens, usque dum

4 ad veſperam omnino moreretur.

In cadavere nil peſtem arguens adparebat: veſtes, & uſuata una cum tugurio combuſta fuere.

Plurimum de ſalute octo adhuc perſonarum anxius, ut conſilio aliis pluribus jam ſalutari locum det, multum; ſed fruſtra familiam hortabar, morbum, mortemque lapſus ſequelam; minime peſtem fuiſſe, ſeque in novo tugurio, auxiliante deo, ſub veſtium ſolita depuratione continuata ſanam fore oggerentem: de novo itaque contumaciam ordientes 14 rurſus diebus ſani fuere: tunc vero

Hiſtoria IX.

Vaſilia Ingyüts, 24 annorum, capillis nigris, corpore robuſto, lacertoſo prædita mulier, 4 annis filio tertio na-

tu

Menſis	Dies	
		tu matrimonio juncta, ſterilis tamen, menſtrua ordinate, hæmorrhagiasque narium æſtate ſæpe pati ſolita,
Dec.	19	gravedinem capitis ſine febris ſenſu in parvo loco ſupra-orbitalis regionis dextræ, mihi digito deſignato, ſentire cœpit: de anorexia conqueſtæ lingua munda; cetera bona fuere: a familia illico ſeparatur.
	20	mane abſque febris ſenſu exiſtens noctu bene ſe dormiviſſe aſſeruit: gravedini non doloroſæ utramque jam ſupraorbitalem regionem aſsignavit: vertiginem negatam imperato inceſſu prodidit titubante: vomitus amarorum, viridium frequens: ſputationem crebram cum ſiti majori moleſtam eſſe dixerat: veſperi ſurgere juſſa jam non valebat: anorexia perſtante, lingua in lateribus argentea, alba, oculi aquoſi, lacrymabundi ſplendebant: aquam bibit: poma aſſa expetita, ut edat, conceſsi.
	21	morbi 3tia mane, ſe noctu bene dormiviſſe, aſſeruit: hæmorrhagia narium ad aliquot uncias nullum gravedini capitis lenimen attulit: vomitio amarorum, viridium, ſputatioque continuant: ſurgere non valens ad juſſum id inani conamine ſub tremore extremitatum diu fruſtra, ne caput quidem loco movere potens, tentavit; verum cruribus attractis oculos ſplendentes involuntarie ſub palpebris ſemiclauſis motitabat: veſperi, auditu adhuc bono, anorexiam cum ſiti, ac capitis affectionem dictam continuare, comatoſa, temulenta quaſi, ſermone tardo balbutiens cum pſellismo, doloremque in fovea ſubaxillari deſignans, conquerebatur.
	22	morbi 4ta loquela marito ſoli interpretabilis, hæmorrhagia narium ſat magna rurſum fuerat: facies plurimum mutata funus referebat: ſupina jacens alvum, & urinam

Mensis | Dies

involuntarie excrevit, doloris tamen ſub axilla, & affe-ctionis capitis ſibi adhuc conſcia.

Dec. 23 tota die ſui, ſuorumque ignara ſupine jacuit: facies hippocratica, oculi ſtupidi, aperti, vitrei, cophoſis, aphonia, adipſia, reſolutio ſphincterum cum reſpiratione minima.

24 morbi 6ta noctu larga hæmorrhagia uteri dictis accesſit cum deliquio in mortem veram transeunte.

In cadavere petechiæ aliquot minimæ, lividæ; in fovea ſubaxillari, cuti concolore, tumor aliquis adparebat.

Familia in ſuo tugurio ſana perſtiterat; donec

Hiſtoria X.

Servus 14 circiter annorum, habitus laxi, cum viſcerum abdominalium, a febre intermittente prægreſſa, infarctu, non tamen magno, ſanus ceterum, vegetusque,

25 febre cum cephalalgia levi, & vertigine corriperetur.

26 noctu delirans vomitu amara ſæpius reddidit: oculi turbidi involuntarie movebantur: viribus vero cum ſenſuum omnium abolitione adeo ſubito lapſus fuerat, ut ſub tremore extremitatum ſitum ſupine jacentis mutare, aut caput elevare nequaquam potuerit, utut me utrumque jubentem intellexiſſe viderim.

veſperi triſtiſsimo ſpectaculo faciem jam hippocraticam mirabar: reſpiratio minima, aphonia, quam mors plena exceperat.

Cadaver nullum peſtis ſignum exhibuit.

Reliqui, tanta ſuorum calamitate tractabiliores, arti hucdum ſpretæ vitam, ſanitatemque procul dubio debent.

Hiſtoria. XI.

Menſis	Dies	
Nov.	24	Stephanus Kovács, vir 48 circiter annorum, habitu laxo, facie pallida, cum infartibus viſcerum abdominalium tumores pedum œdematoſos ſæpius jam, & ultimo elapſa æſtate perpeſſus, ſocio infirmato, tugurium cummune deſerere noluit, ſeque ſanum profeſſus anorexiam, & preſſionis in ventriculo ſenſum conquerebatur, linguam muco griſeo ſpurcam porrexit, alvum a triduo clauſam retulit: dedi remedium ſequens: ℞. arc. dupl. dr. iij. ſalis ammon. dr. j. extr. tarax. dr. ij. fiant hinc boli xviij. ſumat mane, & veſpere duos:
	25 & 27	in tugurio jacens de proſtrato appetitu, viribusque dejectis, ac levi cephalalgia retulit.
	30	vegetior præter anorexiam etiam dolorem vagum in fovea ſubaxillari conquerebatur: medicinam diligenter ſumſit.
Dec.	1	dolorem majorem, nec tamen continuum accuſavit: ceterum, ſi appetitum dejectum, oculosque languidos excipiam, ſat commode habuit.
	3	appetitus reverſus: æger, facetus plane, tumorem nucis magnitudine in fovea ſubaxillari cuti concolorem cum moleſto brachii motu exhibuit.
	6	tumor ad ovi gallinacei magnitudinem increvit, cuti concolor: cetera omnia bona fuere: ad tumorem datur ℞. pulv. rad. pyrethri — ſem. ſinapi — rad. zingib. āā unc. j.

Mensis	Dies	
		pulv. canth. dr. ij. terebinth. com. unc. j. axung. porci q. f., ut fiat empl. ftim.
Nov.	9	tumor emollitus acuminatur, proxime aperiendus videbatur.
	13	tumore minore dolor mufculum pectoralem tenebat.
	15	tumore toto difparente dolor hic perfiftit.
		Inde evanido omni dolore æger convaluit, adque officium tumulationis reverfus in eodem fanus perftitit.
		***Hiftoria* XII.**
		Kofzta Szevics 38 circiter annorum, vir afpectu validus, ante 8 annos ex levato magno pondere hæmoptoicus factus eft: venereus quondam cum uxore, mercurialibus affumtis, convaluit: alvo fegni, & doloribus ofsis facri, quondam ab equo calcati, obnoxius.
Oct.	25	convivio V. Radinczenfis hofpitis pefte affecti interfuit
Nov.	1	poft cœnam fapide affumtam fenfu frigoris, mox calore magno, cephalalgia, vertigine, fiti anorexia prehenfus.
	2	noctu delirium continuum; interdiu æftus, fitis, cephalalgia vehemens, vertigo.
	3	omnibus plurimum exafperatis abolitio fenfuum omnium, ftatusque foporofus cum fudore univerfali accefsit.
	5	parum fibi redditus præter priora dolorem in inguine finiftro conquerebatur, noctu delirio, fudore, fomnolentia rurfum fuccedente.
	6	dolor in inguine, cuti concolore, major: cetera, ut prius.
	7	dictis fymptomatibus dyfuria accefsit, abhinc 50 horis durans: ad expetitum cremati potum urina large fluxit.
	8	nox tranquilla: fomnolentia minor: æger fui confcius dolorem in inguine in dies majorem fentit, bubone ibidem

fimul

Menſis	Dies	
		ſimul increſcente: caput ſat liberum, calor minor: appetitus reverti incipit.
Nov.	9	a chirurgo exhibita tart. emet. gr. iv. nullum effectum fecerunt.
	13	capite penitus libero alimenta appetere cœpit: tremor adhuc adeſt ſub motu: bubo plurimum inflammatus habet magnitudinem ovi gallinacei.
	21	dolor in bubone, in dies major, tuſsim doloroſam reddidit: bubo plurimum prominens, & a biduo fluctuans pus flavum plorare incipit.
	22	pluri pure tenui per parvum foramen reddito dolor plurimum minuitur, tuſsis facilior redditur.
	24	nocte, quin oſtium videretur, plures unciæ humoris, lintea griſeo colore tingentis, glutinoſi efluxere: æger lætius proſpicit: functiones naturales bonæ.
	26	in tumore nunc iterum duro magnum dolorem æger accuſat: applicatur cataplasma emolliens.
	27	tumorem præputii aquoſum more hydropicorum, & excretionem urinæ prohibentem exhibet: membrum virile farciminis contorti ſpecie craſsiſsimum propendebat: cineres tepidi applicantur.
	30	dolore in bubone plurimum aucto membrum ad naturalem formam, molemque redit: ad bubonem cataplasma emolliens ordinatur.
Dec.	1	dolor in bubone minor; maximus vero ad os ſacrum, omnem corporis erectionem prohibens, cum alvo a biduo conſtipata: cetera bona: datur ℞. arc. dupl. dr. iij. ſalis ammon. dr. j. extr. tarax. dr. ij.

fiant

Mensis	Dies	
		fiant hinc boli Nro. xviij. ſumat mane, ac veſpere duos, tres.
Dec.	2	bubo rurſus copioſum humorem glutinoſum fuderat: dolor in oſſe ſacro minor, dejectiones duæ, cetera bona.
	6	ex oſtio majore uxor glomerulum quaſi ex filis complicatis conſtantem extraxit: applicatur ung. digeſtivum. Abinde ſuppuratione bona ulcus pedetentim coaluit, dolor in oſſe ſacro imminutus eſt, æger ſenſim amiſſas vires recuperavit.
Jan.	17	ad contumaciam ponitur, quam 27ma Febr. ſaniſsimus terminavit. Uxor per totum morbum absque omni præcautione viro miniſtrans penes uſum mercurialium gravem quidem ptyalismum paſſa; a peſte tamen immunis feliciter perſtitit.
		Hiſtoria XIII.
		Colonus Vaſa Subaſſa, optima ætate, ac valetudine, infelicis convivii pariter hoſpes,
Nov.	7	veſperi poſt levis horroris querulationem omnium ſenſuum abolitione ſubito prehenſus, proxima die jam vivere deſiit. In cadavere nil quidem, quod peſtem arguiſſet, viſum, res tamen uſuatæ combuſtæ, ac vidua cum filiolo ſeptenni in contumaciam poſita eſt.
		Hiſtoria XIV.
		Stana Subaſſa, femina 30 circiter annorum, pueri ſeptenis mater; maritum 7ma Novem. infirmatum 8va ejusdem ex peſte amiſerat: deinceps cum alia etiam familia contaminata commununicans
	21	poſt prandium frigore corripitur, ſequitur calor continuus

Menſis	Dies	
		continuus cum dolore fixo circa præcordia, nauſea, amarore oris, gravedine capitis.
Nov.	22	propinato emetico, quod ipſa plurimum flagitaverat, flavo-viridia, amara cum momentaneo levamine pluries revomuit: linguam ex albo, & cinereo ſpurcam porrexit: inquieta emeticum ultro rogavit: datur emeticum e tart. emet. gr. iv., fit vomitus flavo-viridium, amarorum.
	23	dolor circa præcordia, & nauſea perſtat: porro gravedinis doloroſæ in toto capite ſenſus, ſitis, appetentia acidorum, lingua mundior: noctu inquieta; interdiu ſat commode habet: datur aqua cum oxymelle.
	24	ob immanem totius capitis dolorem tota nocte gemebat: oculi ſunt truces, calor moderatus, ſitis non magna: cetera bona ſibi eſſe dicit: alvum ſemel, aut bis dietim deponit.
	25	dolorem capitis fixum, intolerabilem conqueritur, ad plurimas queſtiones non, aut voce fracta reſpondet: nil aſſumens tota die in ventre jacuit.
	26	cum cophoſi reliquorum etiam ſenſuum functio abolita videbatur: ſub delirio miti exſpirat.

In cadavere nullum exanthema conſpicitur.

Puer, ad Koſtam Szevics translatus, una cum ejus uxore bolos mercuriales ſumens, a peſte immunis perſtitit, febre, quam habebat, intermittente ſalinis percurata.

Cephalalgiam, morbumque vomitorio auctum aperte videns, nulli amplius, de purgantium noxa aliorum periculo edoctus, evacuantia dederam.

Hiſtoria XV.

Gliſe Cyanovich, colonus V. Radinczenſis, vir 30 circiter annorum, ſanus antea, robuſtusque, levatione ponderis

Menſis | Dies

magni hæmoptoen ſibi ante biennium cauſaverat, quæ ſponte quidem ceſſavit; verum infauſto omine ponderis in ſiniſtro thoracis latere ſenſum cum dira neceſsitate huic incumbendi, tuſsiculam crebram cum ſputis puriformibus, ſanguine interdum tinctis, febremque lentam ſub ſudoribus matutinis, vires plurimum atterentem, reliquerat: œconomiam interim pro viribus ſedule adminiſtravit: quod tamen infauſto convivio interfuerit, eum ad contumaciam poſueram, ubi

Nov. 2 poſt horroris, & gravedinis capitis querulationem, e naribus ſubque levi tuſsicula e pulmone plurimum ſanguinem, intercurrentibus animi deliquiis, diu noctuque, læte rubrum, linteamina rigefacientem, nulla arte a ſuis ſiſtendum, atque cum eo animam

4 morbi 2da reddidit.

In cadavere exſangui, nil quod peſtem arguiſſet, videbatur.

Familia, ex matre, relicta emortui vidua, & ſorore conſtans, in contumacia detenta, illius rebus combuſtis, veſtes ſuas, lectiſternia, & utenſilia aeris viciſsitudinibus, & quotidianis tunc pluviis exponebat. Sana fuerat usque

Hiſtoria XVI.

17 Diem, ubi ſoror defuncti Maria, puella 13 annorum, necdum menſtruans, corpore gracili, tenero prædita, febri intermittenti ſæpius obnoxia, a proximo biennio ſana, mente tamen obtuſa, poſt levem horroris ſenſum, calorem cum cephalalgia querulatur.

Acceſsit cardialgia, vertigo, noctu delirium, vomitus materiæ porraceæ, amaræ cum ſiti moderata: primo intuitu vix peſtem, omni ſtudio celatam, credens, in.

Menſis	Dies	incedere tamen juſſam titubare videram: ad tugurium hinc noſocomiale
Nov.	18	cum matre, viduaque fratris temulentam, & adiaphoram devehi curavi.
	19	noctu delirium mite, & vomitus perſtat: mane dolorem in inguine dextro conqueſta, plagam palmæ latitudine leviter inflammatam exhibuit: interdiu ut extra tugurium in ſole ſedeat, juſſeram: erat oculis fractis, facie ſtupida, mœſta, terrea, obaudiebat.
	21	rubor minor, ut videtur, cetera eadem: decoctum corticis bibit: caput parum liberius non dolet, cardialgia etiam minor eſt.
	23	nox tranquilla, dolor in inguine magis inflammato acutior, lingua parum ſpurca: poma aſſa expetita edit, alvum alternis diebus deponit: caput temulentum, calor moderatus eſt.
	24	nox quieta: interdiu extra tugurium fuit: ad interrogata ſat promte reſpondet: de dolore inguinis conqueſta minus ſitiebat: decoctum continuat; diæta lubitui relinquitur.
	25	dolor, & inflammatio major (cum tumore tamen ad quatuor digitos transverſos infra pudenda) interiora nunc femoris dextri tenet: lingua mundior: cucurbitas aſſas deſideratas edit.
	15	bubo in dictis glandulis femoralibus ſepultus, ſponte ruptus, multum humorem glutinoſum effudit: puella oculis vagabundis omnia aſpicit, albugine candidiſsima ſola interdum proſpectante: facies triſtis, terrea, obauditio perſtat: parum edit, vix ſitit, de dolore nonniſi ulceris conqueritur, quod ung. digeſtivo, turundæ il-

 lito,

Menſis	Dies	
		lito, apertum ſervat, & empl. diachylon cum gum. tegit.
Nov.	23	matrem ad latus ſuum ex peſte mortuam ſine ullo doloris teſtimonio amiſerat.
Dec.	1	facilius incedit, præter femur nil ſibi, hocque minus dolere aſſerit: linguam vix non mundam porrigit: obauditio minor, ſitis moderata, noctes quietæ.
	2	aſpectus pavidus adhuc; oculi tamen quietiores, quos magno, ut videtur, molimine, quam poteſt, maxime aperire ſolet: hebetudo mentis: ſepoſito decocto, quod averſabatur, bolos ex cinamomo, & ſaccharo cum extracto cort. peruviani ter de die ſumit.
	6	aſpectus aliquantum lætior; genæ colorari incipiunt; magis adpetit; obauditio ceſſat; promte, ſubmiſſa tamen voce, loquitur.

Perſtante facie ſtupida, menteque hebete feliciter convaluit; ortis tamen a ſaburra in primis viis ſymptomatibus nervoſis nos aliquoties metu recidivæ terrefecerat: vomitu ſpontaneo ſecuto illico convaluit, ſanaque ſeptem poſthac menſibus, ſæpius mihi obvia, perſtitit.

Bubonis in loco cicatrix profunda remanſit.

Hiſtoria XVII.

Vidua Joanka Cyanovich, annorum 30, femina laborioſa, & vegeta, ante connubium cum defuncto ſuo marito, puerum 6 nunc annorum procreavit, ſterilis abinde, ordinate tamen menſtruabat. Die 18va Nov. Mariam e contumacia ad noſocomium ad horæ diſtantiam nudipes, ad ſpeciem ſaniſsima, comitabatur.

Menſis	Dies	
Nov.	19	mane moderatum calorem, cephalalgiam, vertiginem, inſomnia terrifica accuſavit, cumque magis indagarem, ſe
	15	in contumacia adhuc a prandio levi horrore prehenſam fuiſ-

Menſis	Dies	
		fuiſſe, duabusque ſubſequis noctibus, ſub caloris levis, cephalalgiæ auctæ, anxietatisque præcordialis ſenſu, viridia, amara ſæpius vomuiſſe retulit: interim vegeta, filis ducendis occupata, adeo bene proſpexit, ut mihi ſanitatem facile mentiri potuerit.
Nov.	19	veſperi rurſum vomuit: ſitis, cephalalgia, vertigo moderata; facies tamen moeſta obaudienti fuerat: dolores in ſuris lacerantes queritur.
	20	ſponte alvo pluries vermes lumbriciformes reddidit: anorexia, & cetera ſymptomata mitiora.
	21	mala cydonia aſſa expetita illi conceſſeram.
	22	cephalalgia, vertigo, obauditio multum remiſere; ſitis moderata erat; de dolore in inguine ſiniſtro cuti concolore conqueritur: poma nunc aſſa edit, decoct. corticis, & vinum cum Maria bibit.
	24	morbi 10ma dolor in inguine major; reliqua meliora: interdiu in ſole jacuit: capite temulento ſibi conſcia ſat apte, ſermone tamen tardo, ad interrogata reſpondet.
	25	tumor in inguine lucidam veſicam oblongam, ſero diſtentam referebat: peripheria dilute inflammata rubet, inceſſum prohibet.
	26	veſica rupta humorem glutinoſum linteamina vix tingentem effudit: caput liberius; oculi tamen ſtupidi, facies terrea: appetitus melior: empl. diach. c. gum. apponit, decoct. continuat.
	28	ſocrum ad latus ſuum, ſine ullo doloris teſtimonio, contra morem populi, qui, fictis etiam planctibus totam viciniam late implendo, obitum ſuorum lugere ſolet, amiſerat.
	29 & 30	commode ſe habuit: dolor moderatus: bubo pus bonum nunc fundit, cujus oſtio turundam ung. digeſtivo illitam imponit: idem brevi poſt penitus coaluit, ſicque ægra pe-

 nes

Menſis	Dies	
		nes vegetabilem diætam conſvetam convaluit, prioreque vigore recuperato ſana ad ſuos diſceſsit.

Hiſtoria XVIII.

Menſis	Dies	
		Socrus hujus, materque Mariæ, 50 aliquot annorum, ſana, proque ætate vegeta, nullo modo ab hac, nuruque ſeparanda, utut infirmis his absque omni præcautione inſerviret, & pertinaciſsime prophylaxim reſpueret, ſana tamen 9. diebus perſtitit: verum
Nov.	24	veſperi frigore levi prehenſa, calore ſecuto moderato, cephalalgia, vertigine, vomitu æruginoſo, cardialgia non levante corripitur: noctu ex naribus aliquot uncias ſanguinis absque levamine reddidit: interdiu obambulat, ſatque bene, (temulenta tamen) ſe habuit.
	25	noctu inquieta deliravit; mane ſe non dormiviſſe querulabatur: vomitiones cum cephalalgia, vertigine, anxietate præcordiali continuant: oblata præter aquam oxymellitam recuſavit: oculi ſubinflammati, caliginoſi ſunt; lingua munda, alvus naturalis.
	26	cephalalgia moderata, gravativa magis: ægra comatoſa rarius hodie vomuit: dolor ad criſtam oſsis ilei ſuper acetabulo, in tuberculo ſubinflammato acutus: anorexia, adipſia: veſperi epidermis in bullam elevata.
	27	hæc rupta in loco pridie leviter inflammato anthracem florenario majorem exhibuit, dolore ignis inſtar urente moleſtum: caput parum liberius fuit, vomitus ceſſavit: interdiu, ægre tamen, obambulat.
	28	morbi 5ta noctu quieta; mane ſe bene habere cum facie hippocratica gratulabatur: loquax plane, balbutiendo tamen, cum ignem, ad quem ſedit, componit, ſubito moritur.

In

Menſis	Dies

In cadavere nil præter anthracem dictum comparuit: anteriora, quod ventri incubuerit, livebant.

Hiſtoria XIX.

Colonus Nicolaus Baglovich, 40 circiter annorum, corpore bene nutrito, a longo tempore ſanus, ex proxima poſſeſsione Beſſenovo Veliko-Radinczam ad cognatum, amicumque ſuum Kuzmann Bugarſzky die 25ta Oct. pro convivio profectus, etiam ſubſequis diebus eidem lætus interfuit, unde domum revertens, cum fama infortunii eundem præceſſerit, illico ad contumaciam pellitur: hic male valere incipit, horrore cum cephalgia in ſincipite fixa, vertigine, dolore lumborum ſub calore continuo miti, & delirio correptus.

Oct. 29 tota nocte inquietus deliravit. cephalalgia, vertigo major: dolor regionem inguinalem cuti concolorem, pudendaque prehendit.

30 nox, ut prior: interdiu æger, ſibi ſat præſens, partes dictas late inflammatas denudando mihi oſtendit, ſitim nonniſi, & cephalalgiam jam gravativam potius conqueſtus.

31 morbi 4ta noctu delirium auctum: æger depoſitis prius veſtibus fugam occepit; a vigilibus tamen interceptus, cum ad tugurium ſuum reverti cogeretur, ſub limine concidens animam exſpiravit.

In cadavere regio inguinalis, & genitalia inflammata, livida; ceterum nil alienum videbatur.

Familia ſub præcautione poſsibili maxima mortuum ſepelivit, eaque ſana ſtadium contagii exceſſerat.

Menſis	Dies

Hiſtoria XX.

Interea frater defuncti Lazo Baglovich, juvenis 20 circiter annorum, qui me ignaro ab incolis in poſſeſsione celatus latebat, modo, ex metu pœnæ nunquam patefacto, contagium acceperat, indeque, cum familia contumaciæ tempus proxime terminaret, hic in poſſeſsione

Dec. 8 pridie ſaniſsimus, nunc frigus febrile, adverſæ valetudinis ſenſum, cephalalgiam, anorexiam conqueri cœpit, ſuſpectusque ob cognationem, illico ad tugurium noſocomiale novum ponitur.

9 noctem ſibi bonam fuiſſe dixerat; mater tamen ſub delirio miti transactam narrabat: cephalalgia gravativa, calor moderatus: oblatos cibos, ſine tamen famis ſenſu, in mea præſentia ederat: vertiginem negatam, cum incedere juberem, titubando, lapſuque prono prodidit, proxima

10 nocte mortuus.

Cadaver nil, quod peſtem arguiſſet, exhibuit.

Hiſtoria XXI

Mater hujus ſexagenaria Anna Baglovich, ob nuperam prioris ſui filii mortem tota adhuc deſolata, ex contumacia, ubi contagii ſtadium pridem exceſſerat, ad alterum hunc filium, in mea abſentia, a malevolis ſuorum calamitatis unica cauſa habita, pro ſervitio pulſa fuit, mortuumque hunc pariter ſepelivit: prophylaxim, in tot optimo ſucceſſu tentatam, in hac etiam experturus, eadem die illi duos bolos, mercurii dulcis gr. iv. continentes, dederam, chirurgoque, ut mane & veſperi totidem exhibeat, injunxi, verum ille in mea abſentia

11 ſanæ perſtanti nil dederat.

12 feminam ſanam adhuc ratus, ex plurium defectu unum

ex-

Mensis	Dies	
		exhibens, discefsit: paulo post supervenio, & ex femina, se, pridie vesperi febre correptam, nunc cum anorexia capite dolere, intellexi: pestem jam adesse nullus dubitans, ut nil amplius sumat, seque bono animo in pace contineat, dixeram.
Dec.	13	morbi 2da, unum rursum bolum chirurgus porrexit: dicta omnia majora: anorexia, sitis, lingua spurca, diarrhoea adfuit.
	14	cephalalgia major, incessus hucdum liber; nunc vagus: sitis continuat, genæ rubent, oculi lacrymantur: alvum diarrhoicam 4ter, 5ies per diem deponit.
	15	dictis, intensitate majoribus, sermo præcipitatus, balbutiesque accefsit.
	16	dolor in colli sinistra parte laterali illico supra finem claviculæ, quam macula rubra notabat, magnus: cephalalgia fuit moderata.
	17	vox fracta, rubedo, dolor tuberculi, anthracem quasi daturi, major: oculi lacrymantes.
	18	vox haud intelligibilis, musitatio sola, auditus bonus, incessus hucdum, utut titubaret, liber; hodie impofsibilis: sitis, anorexia perstat: vesperi mortua est.

In cadavere plaga dicta, prius inflammata, nunc cum tota anteriori parte, quod ventri per noctem incubuerit, livebat: reliqua naturalia.

Diarrhoeæ perniciosæ, utut refrigerium etiam adfuerit, mercurium ansam præbuisse nullus dubito.

Possefsio Bessenovo abhinc sana perstitit: reliqui ex familia, non contaminati, optima valetudine contumaciam exegere, abindeque sanifsimi domi suæ vivunt.

Menſis	Dies

Hiſtoria XXII.

Jovan Markovich, colonus Gergurevczenſis, vir 30 aliquot annorum, ſanus, robuſtusque, poſtquam mercenarius die 22da, 23tia, 24ta Oct. V. Radinczæ apud Kuzman Bugarſzky zeam mays collegiſſet, die 25ta ejusdem cum aliis letifero convivio interfuit: inde domum reverſus, eapropter cum femina, duabusque prolibus ad contumaciam ponitur, ubi

Oct. 29 febrem moderatam accipit, cui cephalalgia, noctu plurimum aucta, ſincipitis maxime, & vertigo ſuccesſit.

30 noctu delirium inquietum, cephalalgia major, anorexia, ſitis, ſtremor univerſalis, paraphonia: dolores iu fovea ſubaxillari, & inguine dextro, alta voce interrogatus, inter deliria conquerebatur.

31 noctu delirium continuum; interdiu mitius: innumeris vicibus ſurgere volens, miſerrimo ſpectaculo pronus concidit, capite humum feriendo, quod attollere fruſtra identidem laboravit, nulli intelligibilia continuo muſsitans: veſperi aphoniam, omniumque ſenſuum abolitionem non advertendo tempore mors plena exceperat.

In cadavere regio inguinalis, & genitalia inflammata, livida adparebant.

Uxor, in anguſto tugurio absque omni præcautione illi inſerviens, mortuum etiam ſepelivit: ſervata tamen cum prolibus, ſana ſupervivit.

Nemine adeoque alio ab hoc contagio adfecto ſana poſſeſsio Gergurevcze perſtiterat; donec, ob turcica de prædeſtinatione principia, non prohibendo cum contaminatis incolarum commercio, per familiam Bernyaſſovich; &, hominibus ne tunc quidem adhuc cautioribus, per Theodorum Vaſsilich novus calamitatis fomes adferretur.

Illa

Men ſis	Dies

Illa repente vix non tota exſtirpata, ad alias; in hac vero ultra filiam progredi feliciter impedivimus: Petro tandem Németh in contumacia ſub ipſa eruptione reſtituto; ſana etiam hæc poſſeſsio a 29na Jan. perſtiterat.

Beſſenovo-Pernyavor, quarta mihi concredita poſſeſſio, per Cſiram Vutsenovich Jazakino contagium acceperat: præter Kuzmann Pautskovich, & veſpillones tamen ad neminem extra familiam, facta matura ſeparatione, malum propagatum eſt.

Tot mortium, morborumque, in quantum per millenas, nonniſi experto credibiles, alias curas, laboresque licebat, in plerumque ſibi relictis ægris attentus contemplator, diligenti omnium ex conſideratione, depoſitis prius de peſtis indole præconceptis opinionibus, de proximiori contagii effectu, quid ſentiam, paucis proponam. Non tamen, quod precor, verbis; ſed factis data occaſione experimentis oppugnari ſententiam volo, quod in ſimilibus non illam; ſed hanc ſolam audiendam eſſe, neque naturam theoriis; ſed has illi adcommodari debere credam.

Contagium, gas peſtiferum (ſit venia verbo), materiæ odorum quodammodo ſimile, per nares, reſpirationisque organa, forſitan ſola, in corpus humanum ſuſceptum, modo inconceptibili 21 diebus absque ſenſibili effectu ullo latere poſſe experientia quemque docuit.

Effectum inopinate exerens, vim vitæ, ſenſilitatem, & irritabilitatem in primis ſyſtematis vaſorum delendo, plethoram ſic dictam ad vires inducit: ſanguis, robore cordis, & arteriarum fracto, in laxiſsimis encephali vaſis omnium primum ſtagnando, viſcus vitale comprimit, eoque cauſam ſui rurſum augens, apoplectice in maximo gradu hominem, paulo antea ſaniſsimum, momento citius

 necat

Mensis	Dies

necat: fecus gravedinis plumbeæ fenfum, cephalalgiam, aliosque a compreffo cerebro pendentes effectus, animi deliquia, abolitiones fenfuum, vertiginem, fopores, tremores, fpasmos univerfales, vomitus fymptomaticos inducit.

Cardialgia maxima, anxietates præcordiales, hypochondriacæ, hæmorrhagiæ variæ, fimilia in aliis vifceribus laxis fieri (epigenomeno tamen, ut puto, effectu), palam evincunt.

Febris fubfequa, morbus fecundarius, accidentalis, fi ftafis in encephalo levior fit, vires vitæ atterendo, & fanguinem verfus caput magis urgendo, malum, periculumque inde augere potius credo; utut pro mitiori pefte fufferenda neceffariam, quod absque febre nullum hominis fanati exemplum viderim, fuftinere debeam.

Apoplexia contaminatis, ad ultimum momentum fanisfimis, fubito letalis, cephalalgia, gravedo capitis plumbea, ante febrem peftilentialem plerumque ortæ; folæ alias peftem letalem conftituentes; periculum mortis apud omnes in ratione directa cum capitis affectionis vehementia incedens, quam unanimiter prefsionis mechanicæ fenfu accufant; huic plerumque refpondens, prouti hanc, vel illam cerebri regionem plus, minusque tenet, fenfuum integritas, hebetudo, vel abolitio; adynamia, anæfthefia, paræfis, fpasmi, fopores, lapfus impotentes, cubatio prona, vel fupina neceffaria, impotentia caput elevandi, vertigo, oculi fixi, truces, involuntarie moti, pupilla ampla, amaurofis pulfus, naturalibus tardiores fæpe, fecus parvi, molles, celerrimi (quod præter invite capta pericula propria D. D. Buday, & Haafz debeo), cephalalgiæ, & gravedinis ad corporis motum, & emetica

au-

Mensis	Dies

augmentum; hæc, inquam, totidem evidentiſsima compreſſi cerebri ſymptomata, conſveta, neceſſaria eſſe exiſtimo.

Unum hydrocephali in infante, ubi aquam; alterum metaſtaſeos rheumaticæ, ubi materiam multam glutinoſo — ſeroſam; tertium, ubi poſt ictum vehementem multum ſanguinem in encephalo extravaſatum inveneram, Peſthini obvia exempla, mortemque in his prægreſſa ſymptomata me ad hanc analogiam perduxere.

Qua ſtante omnis perſpicit, quæcunque roborantia, excitantia, ſtimulantia, nervea, niſi, cerebro prius a mole premente liberato, viſcus vitale functioni ſuæ corpus vivificandi reſtituatur, humorumque adeoque maſſa, cum reliquis vitæ viribus in æquilibrium deducatur, fruſtra omnino exhiberi.

Interim autopſia, cum diligenti indagine conjuncta, tres omnino gradus ſedulo diſtinguendos docuit.

Primus, ubi cephalalgia, & vertigo moderata, delirium nullum, aut mite, nocturnumque nonniſi, atque ægri de die ſibi præſentes febriculam exiguam habent. Tales tuto ſibi committi omnino poſſe innumera exempla feliciter ſuperatæ absque omni artis auxilio peſtis docent.

Secundus, ubi cephalalgia, & vertigo aliquantum majores, functionesque animales magis etiam interdiu turbatæ, febris vehementior: hosque remediis, quæ viribus vitæ erigendis, ſuſtinendis apta ſint, ſervari poſſe tum propria experientia; tum naturæ ordo polliceri videntur.

Tertius vero, ubi ſcilicet cephalalgia vehementior cum gravedinis plumbeæ, fixæ, cerebrum prementis ſenſu, ſenſuum obnubilatione, &c. adeſt, abſolute venæſectionem, eamque mature, ac affectioni capitis, &c. proportionate inſtitutam exigit, atque ea ipſam apoplexiam, ubi præſens auxilium eſt, ſolvi poſſe credo, veram

Menſis | Dies

plethoram (ſic dictam ad vires) eſſe exiſtimans: experimento tamen, quod plurimum dolebam, comprobandi opinionem, occaſio defuit. Quomodo bubones, anthraces naſcantur ut explicem, nemo deſideret: me enim ignorare ingenue fatebor.

Magis perſpecta hoc modo, ut exiſtimabam, morbi indole, unum, qui mihi adhuc occurrit, ægrum hac ratione tractavi.

Hiſtoria XXIII.

Petrus Németh, natione hungarus, 40 aliquot annorum, vir fortis, laboribus exercitatus, vertice tamen jam calvo, poſt Marci Páſtor mortem illi ſuffectus, valetudinem ſuam, cautus in periculis, intaminatam conſervavit: potui tamen vini deditus, cadavera ex peſtè mortuorum, neglecta omni præcautione, nuper tractaverat, ſanus interim, donec

Feb. 14 de adverſa valetudine conquereretur.

1796 15 veſperi heri ſibi febrim obortam, ſeque tota nocte inquietum fuiſſe; nunc magnum capitis (quod vix elevabat) dolorem, gravedinis in encephalo ſenſum, univerſales totius corporis, & ſuper media coſta ſeptima in enato ibidem tuberculo, parum inflammato, acutiſsimos, per intervalla pungentes dolores ſe ſentire dixit: inceſſus vagus, titubans fuit, lingua munda, anorexia cum ſiti magna: æger viribus proſtratis, puſillanimis fuit.

Omnibus his conſideratis peſtem veram adeſſe nullus dubitavi, atque, cum circa veſperum omnia augeri viderem, juxta præmiſsis conformem indicationem, facta illi venæſectione larga, ultra lib. j. ſanguinis detraxi, cumque toto corpore tremeret, neque tamen gravedinis ſenſum multum imminutum diceret, per ſocium ſuum Ko-

váts

Mensis	Dies	
		váts Iſtván deligata vena, ut cubitum eat, titubantem juſſeram: una do illi ſequens remedium:
		℞. liqu. anod. m. H. ſpir. c. c. āā ſcrup. ij. ol. c. c. fact. gr. j.
		Sumit ex eo guttas xxx aliquot cum ſacharo, & infuſum ſambuci, quantum poterat, calidum: æger in profundum ſomnum illico labitur.
Feb.	16	tota nocte ſe bene dormiviſſe retulit, corpore toto ſudore diffluente: in capite medio tamen gravedinis aliquem (parvi lapidis dicebat) ſenſum ſupereſſe conquerebatur, bene tamen inceſsit: anorexia, ſitis perſtat; reliqua bona, aut meliora; corpore parieti affulto ſedere poterat. Ex pulvere ſternutatorio viridi interdum quid attraheret, juſſeram.
		Veſperi, ſi gravedo ſuperfuiſſet, venæſectionem repetitum veneram: verum æger, ſe ſaniſsimum jam profeſſus, alimenta petiit, paucosque poſt dies, viribus cito recuperatis, ad ſuos labores rediit.
		Morbum veram peſtem fuiſſe nemo adſtantium dubitavit. D. chirurgus & venam incidere, &, operatione peracta, mutuatum ſuum phlebotomon recipere metuit.
		Prœter hic allata, nemini quicquam exhibueram, ſi infuſum corticis chinæ juveni gergurevczenſi Bernyáſſovich fruſtra exhibitum, & pauca Jazakini initio Septembris capta pericula excipiam.
		Monere tamen debeo, omnes fere, aut plurimos ſaltim meos ægros, ſæpe male veſtitos, in libera athmosphæra (miti quidem hoc anno ſatis), & in tuguriis ſubterraneis, igne nonniſi aperto temperandis, decubuiſſe.
		Quodſi feminæ, ut puto, plures mortuæ ſunt, & ægrotarunt, id tractationi ægrorum ſuorum, quam, uti

omni

Menſis	Dies	
		omni alia in natione, ſui officii partem judicant, & tenerrimo affectui, quo in ſua pignora, omnia pericula ſpernentes, feruntur, adſcribi etiam debet.

*
* *

Præter hiſtorias ægrorum, in ipſum diſſertationis tenorem inductas, alias aliquot vir cl. mihi transmiſit, quas iſthic ſubnectere maxime congruum judicavi. Schraud.

Hiſtoria XXIV.

Menſis	Dies	
		Catharina Vutsenovics, puella 16 annorum, laxi, tenuis habitus, menſe Octobri per 14 dies febrem intermittentem quotidianam habuit: illa ſponte ceſſante, 21 diebus ſana fuit, laboribus ruſticanis occupata.
Nov.	7	rurſus quotidiana corripitur, cujus paroxyſmi a prandio, quod ſapide ſumſerat, cum frigore mediocri cœpere: ſub calore aderat dolor ſincipitis: acceſsione poſt mediam noctem finita, puella ſaniſsimæ ſpecie obambulare, ſolitisque laboribus defungi poterat: medicamenta nulla ſumſit.
	12	febris ſuapte plene ceſſavit: ægra in inguine ſiniſtro dolorem, ac tumorem magnitudine nucis percipit: ipſo ad bubonem unguento digeſtivo uti non vult.
	22	bubo continua inflammatione ſuppuratus, & apertus pus contentum evomuit, puella vegeta, & vinum appetente. Perſtante valetudinis bona conditione, bubo ſub ſequentis menſis initium coaluit.

Hiſtoria XXV.

Menſis	Dies	
		Thoda Vutsenovich, femina 20 circiter annorum, habitus laxi, pinguiuſcula, capillis cinereis, menſtruorum

fluxu

Mensis	Dies	
		fluxu femper regulari ufa, maritum ex pefte amiferat: cum focero, focru, hujusque puellula ad contumaciam pofita, hos omnes usque
Nov.	10	ex pefte amifit, quibus omni cum fedulitate, omnisque cautelæ contemtu miniftravit.
	16	corripitur febre levi, facie plurimum rubet, calores, cephalalgiam, vertiginem, multam fitim queritur, inquieta oculos furfum verfus diftorquet, albuginea fola profpectante: triftis, meditabunda quafi, alimenta recufavit.
	18	dictis dolor lancinans in crure dextro toto fuccefsit, continuus, moleftus, motum prohibens.
	20	dolor memoratus ad interiora femoris ad 4tuor digitos transverfos infra pudenda concentratus fuit, libero cetero pede: porro caput liberum, appetitus melior, inceffus fat liber.
	25	in loco affecto levis inflammatio tumoris fub carne fepulti, nucis circiter magnitudinem habentis, comparuit: dolor moderatus eft: ægra ceterum bene habet: datur emplaftrum diachyl. c. g.
	27	inflammatio fe fubducit, tumor perftat: ad eum datur: ℞. Pulv. zingib. — fem. finapi āā unc. j. — canthar. dr. ij terebinth. unc. j. axungiæ porci q. f., ut f. empl. ftimulans.
	30	inflammatio, fed tantum fuperficialis caufata, nil in tumore mutavit.
		Abhinc, quod frictionem panno laneo, comprefsionemque crebram tumoris negligeret, neque emplaftrum diligenter fatis applicaret, tumor, ut fuit, perftitit usque finem Decembris 1795: menfe Januario applicitis afsiduo

 ca-

Menſis	Dies

cataplasmatibus ſinapiſatis faſtigiatus tandem, ac colliquatus tumor eſt, ac denique iterum coaluit.

Hiſtoria. XXVI.

Nov. 14 Petar Vutsenovich, vir 30 aliquot annorum, facie atrabilaria, oculis, capillisque nigris, robuſtus, ſine frigoris præegreſsi ſenſu, calore continuo corripitur: bene ceterum ſe habens, laboribus ruſticanis præfuit.

19 gravedinem capitis, & vertiginem conquerebatur, inceſſu titubans: anorexia, ſitis adfuit: in dextri humeri clavicula anthrax cernitur thaleri magnitudine, lingua eſt ſordibus candidis ſpurca: oculos albuginea ſola proſpectante rotabat; ſat commode tamen incedebat: illico ad noſocomium mittitur: omnem medicinam detrectat, ne anthracem quidem inquietus deligari ſinit.

22 tota nocte deliravit, fugamque intendit: uxorem prehenſis omnibus, ubi poterat, verberabat: cadens ſæpius in ſuo curſu, diutiſsime caput attollere fruſtra moliebatur, ſemper eodem primo terram feriens: interrogatus interdum apte reſpondit, capitis dolorem querulans: lingua ſpurca, ſitis cum hydrophobia fuit.

23 ſupine tandem jacens, ſub continuo, miti delirio vivere deſiit, omnis prius, ut videbatur, ſenſus expers.

In cadavere præter dictum anthracem nil apparebat.

Hiſtoria XXVII.

Uxor Petri Vutsenovich, 27 circiter annorum, robuſta, toroſa, capillis ſubruſis, a viro vi ſeparata, noctu ad eundem revertitur, ac omnimode cum eo communicat.

Dec. 3 prolem ſuis uberibus altam, annuam, ex peſte amiſerat.

Conſilio nunc aliquantum cedens, usque 10mam menſis bolos decem, mercurii dulcis gr. xxx. continentes, abs-

que

Menſis	Dies	
		que omni ptyaliſmi prodromo, aut febris mercurialis ſigno abſumſit: ut plures ſumeret, ſeque intimo conſortio ægrorum affinium, & veſpillonum ſubtraheret, pervicaciter recuſavit.
Dec.	16	corripitur frigore levi: ſequitur febris continua, valida, ſudor ſat magnus: lingua eſt ſtricta, alba, ſpurca, adeſt cephalalgia, anorexia, ſitis, dolor in inguine ſiniſtro: nil ſumſit.
	27	morbi die 2da eadem: reſpiratio ſublaborioſa, oculi humidi: ægra adhuc obambulat, evacuationes naturales ſunt.
	18	morbi 3tia ſingultus, cardialgia, delirium: dolor ſub axilla novus; in inguine auctus.
	19	morbi 4ta omnia vehementiora: reſpiratio laborioſa, anxietas præcordialis ſumma, ſitus erecti impotentia.
	20	inflammatio magna regionem ſubaxillarem corripit, veſica humore plena ſemet formante: delirium continuum.
	21	morbi 7ma veſica rupta contentum humorem effudit: ægra ſub inquietudine, anxietateque præcordiali ſumma moritur.

In cadavere, ceterum nitido, cernitur inflammatio regionem inguinalem tenens, ac veſica rupta ſub axilla.

Hiſtoriæ XXVIII. — XXXIII.

Familia Bernyaſſovics.

	4	Cadaver feminæ aſpectum Gergurevczam evocor: id, anterius nullo peſtis ſigno notatum, cum inverti curo, petechias vix viginti, quarum duæ lentis magnitudine, & nigræ fuere, invenio: interea chirurgus, qui ægram viderat, ex vicina poſſeſsione ſuperveniens, illam pridie febre acuta laboraſſe, & inquietam ſemet in lecto jactitaſſe retulit: conjuro familiam, ut mihi prægreſſam ne-

Menſis | Dies

ſors contaminationem fateretur, una præſens remedium prophylacticum pollicitus: verum omnes unanimiter, ſe nullius contaminationis conſcios, ſancte affirmant: ægram ipſi ſoli tumulent, impero, domui vigilias appono: ſæpius deinceps viſitatam familiam ſanam invenio.

Dec. 16 cum domum intro, feminam 40 circiter annorum, puellam unam 17; alteram 15 annorum, pridie infirmatas, de cephalalgia, & vertigine conqueri audio: ſtatim omnes ad contumaciæ locum deferri curans, eas omni momento pejus, pejusque valere videram: mater adeo viribus lapſa fuerat, ut ex curru, quem ipſa conſcenderat, deſumi debuerit: pariter & puellæ, ſibi antea præſentes, continuo nunc in delirio gemebant: reſpiratio parva, acies oculorum fracta, crura ſupine jacentibus attracta, ſurgendi impotentia: veſpere ſenſuum omnium abolitio, reſpiratio vix perceptibilis.

17 mane utramque puellam mortuam invenio: mater facie hippocratica, oculis fractis, reſpiratione difficili circa meridiem pariter mortua eſt.

Solus jam pater ſenex ſuperfuerat, phthiſicus a longo tempore, nunc vero calamitate tanta adeo fractus, ut paulo poſt ſucceſſurum metuerim: ſepelivit tamen familiam, refectumque alimentis imperatis ubi jam ſupervicturum ſperaſſem; male ſub incendio tugurii multatus paucas poſt dies pariter exſpiravit.

Reſtiterunt filii duo, Stoiko, & Zſivan Bernyaſſovics, cuſtodes antea ad cordonem circum Pernjavor, nunc inde ad contumaciam accerſiti: cujus quatuor ſeptimanis transactis, cum ad depurationem domus paternæ adhiberentur;

Jan. 1796 18 Zſivan Bernyaſſovics juvenis 28 annorum, capillis oculisque nigris, bene cretus, febribus tamen intermittentibus frequenter obnoxius, aſpectu fatuo, ſegnis, moro-

ſus

Menſis | Dies

ſus, a prandio cephalalgiam ſentire cœpit: circa veſperam ſenſus frigoris univerſalis, cephalalgia major fuit: oculi rubicundi, ſitis, nox inquieta.

Jan. 19 frigoris, & cephalalgiæ ſenſu perſtante, lingua alba, ſpurca; oculi ſat vivaces fuere: ſitis continua, in fovea ſubaxillari dolor.

hodie frater, in aliud tugurium translatus, illi ſub præcautione inſervire juſſus eſt.

20 noctu inquietus fuit: mane cephalalgia major, vertigo, gemitus, ſitis, vomitus amarorum, lingua magis adhuc ſpurca, alvus naturalis, ſenſus frigoris continuus, ſenſusque doloris ſub axilla: ſermo minus expeditus fuit.

21 nox inquieta, gemitus continui: nunc ſibi ſatis præſens, de perſtante frigoris ſenſu, anorexia, ſiti, dolore ſub axillis, quam capitis, majore retulit: genæ rubebant, oculi puri, auditus, viſusque boni fuere: lingua ſtricta, alba ſorde ſpurca apparebat, tuſsis rara reſpirationem ſat liberam interpellabat: ſupine jacens ſub tremore continuo, & inani, fatiganteque molimine ſurgere fruſtra nitebatur: ſermo nonnunquam tantum liber, ſubſultus tendinum, convulſiones leves muſculorum faciei videbantur.

22 mane ſibi præſens ad interrogata reſpondit, dolorem fovearum ſubaxillarium, & impotentiam ſurgendi conqueſtus: paulo tardius tamen in ſtatum ſoporoſum relapſus, circa meridiem mortuus eſt.

In cadaveris fovea ſubaxillari tumor avellanæ magnitudine tangebatur.

Frater Stoiko prophylaxi mecuriali ſtatim, & aſsiduo uſus immunis a peſte ſuperſtitit.

Hiſtoria XXXIV.

27 Kumria Vaſsilits, puella 19 annorum, capillis nigris, cute ſubfuſca, bene creta, ſana, menſtrua ſua regu-

Menſis	Dies	
		lariter habere ſolita, a meridie valetudinis adverſæ ſenſum querulatur, obambulans interim, ſapideque comedens.
		poſt mediam noctem ſubita omnium virium proſtratione, cephalalgia gravisſima, vertigine corripitur, æſtuat, delirat.
Jan.	28	mane oculos fractos, rubicundos, ſtupidos, linguam profunde rubram, parum ex albo ſpurcam habuit, obaudiens balbutiebat: inter deliria, genitusque de dolore univerſali querelæ, tremor artuum, ſurgendi impotentia, lapſus impotens, anorexia, ſitis, nauſea: aquam cum aceto expetiit.
	29	nox inquieta, ſitis major: mane facies plurimum mutata, oculi profundi, circulo livido cincti: ex delirio miti, continuo aliquantum ſibi reddita, cras ſe morituram dixerat: circa tamen meridiem anheloſe ſpirare incipit, paulo poſt moritur.
		In cadavere facies, cui incubuerat, livida fuit.

F.

F.

MICHAELIS GELLEI

M. D.

Expoſitio epocharum thermometri, barometri, pluviarium, caloris, frigoris, durante Vukovarini peſte obſervatarum, & ſpecificatio influxus, quem eadem ad variandum peſtis typum habuerunt.

Operæ pretium fuerat, omnes die nocteque aeris conſtitutionum, caloris, frigoris, & ventorum calculare vices! has, officioſis relationibus tabellararibus caſte obſervatas, ad incl. commiſsionem regiam perſcripſeram: tæderet eas rurſus deſcribere. Ex iis, quantumcunque talibus ſua exornent authores opera, tandem vanitas hypothetica de epidemico peſtis attemperamento patet. Unde ſummarium tantum perpendimus.

Sic Auguſto exeunte, & menſis Septembris initio, ardente licet tumdum Syrio, uti ſumma ſuſceptibilitas, & ſtrages pullulabat; ita eadem in cumulatas vet. Vucovarienſium domos non ultra commiſſum attactus, aut contrectationis certæ reatum penetraverat.

Tum quidem thermometri calor, ſiccifsima coeli ſerenitate, inter 16tum, & 18vum gradum therm. Fahrenh. alternabat, ſpirantibus auſtro — zephiris.

Sed nec obortis a 14ta ad finem menſis Septembris occiduo-boreis, qui hic litore Danubii alto refracti ſpirant, ulla minor contactui inerat malignitas: atat, ſicuti prius, calida athmosphæra vigente, ægri peſtiferi typo fere apyreto (ſolo uno, alterove inhorreſcentiæ paroxysmo excepto, qui febrem intermittentem in acceſ-

acceſſu ſimulabat) ſyncoptice oppreſsi perierant; ita hac aeris in frigus ſiccum mutatione oppreſsio thoracis, præcordiorum ſtrictura, ſuffocatio pejus ægros jugularat, reſtagnationem humorum, circulationis, ſuccisa veluti cordis actione, ſyncopen letalem reddiderat. Atqui tum inflammatoria occultiſsima peſtis natura ſat appa-ruerat: ſat rarum erat, ſyncoptice extincto ægro thorace, & corde compreſſo illud rurſus reddere circulationis momentum, quo novæ, ad 9. detractiones pulſæ, ſanguinis vacuationes inſtitui potuiſſent: tam dira nem, datæ in libertatem, quæ ſubſtiterat, circulationi, & virium vitalium vere oppreſſarum actioni ſuccedens, ſeſe explicuerat inflammationis occultæ vis, quæ criſibus perfectis per ſudores non urſos, continuatiſsimos, ſalubriter cum veneno ſubigebatur. Paucisſimæ epiales ſporadicæ febres acceſſu hoc auræ frigidioris in inflammatorias æque vertebantur: tres uni in Cſerits contigere tales abſceſſus, qui pro bubonibus imponebant; aſt oſtenſo, qua adigendus culter eſſet, loco, profuſo pure metaſtatico copioſiſsimo, omnem contagii ſuſpicionem abeſſe decidebant: epiſtotoni tum duo, unus emproſtotonus, tetanus unus, quatuor apoplexiæ porro tum occurrebant in tota cis lineam mangyeloſienſem, tunc mihi curanda, provincia: illi, ut & pleuritides, & apoplexiæ binæ, intenſo antiphlogiſtico apparatu curabantur.

Pariter ægri illi peſtiferi influxum frigoris dira letalitatis acceleratione luebant, qui prædeſtinationis fide nullam medelam admiſerant, quin imo odia in mederi cupientem extrema fovebant propterea, quod a reliquo oppido recluſi eſſent: unde ex maleſana vindicta atterendo per contagium mihi quoque ipſi intenti manifeſte fuerant, fecerantque, ut non niſi ſatrapa, & magiſtratuali perſona ſtipatus accedere potuerim. Hi ægri, uti alias manſvete ſyncoptici; ita nunc obrigentes perierant.

Menſe Octobri ſucceſsit non minus inſolitus calor, & auſtrofavoniorum ateſiæ: thermometrum, raro infra 14tum gradum dehiſcens, etiam 18vum rurſus attigerat.

Qui

Qui nullam adhibebant medelam, toxica nuncupatam, ægri, in ſpontaneo morbi decurſu caſta cum veritate obſervari potuerant. Hoc tempore peſtis hæc præcipua manifeſtarat.

Peſtem, ſententia medici pronunciatam, ægri in contradictionem protecti, præoſtentato, ut inſoleſcebant, ſanitatis vigore zingaricos in ſaltus gyrati, agitati, pernegandam magiſtratuali perſonæ oggerebant, medici impoſturam incuſabant: adeo ſubdolum facile ferebant morbum, & ſanis ſimiles recinctu circuibant ſuo! ſed, quum minime putarant, quieti, jus, cibum ſumturi, quem vix nauſeabant, fatiſcentes cadebant, perierant: alii anxii, & anheli tam ſub inſpiratione, ut duo, perierant; quam, ut unum vidi, ſub exſpiratione, ut adeo alios, & alios periiſſe contigerit letum inſpirando; vitam exſpirando.

Bulloſi tum anthraces, bubones anthracici, turgentia, ut in antlia pneumatica, ſuffuſionibus lividis, veluti ſugillata, cadavera, petechiæ, carbunculi, vibices, uti & ſuffuſiones ſub ipſo anhelatæ profundæ inſpirationis molimine protrudebantur: reſpirii tum, & corporis tranquillitate, ſine turbis, vita tranquille diffluebat: obſervaturos talia medicos ſimili tempeſtate ſpero, ſi, bono ſole, attracto ſurſum induſio ægrum profunde inſpirantem ſpectaverint: reapſe tum, reſpondere majores ſuffuſiones inſpirationi, convincentur: id quod ad continuas, ſimiles ſibi deſcriptiones de ortu carbunculorum, &c., non ſemper ita obtinentes, ſerviet: etenim, ut carbunculi, vibices, & petechiæ ſubito ſæpe cuti ſuffundebantur; ita hæc, quaſi ecchymoſes eſſent, per veras cruoris quaſi extravaſati ſuffuſiones orta fuiſſe, adacti ſtigmatibus petechiarum, vibicum, & carbunculorum ſyderationibus cultri manifeſte docebant: ſic nempe denſus cruor apparebat, & ex ſuffuſionibus talibus grumi extrudendi prodierant, id quod nuſpiam hucdum ab authoribus notatum ſcio, licet petechias ad ſummam profunditatem ſtigmate ſuo penetrare referat Diemerbroek, & Barbettet. Talem carbunculum cum lata 1½ pollicem cauda, & vibice magnitudinis inſolitæ per chi-

rurgum Zsárnoczy cultro, & forficibus in viro Ilia Villjercfits mortuo publice coram præpofitis perfonis in lazareti cœmeterio, quin corpus hoc manu tangendum fuiffet, difcindi curavi, ut phœnomenis, quæ infolita promo, fidem teftibus firmem.

Atat, qui alterum diem attigiffent, tales carbunculi, vibices, petechiæ non jam amplius liquidæ, non molles fuerant cruoris ecchymofes; fed glutinata fibris mufcularibus cute, ubi panniculus adipe non farctus erat, fine bullis efcharam fiftebant, interne pejus peruftam; quam externe in cute tumdum appareret: *) atque fic ante, & fub initio inflammationis limborum, non admiffa medela, duos alios perimebant.

Fatifcentibus hac tempeftate viribus uti periculofa erant quietis otia; ita per faltus inconditos, per motum majorem concitato circulationis vortice, fanos qui fe oftentare geftiebant ægri, repente cadentes, calumniam diagnofis meæ, ad concitandum magiftratum intentatam, morte piarunt: qui ftringente rubro vino, qui afveto cremati prunacei (Rakje) potu turgentem circulationem lacefsiverant ex pefte ægri, præfocati cadebant, aera, ut pifces extra aquam, captantes, ofcitantes.

Pro meis in medendo principiis, curari, & fubigi morbos, fi plethora vera, vel fpuria vires vitales non obruat, bene gnarus homines hos ceneangicos non effe, pulfu licet intermittente, parvo, retracto, non minus in hoc ftadio tempeftatis æftuofæ; quam in

*) Similem obfervationem dedit Paræus oper. libr. 22, cap. 36. „Dum „Parifiis (ait) in nofodochio dicto l'Hotel-Dieu pefte laborantes ægros „invifi, in quibusdam tumores in emunctoriis delitefcentes animadvertens, morte fubfecuta, curiofus in parte indagavi caufam, al„teque adacta novacula deprehendi carnem uftulatam, quafi a ferro „candente inuftam." Id quod multum refert fcire ad bubones nimium dolorificos, disparentes: æger quidam, applicitis fibi acribus, mortuus, collapfo bubone, interne talem peruftulationem habuit.

in illo frigido larga cruoris denſati detractio ſub ipſo, ſi fieri potuerat, morbi initio aliis, & aliis fiebat: oſcillationes cordis, & arteriarum reſtituebantur, & morbum ſalubriter ſubigendum ſine eruptionibus illis carbunculorum, bubonum, &c. bis præbuerant. Primo ſtadio prætervifo, celatove, ſuffuſionibus ſuccedentibus jam prodeſſe non potuerat in caſibus tribus; licet falſo (talibus carbunculis jam ſubverſantibus, & pulſu multum ſerrato, contracto exiſtente, ut in nominato viro Villjercsits) phlebotome nocuiſſe a plebe ſugillaretur: hic etenim detractus de vena cruor binis poculis poſt multas horas ne guttam quidem laticis aquoſi; ſed nimiam phlogiſticam cruſtam exhibuerat, imo poculis inverſis excuti plane non potuerat: id quod ad probandam Williſii opinionem, liect a judice non competente Carolo de la Font, qui peſtem nunquam vidit, peſsime traductam, coram domino invitato collega Czörfux oſtendere geſtiens, quatuor chirurgos, Brüderl, Czvetkovits, Mihailovich, Zsárnoczy, teſtes appello: id ad fidei legalitatem propterea, ut tandem ceſſet illa hypotheſis, quæ ubique disſolutionem metuit, quæ putredinem in exceſſu ſubſtruit, quæ ſtringentibus, coagulantibus homines enecare docet, quæ phlebotomiam in peſte damnat, quæ, eliſas nimio, ut ſane eſt, ſtimulo peſtis vitales vires, vitales ad propellendam circulationem cordis & arteriarum vibrationes pro vera ſemper virium vitalium proſtratione apprehendendo, ad quæ ſtimulantia non convolat?

Sumſiſſent ægri medelas; potuiſſet pro tanta denſi cruoris glutinoſitate & mora morti præripi, & ſufficientia diluentia ingeri; quinquaginta ſeptem ægri prædeſtinationis creditæ victima ex peſte non occidiſſent: atat nec decocto, nec potu theato, nec mixtura acceptata, aliter ſane præjudicii convicio, medelam pro toxico diffamanti, ſuccurrendum erat, aliter indicationibus ſimpliciſſimis ſatisfaciendi; aliter ſalutis reſtituendæ ſpes fulciri debuerat.

Erat vindemiatio: cada utrinque exponebantur; muſtum prætervehentes largam fundebant pro lazareti ægris decimam;

muſtum recens tepefactum ægris frequentibus cyathis ingeſtum transfudebatur: hauſerant libenter, ſambuci baccas maturantes coxerant, ederant: juſta carnium portione cuilibet competente, oſsibus pinguibus pinguia juſcula coquebantur, & pultibus hordei mucilaginoſa reddita, aceto communi exacuata, multum tepide ſorbebantur, & ægri ſanabantur, phlebotome, iſto potu, & diæta pro medela non reputata: ſic lucrari oportebat rudium fiduciam; ſic contra præjudicia luctari: a ſtimulantibus cavebatur: atque ſic ſenſim ſine ſenſu a prædeſtinationis fide reductis factum, ut deinceps per convaleſcentes bene perſvaſi alii peſte infecti ad numerum 79 ſanatorum aſcenderent, medelis jam tunc locum daturi.

Sed, quod multum commendabile cenſeo, aura in moreto, quod in lazaretum verſum erat, ad 50 paſſus circa lazareti caſas ſingulas libera, & lenta motio, plane ut in variolarum eruptionis ſtadio, ſerio infricto noſtro reſolvente unguento (in quo mercurius, & ſulphur) letalem humorum ſpiſsitudinem, torporem, virium vitalium fatiſcentiam, aç apoplecticos illos peſtis ictus, & quaſi aſphycticas mortes ſalubriter prævertebant.

Uti facilior hoc menſe, tempeſtate tali, contagii ſuſceptibilitas viguerat; ita peſtis, non exuberante, quæ peremeret, denſati cruoris plethora ad vaſa, ad juſtum moderamen phlebotomiis reducta, facilius ferenda, mitiſsima reddebatur.

Denique mitius omnia vergente ad finem menſe Octobri, aura paulisper recentiore, ferebantur, & melius ſuccedebant, poſtquam jam etiam medicamenta ægri admiſerant.

His ita ſtantibus mirabar ego, quomodo poſsint emplaſtra arſenicalia, ut illud Barbettei, cantharides, & alia acria bubonibus applicari: ſi hi concidant; eſchara gangrænoſa jam perurebantur: *) mirabar, quomodo acria ſtimulantia, quomodo cortex peruvianus ab aliis adhibebantur; quomodo camphora, & ſimilia: & chinam

*) Paræo, & aliis noſtris experimentis ſic teſtantibus.

nam quidem deinceps non adhibitam ſcio. Nos, ubi ubi licuit, opiata porrigebamus, juſculis ingerebamus propterea, ut tam diarrhoeæ prævertantur; quam nervorum irritabilitas, hoc contagii ſtimulo quaſi mactata, quaſi per nimium exceſſum obruta, minus ſenſibilis reddatur, & conſervetur, denique, ut æquabilitas circulationis, quæ adeo in aſphyxias letales ruit, præſtetur. Quod autem evidentiſsimum opiatorum, parciſsima doſi datorum, ſiſtit effectum, eſt conſervatio æquabilis tranſpirationis, quæ ſæpe ſponte in ſalutares diaphoreſes abierat, & peſtes in tot cohabitantium familiarum tentatis ſubjectis (quos, ubi ſigna externa, & pejores morbi vires non experiebantur, in ægrorum calculum nec referebamus ob contradictionis impetitiones) ſaluberrima lyſi, criſive per tranſpirationem, & ſudores ſubegerat.

Pari ſcopo oleum hyoſciami oleoſis clysmatibus, plerumque ex decocto ſalep factis, cum laudano miſcebamus: ſic duplici ſcopulo efugimus illi, qui ex conſenſu ab irritante peſtilenti fomite præcordia, & ſyſtema gaſtricum in horrendas vomituritiones, & vomitus abripit, bilem omnimode perturbat, &, ſi ſaburra ſtadio in peſtis acceſſu perniciofiſsimo, & celerrime in mortis pericula ruente etiam innocua manſiſſet; ſumma tamen in primis viis diſcrimina parat. Factis per manens clyſma, ſæpe, ſi licuit, iteratum, induciis nos primas vias perhumectandi, blandeque fovendi tempus, & moram nacti ſumus: tum quidem horrore, rigoreque primorum peſtis acceſſuum remittente, uti fit, facta jam cruoris evacuatione, emeticum durante indicatione dedimus, quod admirandos tunc effectus præſtitit: ſaburram perhumectatam, tam antiquam; quam recenti conſenſualitate ortam excuſsimus; capitis turbationes, veluti clavo ex pariete extracto, abigi vidimus, alvum quoque, depoſita ſordium limoſarum vi, emeticæ virtuti cedere metuendum nil habemus: aſt, quod ſummum, quæ ſopito rigore acceſſuum præparabatur tranſpirandi ſalubritas, illa emeſis ſalubribus concuſsionibus in criticos ſudores ceſſerat, invitato dein ſomno, emeti-

ca & diacodiata plerumque semper alioquin sequente, sudores hos sustinuerat, & pestem cito abegerat, quin ægri ipsi vel tantum apparatum sibi factum esse, vel se pesle correptos fuisse, vel sufficientia contra pestem, & quidem systematica remedia sumsisse opinati fuissent: sic sumtibus gravati aerarii parcebatur, sic præjudiciis ægrorum, & aversioni contra medelas velificabamur.

Sed id quoque valde memorabile præterire nequeo: sicuti portentosa illa sanorum, & robustorum hominum subitanea dejectio, quam malignitatem appellamus, nunquam mihi satisfecerat eo, ut non a physica quadam causa ortam credidissem, sicuti per nosocomia, & aliam praxim meam occurrentibus mihi sæpe febribus sic dictis vere malignis, putridis, causam actualem virium, & vitæ prostratæ in evoluto aere mephitico scybalorum, antiqua putrilagine in plicis collateralibus intestinorum stabulantium, deprehenderam; sicuti ab aere tali leipothymias, & syncopen, veramque febrem putridam oriri posse conceperam; ita mephitidem talem, nervos maligne afficientem, per oleosa clysmata, per talia, quæ simul narcosi aliqua nervis qualemcumque aliam sensationem inducerent, absorberi, spasmos intestinorum, præcipue ad hepar, & lienem, qui flatus tales interciperent, solvi, ad exturbationem malæ sentinæ viscera lubricari, & fomentari experiebar: sicut porro facili medela putridissimas illas malignitates nunquam metuebam; ita in pestis quoque putrissima, quæ supponitur, malignitate aerem talem, qui minimis turbis, vere mephiticus, nervos opprimit, per clysmata supra memorata optime obvolutum iri credideram. Et sane de illa vera putridissima pestis malignitate in peste hac vucovariensi nihil vidi. Quæ pesti malignitas inest, longe alia; quam vere putrida est, licet putredo saburralis complicari possit: quæ tamen, periculosissimo pestis ab insultu stadio, factis potius induciis nil depurganda; sed relinquenda, donec vel crisis, vel alia consveta malorum pericula elabantur spatio dierum certo, quoad mors metuenda: sic nec illa virium vitalium pro-

stra-

ſtratio ; nec illa ſyncoptica ſequuntur pericula , quæ , magna certe ex parte , obſtructionibus a glutinoſa gravi paſta Raſcianorum *(proja)* debentur eo, ut, tracto in conſenſum morbi gaſtrico ſyſtemate, mephiticus aer inter reliquas acredines non parum ad maligne opprimendos nervos conferat: quid autem aer talis poſsit, ab acerrimo in experientia reali viro Zimmermanno pulchre intelleximus. *)

Sæpe memoravi in meis relationibus, fatali difficultate, contradictione magiſtratuali, & plebeja, aleam perduram medico perſtitiſſe in qualibet declaratione peſtis: ſi enim ſigna externa bubonum, carbunculorum, petechiarum, vibicum abfuerant; turpiſſimis conviciis laceſſebar, quaſi quemvis morbum pro peſte declararem: inde celabatur contagium, quin tamen initio vigilantiæ vigori ſubduci potuiſſet: atat, torta (per ſuetos difficultare omnia) inclytæ facultatis mente eo, quaſi illa ſtatuiſſet, illic tantum, ubi per ſigna talia appareret peſtis, qualia chirurgis data ſunt, peſtem eſſe, de peſte vera ſine eruptionibus externis nemo quidquam audire voluit, & illegalem declarationem talem miſeris contentionibus arguebat: interea, ubi peſtis contagium efferbuiſſe quotidianis omnium domuum, & animarum viſitationibus detegi licuit, tali domui ſingularis vigilia danda, & familia ad lazaretum ducenda erat, id quod eo magis, abſentibus ſignis peſtis, tam a familiis; quam a magiſtratu difficultabatur: quare ſecuritatis cauſa id ſaltim miſere perdiſputare debebam, ut vigiliæ domui tali eousque poſitæ ſuſtineantur, donec ſtadium illud accedat, in quo morbus in ſigna externa proruptururus eſſet: ſed ſigna hæc vel modica directa medela tardabantur, vel pleno apparatu prævertebantur: hinc, ubicunque peſtis ita curata fuit, ut nullas ex diris plagis faceſſeret, pulchræ curæ illa noſtra fuit infamia, quod argueretur peſtis illic non fuiſſe: ita ſane domus judicis Bakálovits in declaratione peſtis impugnabatur: ſigna ne ſexto quidem die appare-

*) Zimmermann von der Erfahrung II. Th.

ruerunt: tum cum conclamatione, me malam declarationem fecisse, affirmantibus binis chirurgis, pestem illic non esse, neu minus ullum externum exanthema, ad domum agebar: interim & petechias in ægra domina, & futuri anthracis duram suffusionem in latere, ubi dolor pro pleuritico disputabatur, vidi, atque ipse illic in disputationis contradictione commotus contagium suscepi (neque enim mihi tum sive calefaciendis ad sudandum digitis, sive, ut solebamus, unguento nostro ungendis prospexi): sustinendo tamen vigilias, &, postquam conjux mortua esset, anthrace in judice pro adustione per cataplasma misere disputato, chirurgus Fischel ad domum, me inscio, depellitur, ut illic inclusus ministret: iste, crudelis mentis victima, ipse mox peste tentatur: hæc juvenis infectio pro morbo syphilitico disputatur: denique, dum totius familiæ inter se commixtio vigebat (neque enim id unquam sufficit, ut a medico prohibeatur in una domo commixtio; eferri debent ad lazaretum, & separari); tota hæc familia inficiebatur, atque sic mortuo ex peste chirurgo Fischel tota familia Bakalovicsiana (demto judice, & puella adoptitia superstite vix, ac nevix quidem tarde salvatis) quatuordecim animarum excidium perpessa est. Pari modo superstites (a prima curatione sub initium Septembris obtenta) Gabrielovicsii, sic domus Diakovits, Latyáracz, Csebedzsia, Marinkovics; sic alii sporadice correpti in lazareto conviventes, a suis, oblata nequicquam morte, eotum non separabiles propinqui; sic vigiles illi fures Relics, Smolics, Fuxanovics citatissimam sane leti perniciem, sine medela, morbo per semet in mortem ruente, experiri debebant, manifeste propterea, quod, tempestate ex primis nivibus a ætia mensis Novembris gelida, uda, hybrida, nimbosa continuo succedente, pestis ipsos velocissima pernicie, in stadio eruptionum signorum illorum externorum (quæ nisi pugnus ad oculum sint, disputabantur) pestis istos jugulaverit.

Atque is erat ille tempestatis triplicium epocharum non epidemius quidem ullus, sed tamen naturaliter variantis æstus,

&

& frigoris naturalis, ac notabilis in pestem influxus: non epidemicus, quia nullo pacto consistebat; sed ad ipsum diem alterati in frigus caloris exactus: tantopere verum est, quod omnes authores perhibent, summum esse pesti malum, esse letale perfrigerationem.—Inde aeris, & tempestatis constitutio valde præternaturalis viguit, amoena, mitis, blanda.

Maximam mensis Decembris partem anni 1795, omnem Januarium anni 1796, & Februarii initium perpetua amoeni veris germinare serenitate, mirari datum est: pascua toto tempore mansere aperta; germinabat undique pulcherrimo gramine tellus; frondebant arbutus, pullulabant armenæ, persicæ, pomi, & ficus arbores, inter alias etiam salices; violæ vernabant colore utroque; veratra, jasmini, & similes campestres, ac silvestres herbæ florebant alternatim perpetuantes.

Tempestas tum in Sirmio serena, sicca: calor toto hoc temporis decursu inter 3um, & 16tum plane gradus ita alternabat, ut frigus tertium infra o gradum vix aliquot attigerit noctibus: alias potissimum noctu frigus = o.

Tali tempestate vigente diruebantur infectæ domus, evehebantur per expositos servos ex oppido, & extra id, in loco infossioni destinato, cum rebus, depurationis non susceptibilibus, comburebantur: tigna, & meliora ædificialia ligna Vulcæ amni demergebantur maceranda, & in futuros usus depuranda: depuratio rerum, & mercium infectarum in contumacia sequebatur: in lazareti recintu ægri ex veteri commixtione familiarum, separationem non admittentium, orti methodice curabantur: separatione demum etiam in casis lazareti effectuata non amplius inficiebantur. Qui pelliceas merces in contumacia depurare tentarat tiro, ineunte Januario noctu peste correptus (sic jam quartus depurator), cito die sequenti, antequam medelæ opem experiri potuisset, ante quam se ad sumendum resolvisset, in coma lapsus, dentibus ex tetano strictis, periit. In demolitione domus Bakalovicsianæ opera-

rii Matho Blasevics, & Georg Glás mense eodem, ille ab industria; iste ab hausto nimio potu susceptibiliores, pestis contagium in domo hac incurrerunt: uterque statim ad medelam confugientes cito sanabantur, neque ullus amplius inficiebatur.

Eccur vero miti hac tempestate non recruduit pestis? frustra nempe veterum præjudicium cessisset reclusis locis in damnum propterea, quod pestis per hiemem remittere; sed vere, & prima æstate denuo erumpere, & recrudescere prætendatur.

Remittit scilicet pestis contagium restrictis frigore poris, frigido tactu vix nocuo: sed, si in cubiculo fiat, ut frigore pestis malignior redditur; ita non penitus cessabit, nisi longa pernicie docti inquilini contactum evitent in repagulis calefactis, nisi accedat magistratus dispositio congrua: denique, quod contagia hieme remittant, est etiam ratio ista, quod conventicula, & commercium mutuum rigida hieme longe minus; ac alia tempestate, obtineant, unde longe minor contactui, aut contrectationi rerum infectarum occasio: calore veris, & æstatis, commercio redeunte, certo recrudescere deberet pestis: sed eradicato fomite, qui depurandi arte, aere, aquis, & igne per hiemem annihilandus est; mercibus, domibus, & omni supellectili domatim depurata; unde pestis contagium redeat, nihil suppetit, patulo Vetero-Vucovarini exemplo. Sic quidem per inclitam commissionem Regiam ad faciem mali tuto adeuntem, factis debitis separationibus, & saluberrimis politicis dispositionibus in effectum perductis, pestis sirmiensis ubique locorum extincta fuit.

Patet, opus hoc proterendæ pestis non ab hiemis rigore, (quia calor æstatis aderat); sed a medico-politica altiorum ordinum effectuandorum emphasi talem pestis finem pependisse.

Atque hæc est totius constitutionis temporis summa, quam ex quotidianis tabellaribus relationibus, ad incl. commissionem regiam expeditis, scrupulosis die, nocteque observationibus ad gradus caloris, & frigoris, tempestatis, & ventorum vicissitudi-

nem

nem exacte ſpecificatis, in hoc extracto ſic ſiſtendam arbitrati ſumus, ut duplici objecto practice intenti eſſemus ei, quo evincatur, nullam athmosphæræ ineſſe poſſe contagii labem, neu minus aeris vehiculo poſſe communicari peſtem; tum vero, quo palam fiat, peſtem per ſe fere, ut apyreto genio, malignam, frigore illico letiferam reddi, proinde ab epidemico quodam eminentis conſtitutionis genio in varias complicationes abripi poſſe.

Noſtro relicta tempori clare jam evincitur per totum ſirmienſis peſtis decurſum veritas illa, qua cautum eſto in poſterum, quin peſtes cum epidemico quopiam malo confundantur eo, ut pure epidemicæ a communibus, per diſpoſitiones publicas non arcendis, cauſis ortæ cenſeantur, & ſalubres, ſolæque abigendo malo ſufficientes præcluſiones impugnentur, impugnationibus exoptato in effectu enerventur, tanto ſalutis publicæ cum periculo, tantum ad eludendas, & contraveniendas diſpoſitiones enitente populo!

Cavebunt porro medici de peſte non viſa ſcriptores, cum peſte, tamquam pro morbo epidemico ſumenda, confuſa notionis indentitate ludere; cavebunt, qui pruritum ad docte certandum ſentiunt, gravi de objecto, non viſo, dictatorium de la Fontii *) Pyei, **) Mertenſii, ***) Stollii, ****) Ferronis *****) ſectari tonum: &, ſi capita poſt peſtis excidia tuto rotarint dubio, ******) cautius vereantur, vel unico peſte infecto diſpoſitionibus, & vigilantiæ publicæ elapſuro, ad authores ſe ſe provocatu-

*) Cap. XXXI. pag. 136.

**) Traité des cauſes &c. de la peſte pag. 116.

***) De febr.

****) Rat. med. Part. II. pag. 59. ſequ.

*****) Pag. 62. 63. 82.

******) Id ibid.

caturo, omnem omnis monarchiæ ſalutem communi contagio protritum iri.

Et ſane mirum eſt, recentioribus obſervatis virorum, inter peſtes verſantium, talia obmoveri poſſe dubia, ut diſpoſitiones publicæ enerventur, ut operantes in arena medici renitentium furori immolentur. Samoilovics, L. B. Aſch, Klint, Hollande, Mallet, &c. oculati teſtes æque unanimiter tradunt, nullam eſſe peſtis ſpecifico contagio epidemicam noxam, non aerem eſſe contagii vehiculum: id clauſæ, & ſanæ manentes vel Conſtantinopoli, & in aliis Turciæ urbibus europeæ familiæ, ſolo vitato contactu temporibus ſumme graſſantium peſtium præſervatæ, confirmant.

Verum enimvero: id quoque certum manet, peſtem provinciæ, aut loco invectam, in quo epidemia, aut endemica præemineat conſtitutio febrilis, ut per ſe benigna fere apyreta eſt; ita in epidemicas, aut endemicas conſtitutiones abituram, ita harum larvam aſſumturam eſſe. Ita graſſabatur anno 1713 Viennæ ſub affectionis catarrhalis, & pleuriticæ larva: *) ſic graſſaretur ibidem ſemper, pulmonico, pleuritico malo ſemper illic populariter graſſante, atque 3 & 7 millia ex phthiſi quot annis eripiente: **) ſic aſphyctico, apoplectico ictu ſæviebat Londini, ***) gravante aura eo conferente: ſic intellectum cupimus, quod de complicatione a ſummis viris accepimus. Atque adeo, ſi tales peſtis phaſes curandæ obveniant, conſtitutionis regentis, & popularis endemiæ notio medico ita reſpicienda erit, ut peniciofiorem leti naturam, tamquam ad mortem urgens contagium, ne neglexerit.

Atque adeo ipſum peſtis contagii, apyreta fere aſphyxia mox perimentis, genium ab influxu athmosphæræ alterari, in diverſos abire luſus, ita tamen, ut a perniciosa ſua indole ne ſumma

*) Wiener Peſtbeſchreibung pag. 245.

**) Mein Abrieß einer Landkuranſtalt.

***) Sydenham de peſte Londinenſi.

ma quidem aeris ſalubritate deflectat, per omnem decurſum vidimus.

Sic in ſumma apyretum fere videbatur ſerenitate menſis Septembris, & Octobris malum, eos, qui ſanos ſe jactarent, velut ex inſidiis occidens: ſic graviſsimis, & quidem occultiſsima malignitate circulationem ſuffocantibus inflammationibus ſæviebat oborto boreali frigore, ipſo menſe Septembri, & Novembri intercurrrente: ſic horridior ejus pernicies fuerat in Moscovia teſte Samoilovics: ſic mitius in miti Græciæ, & Aſiæ ſævit temperie: ſic in Ægypti calore peſsime jugulat: ſic extremo æſtu, extremo frigore ſæpe ipſum ſucciditur.

G.

MEDICI JOANNIS KÜTL EPISTOLA AD PROFESSOREM SCHRAUD

ſuper initis ad avertendam contagii peſtis eruptionem periculis.

In itinere noſtro triſtiſsimam contaminatorum ſortem, qui morbum tot aliis exitioſum ſibi certo imminere convicti ſunt, uti & artis, in tanto quamquam remediorum apparatu, ejusdem prævertendi inſufficientiam humane doluimus, prophylaxinque aliquam tentendam eſſe communis opinio fuerat. Hoc ego fine mercurium propoſui: diſplicuit remedium: ceterum cuinam majorem fortaſsis efficaciam tribueris, ignoro, magis argumentis, quibus opinionem fulciam, inveniendis intentus. Quotidiana tot mortis victimarum conſideratio vividiorem excitavit ideam faciendæ indaginis, reverſaque, ſepoſita antea, opinio, aliquo, ni fallor, Vogelii dicto (quod nullus nunc reperire queo, utut alium me legiſſe non meminerim) excitata. In Jazak cum eſſem, defectu remedii experimentum inſtituere non licuit. Primum vero; ac peſtis per eas, ubi nunc verſor, poſſeſsiones diſtributa fuit, omnibus illico pro experimento adparatis, remedium illis, quos in media contrahendi contagii occaſione verſatos ſciveram, exhibui. Interim morbus, neſcio an idioſyncraſia, rara alias; an virtute propinati pharmaci, in nullo ſumentium hucdum comparuit, utut nemini, niſi in mea præſentia evidentiſsime contaminato, exhibuerim hucdum. Pluribus equidem

dem exhibendo certiorem reddere rem desiderassem; verum difficillime vincenda plebis omnium remediorum aversatio in malo, circa quod deum speciatim omnia disponere rustica fide credit, ob eamque rem alia etiam saluberrima nostra consilia proterve spernit, minor, aut ignotus infortunatorum numerus impedivere hucdum. Studebo attamen frequentiori periculorum eventu rem ulterius comprobare, modificare, aut refellere, diligentiusque, si otium fuerit, conscriptis historiis illico significare.

Indicatio mihi fuerat, per stadium contagii systema nervosum stimulo certissimo, facili, ac blando continuo lacessendi. Remedium, ut dixi, mercurium elegeram, sequentibus in casibus effectu apposito.

Formulæ hæ erant.

Nro I.

℞. opii puri gr. viij.
assæ fetid. dr. j.
pulv. rad. gent.
sal. ammoniac.
merc. dulc. āā. dr. iij.
extract. tarax. q. s.
m. f. l. a. boli Nro. LX.
Hos in Gergurevcze, & Pernjavor Besenovo dedi.

Nro II.

℞. opii puri gr. viij.
sal. ammoniaci.
pulv. rad. gent.
merc. dulc. āā dr. iij.
extr. tarax. q. s.
m. f. l. a. boli Nro. LX.
Hos in Veliko-Radincze propinavi.

Opi-

Opium addideram, ne diarrhoea vim remedii eludat: bolos ipſe feceram. Sumſere vero

Contaminati ſequentes.

Uxor Joannis Markovich in Gergurevcze, femina bene creta, ſana, robuſtaque, 30 circiter annorum: hæc marito ad latus ſuum infirmato a 28va Octobris usque 2dam Novembris in anguſtó tugurio per totius morbi decurſum fideliſsime, &, utut plurimum ipſe, aliique diſvaſerimus, omnimode inſervivit, nobis in vivo, mortuoque tandem partes, denudando, affectas oſtendit, cadaver exuit, ſolaque tumulavit.

Prima die duos, ſubſequis quinque, quovis veſpere unum Nro I.; ſequenti vero hebdomade, altera quavis die unum ut bolum ſumat, ordinavi: verum in abſentia mea, eo certius illam præſervaturi, plures exhibuere, unde, prætervïſis ptyalismi prodromis, iſte ſat gravis natus eſt, quo tamen ſponte ceſſante convaluit, ſanaque ſexta a mariti morte ſeptimana ſupervivit. Proles una, ſex circiter annorum, medicamentum primo propinatum exſpuit: ſana tamen, uti & infans ad ubera vegetus manſit.

Mathias Grenyo, chirurgus, 28 annorum, corpore ſolido, & robuſto, oculis, pilisque nigris, tota ſua vita ſanus, quod in domo, ex qua paucas poſt dies peſtis per tot alias dimanavit, biberit, quod hoſpitis ipſius, vera jam peſte a triduo affecti, pulſum explorando, fratris illius in cubili mortui jacentis induſium dilacerando, alteri agonizanti prope nimis accedendo, cumque ſuo pandurone, qui alium, ut poſtea patuit, jam contamineverat, triduo cohabitando, comedendo, bibendo, inque eodem tugurio ejusdem peſte jam correpti, & vertiginoſi in ſe prolapſu, ſe, ſi alium, certo contaminatum crediderit, ad hos bolos, quos illi inter contaminatos contumaciſtas diſtribuendos dederam, confugit: ſumſit ſeptemdecim absque omni moleſtia inde confecuta: ſanus attamen ſexta jam hebdomade elapſa hucdum perſtat.

Uxor

Uxor Kuzman Bugarſzky Stanoika, annorum 25, variolas puella ſat copioſas feliciter ſuperavit, neque ullius, ſaburrali interdum febre excepta, morbi unquam perpeſsi meminit: ab anno ætatis 18vo matrimonio juncta ex tribus gnatis in ſomno duos noctu oppreſſerat: ab ultimo partu lochiorum fluxu debite defuncta, menſtuorum expers octo jam menſibus, interim ſana, vegetaque vivit, corpore ſat tenero, pinguiuſcula, oculis, pilisque fuſcis: convivio, quod 25ta Octobris maritus biduo jam peſte affectus dederat, læta omnino interfuit, triſtis biduo poſt, duorum fratrum, uniusque affinis eadem in domo repentinarum mortium una ſalva teſtis: maritum attamen ad noſocomium compulſum, monita ſpernens, die 28va ſecuta eſt, anthracem ejus pluries quotidie ligavit, fœdaque inde, & ex bubonis pure linteamina lavit, eodem in tugurio cum illo, ſolum in deum confidens, usque 17mam Novembris ſecure vixit: interim tamen, novo fidem fulcro firmari paſſa, ex bolis dictis undecim aſſumſit. Puer triennis periculi comes nil aſſumendo ſanus perſtitit.

Stanko Nikoletics, annorum 24 femina, trium prolium mater, ſat bene creta, ex cauſato per variolas leucomate cocles, faciem pallidam, capillos nigros, carnem mollem, ſat multam habet: febres leviores pridem perpeſſæ menſtruus ſanguis ordinate fluit: prolem triennem, letifero in convivio patris comitem, 30ma Octobris, poſtquam illi triduo ut mater inſervivit, repentina morte abreptum doluit: cadaver anthrace fœdum, uti & uſuatas illius veſtes in ſuis ulnis extra pagum tulit: ex iisdem bolis novem abſumſit; ſana tamen jam ſextam in hebdomadam. — Puellus ſuperſtes (tertio pridem mortuo) ſine ſumto remedio immunis a peſte manſit.

Maria Látsdráts, 30 annorum, quatuor prolium mater, tota vita ſana, corpus ſat bene nutritum, capillos ſubfulvos, menſtrua inordinata, ceterum tamen bona habet: maritum, poſtquam ex peſte ægro 48 horis incurie cohabitaſſet, die 11ma Novembris

mortuum, ſextum in menſem gravida, ſana tamen, luget: ex bolis undecim aſſumſit: — Puellarum duarum quæque quater medium bolum ſumſit.

Maria Szevits, annorum 36, capillos nigros, faciem pallidam, menſtrua ordinata habet, quinque prolium mortuarum mater, luem antea, ejus gravem curam, compluresque ſæpius febres perpeſſa: a 2da Novembris marito ex peſte laboranti multa ope hucdum adeſt: undecim bolos aſſumendo ptyalismum gravem accepit, hucdum a peſte immunis.

Stanæ Subaſſæ propinati quidem etiam fuerunt boli ſex, eadem tamen longo poſt tempore nihil ſumendo, rurſumque contaminata, morbum accepit, ex eoque mortem.

Omnium dictorum licet vivæ perſonæ fide dignæ ſint teſtes; tamen hiſce nil minus; quam certam prophylaxim in mercurio haberi, probare volo: nimis pauca hucusque ſunt hæc pericula; quam ut ſufficiens ex iis probæ argumentum capere liceat. — Pluribus remedium propinandi occaſio hucdum defuit. Pluribus poſthac, minusque timide propinare pergam, candide relaturus, quidquid contra; quam hæc ſperare faciant, acciderit.

H.

I. *Literæ excell. D. baronis a Rosenfeld ad serenissimum Archiducem Palatinum, quibus methodus B. ab Haidenstamm contra pestem suæ celsitudini R. substernitur.*

Die traurige Nachricht, welche ich so eben von der in Slavonien sich immer mehr verbreitenden Pest erhalte, und die vollkommene Uiberzeugung, dass Euer königl. Hoheit die Höchst-Ihrer Leitung anvertrauten Länder glücklich, und blühend zu machen wünschen, machet es mir zur Pflicht, ein Mittel, welches gegen die auch allhier in Siebenbürgen ausgebrochene Pest sowohl præservative; als curative mit sehr gutem Erfolge angewendet worden ist, in der Anlage erfurchtsvoll zu unterlegen. Bei dem Umstand, dass das siebenbürgische Landes-Gubernium dermalen in Klausenburg; das General-Kommando aber allhier in Hermannstadt befindlich sey, folglich bei der auf der tömöscher Kontumaz ausgebrochenen Pest, und bei der androhenden Gefahr einer weiteren Verbreitung dieses schreklichen Uibels die schriftlichen Verhandlungen zweier so von einander entfernten Stellen zu mancherlei gefährlichen Verzögerungen Anlass hätten geben können; so wurde mir der Auftrag gemacht, [mich in Betreff dieses Gegenstandes mit dem General-Kommando ins engste Einverständniss zu setzen, und von hier aus die nöthigen Vorkehrungen gegen die androhende Gefahr zu veranlassen. Da ich nun eben beschäftiget war, diesem Auftrag ein volles Genügen zu leisten; ereignete es sich glücklicherweise, dass der vormalige, am türkischen Hofe accreditirte schwedische Gesandte, Baron Haidenstamm hier durchreisete, um seine in Smyrna zurückgelassene Familie abzuholen, und

dafs derfelbe bei der an ihn gethanenen Frage, wie er fich dermalen, wo die Peft in der Walachey fich fehr weit verbreitet habe, diefes Land durchzureifen wage, die Antwort ertheilte, dafs er bei dem in Smyrna glücklich entdeckten fouverainen Mittel gegen die Peft, deffen er fich bei jeder Gelegenheit bedienen könne, keine folche Gefahr zu fcheuen Urfach habe. Ich eilte denfelben um die Mittheilung diefes Mittels zu erfuchen, und erhielt auch von ihm diejenige Anleitung, und Auskunft, welche ich in der angebogenen Beilage Euer königl. Hoheit zu unterlegen die Ehre habe. Weil nun eben zu diefer Zeit die Peftfeuche, welche zuerft nur auf der tömöfcher Kontumaz ausgebrochen war, fich auch in der kronftädtifchen Diftrictsortfchaft Rohrbach geäuffert hat; fo fendete ich unverzüglich die von dem Baron Haidenftamm erhaltene Anleitung an den an Ort, und Stelle befindlichen Proto-Medicus Doctor Neuftädter, und empfahl demfelben auf das nachdrücklichfte, die angerühmte Baumöhl Kur fowohl præfervative; als kurative alfogleich auf das forgfältigfte zu veranlaffen, und mir fonach über den Erfolg einen verläfslichen Bericht zu erftatten. Wie erwünfcht diefer ausgefallen fey, geruhen Euer königl. Hoheit aus der ehrerbietigft beigebogenen Auskunft des erwähnten Proto-Medicus von Neuftädter zu erfehen. Obwohlen ich dem erwähnten Proto-Medicus von Neuftädter, und dem kronftädter Magiftrat Gerechtigkeit mufs widerfahren laffen, dafs derfelben unermüdetem Dienfteifer, und ihren eingeleiteten einfichtsvollen Verfügungen die baldige Vertilgung des ausgebrochenen Peftübels zu verdanken fey; fo finde ich mich jedoch auch berechtiget zu vermuthen, dafs die angewandte Baumöhlkur wenigftens in fo weit mitgewirket habe, dafs einige von der Peft fchon wirklich infizirten Leute beim Leben erhalten; die zunächft um diefelben befindlichen aber vor der Anfteckung gefichert worden find. Gleichwie nun diefes die Hoffnung in mir erregt, dafs obiges Mittel auch in den noch von der Peft infizirten, oder der Ge-

fahr

fahr der Ansteckung am meisten ausgesetzten Ortschaften in Slavonien mit gleichmäßsigem Erfolge werde angewendet werden können; so schmeichle ich mir auch, daſs Euer königliche Hoheit nicht ungnädig deuten werden, daſs ich mich dieſsfalls gerade an Höchstdieselben gewendet habe. Wenn das vorgeschlagene Mittel wirklich die angepriesene, und zum Theil auch hier in Siebenbürgen erprobte Kraft und Wirkung hat; so kann der allgemeine Gebrauch desselben wohl durch niemanden nachdrücklicher; als durch Höchstdieselben angeordnet werden: wobei auch dennoch dieses meine Kühnheit entschuldigen dürfte, daſs ich mich überzeugt halte, daſs es niemand mehr; als Euer königl. Hoheit verdiene der Erretter des Höchstdenenselben von dem bestem Monarchen anvertrauten Volkes zu seyn. Ich empfehle mich übrigens zu höchsten Gnaden, und Hulden, und bin mit tiefester Ehrfurcht &c.

II. *Literæ D. Protomedici a Neuſtädter ad excell. baronem a Roſenfeld ſuper initis a ſe circa methodum B. ab Haidenſtamm periculis.*

Auf die von Euer Excellenz an mich in Betreff des bei denen in der Separation befindlichen Zigeunern zu gebrauchenden Baumöhls erhaltenen verehrlichſten Zuſchrift habe ich die Ehre gehorſamſt zu erwiedern, daſs gleich nach eingelangter Eſtaffette, vermittelſt welcher der Gebrauch des Baumöhls anempfohlen worden, daſſelbige ſowohl bei denen noch 6 geſunden; als auch bei denen 2 wirklich impeſtirten Perſonen; ja ſogar auch an denen 2 in der Separation befindlichen Todtengräbern angewendet worden iſt. Der Erfolg hat erwieſen, daſs die Wirkung des Oehls der Erwartung entſprochen habe, indeme nicht nur die acht annoch geſunden Perſonen nicht angeſteckt; ſondern auch die zwo wirklich impeſtirten geſund geworden ſind. Dieſe nämliche Erfahrung hat der Kontumazdirector Hök auf dem tömöſcher Paſs gemacht, wo er auch bei zwo impeſtirten Perſonen das Baumöhl mit dem erwünſchteſten Erfolge anwendete: denn beide wurden hergeſtellt. Nach dieſen gemachten Verſuchen wäre meines Erachtens die Anwendung des Baumöhls in Peſtepidemien alſo ſowohl curative; als präſervative allerdings anzuempfehlen. Ich habe übrigens die Ehre mit tiefer Verehrung zu ſeyn &c.

III. *Methodus prophylactica, et curativa peſtis a legato ſvecico B. ab Haidenſtamm propoſita.*

Herr Baron von Haidenſtamm, geweſener ſchwediſcher Geſandter bei der Pforte, welcher nun eben im Begriff iſt, über Conſtantinopel nach Smyrna zu reiſen, rühmet das Baumöhl als ein ſouveraines Mittel wider die Peſt an. Er ſagt, daſs vermög gemachter Probe das Baumöhl jede Säure aus denen Körpern, an welche es applicirt wird, herausziehe. Da nun die Peſt aus einer giftigen Säure beſtehet, und meiſtens in den türkiſchen Landen herrſchet, wo das Baumöhl erzeugt wird; ſo hat die Natur durch die reichliche Hervorbringung dieſes Mittels dem daſelbſt graſſirenden Uibel der Peſt gleichſam einen Damm entgegengeſetzt, und den Fingerzeig zur ſicheren Hilfe gegeben. Schade, daſs die Menſchen auf die Entdeckung deſſelben ſo ſpät gerathen ſind.

Die ruhmwürdige Aufmerkſamkeit, und Nachforſchungen, die obbeſagter H. B. v. Haidenſtamm mit ſeinem Freunde, dem engliſchen Konſul in Alexandria, H. Balduin, auf die Produkte, und Erſcheinungen der Natur in ihren Reiſen durch Egypten, und die türkiſchen Provinzen gerichtet hatten, hat ihnen zu Smyrna, wo die Peſt eigentlich zu Hauſe iſt, den merkwürdigen Umſtand, daſs die daſelbſt ſehr zahlreichen Oehlträger unter den übrigen auch von der Peſt wirklich behafteten Menſchen ſicher umher zu gehen pflegen, ohne daſs nur ein einziger je ein Opfer dieſes wüthenden Uibels geworden wäre, nicht entgehen laſſen.

Sie kamen auf den glücklichen Einfall, daſs nur das Baumöhl, mit welchem dieſe Leute reichlich beſchmieret ſind, jenes Mittel ſeyn müſſe, welches ſie wider den Anfall der Peſt ſchütze, und præſervire. Ein Præſervativum kann doch auch ein Curati-

vum

vum seyn, dachten sie, und machten die Probe mit einer Zitrone, die sie entzwei schnitten, in ein Glas legten, Baumöhl darauf gossen, und so über Nacht stehen liessen: am folgenden Tage fanden sie die Zitrone von ihrer Säure ganz ausgeleert. Man machte darauf die Probe an Menschen, welche die an der Pest kranksliegenden zu bedienen hatten, und nie wurde einer mit der Pest befallen: man machte sie auch an Menschen, welche wirklich selbst an der Pest krank lagen, und die meisten wurden gerettet. Durch weitere, und allgemeine Anwendung dieses eben so vortrefflichen; als einfachen Mittels war man so glücklich, binnen einer kurzen Zeit in einem unbedeutenden Umfange über 4000 gut ausgeschlagene Kuren zu machen: ja die gemachten Proben, und die Erfahrung bewiesen es, sagt H. B. v. Haidenstam, dass, so wie sonst gewöhnlich von 100 pestkranken Menschen auch 95 dahin gerafft zu werden pflegen, durch die Anwendung dieses Mittels von 100 derlei unglücklichen Menschen 95 gerettet werden können.

Nun folgt die Beschreibung der Art, und Weise, wie man dieses Mittel sowohl präservative; als curative anwenden soll.

Præservative bei denen, welche in einem von der Pest infizirten Orte zwischen pestkranken Menschen wohnen, und mit ihnen zu thun haben; vorzüglich aber bei denen, welche zur Bedienung, und Wartung solcher Unglücklichen angestellet werden.

Kurative bei denen, bei welchen sich die Symptomata der Pest durch ungewöhnliche Kopf- und Magenschmerzen, Erbrechen u. d. g. darzeigen; auch bei denen, bei welchen sich das Gift schon in den edleren Theilen des Körpers zusammen gezogen, und herausgeworfen hat, bei welchen die Bubones, oder Pestbeulen im Vorschein gekommen; ja sogar auch bei denen, welche schon wirklich mit der Diarrhoea behaftet sind.

Præservative überhaupt, und curative bei denjenigen Patienten, bei welchen sich nur die ersten, und minder gefährlichne

Merk-

Merkmale des vorhandenen Peſtgiftes äuſſern, iſt folgendermaſſen zu verfahren: der Patient iſt täglich abends in einem temperirten Zimmer, oder wenigſtens in einer ſolchenGelegenheit, wo er vor dem Anfall der Luft geſichert iſt, vom Kopfe bis zum Fuſſe auf bloſſem Körper mit Baumöhl zu beſchmieren, dergeſtalt, daſs kein Plätzchen im ganzen Körper unbeſchmiert bleibe: das Oehl muſs ſodann durch beſtändige Frottirung, und Einreibung in die Poros hineingebracht, und zu noch beſſerer Wirkung muſs der Patient mit einem in das Baumöhl getauchten, oder mit demſelben wohl beſchmierten Leinenzeug angethan werden. Durch ſeine anziehende Kraft wird das Oehl aus den noch nicht infizirten Körpern die zur Empfangung des Peſtgiftes prædiſponirten Säfte; aus denen ſchon wirklich von der Peſt angeſteckten Patienten aber dieſe vergiftete Säure mittels eines ſtarken, und übelriechenden Schweiſes auf die Oberfläche herausbringen, und ganz unwirkſam machen.

Sollten aber ſchon wirklich Peſtbeulen ſelbſt in Vorſchein kommen; ſo iſt noch nicht zu verzweifeln, ſondern, nebſt der Einreibung des Baumöhls in dem übrigen ganzen Körper, ſind auch die Beulen ſelbſt mit demſelben zu ſchmieren, gelinde zu frottiren, und auf dieſe Art die darinn ſteckende Peſtmaterie heraus zu ſchaffen, welche ſodann mit einem Leinenfetzen, oder mit einem Schwamme behutſam abzuwiſchen, der Fetzen aber, oder Schwamm durchs Feuer zu vertilgen iſt. Vorzüglich iſt in cura præſervativa dahin zu ſehen, daſs beſonders die Naſenlöcher, durch welche ſich das Gift am leichteſten dem Körper mitzutheilen pflegt, wohl mit dem Baumöhle eingeſchmieret werden; ſo wie bei denen, welche das Gift ſchon im Körper zu haben glauben, die edleren äuſſeren, glandulöſen, weichen, und warmen Theile des Körpers beſonders häufig, und gut eingerieben werden müſſen, weil ſich das Gift in ſolchen Theilen zu concentriren, und dann von da entweder ſich in Beulen heraufzuwerfen, oder aber mit

wüthender, und vereinter Kraft die inneren Theile anzugreifen pflegt: welcher gefahrvollen Crisis jedoch durch beizeitige Einreibung des Baumöhls zuvorgekommen, und das mörderische Gift mittels einer starken Ausdünstung auf die Oberfläche des Körpers ohne Gefahr herausgebracht wird.

Bei Anwendung dieser Baumöhl-Kuhr, sie mag nun præservative, oder curative geschehen, soll der Patient sich von allen hart verdaulichen, und erhitzenden Speisen, und Getränken enthalten, und die strengste Diät observiren. Reis in Wasser gekocht, leichte Zugemüse, und Obstspeisen, oder, wenn er diess nicht haben kann, wenigstens nur geringe, und den Magen nicht beschwerende Speisen sollen durch 14 Tage seine Nahrung seyn. Seine Kleidung, seine Wohnung soll fleissig mit Essig und Wachholder ausgespritzt, und ausgeräuchert; auch überhaupt die Diät und alle jene Vorkehrungen, und Anstalten, welche die Medici bei dergleichen Umständen zu verordnen für gut befinden, genau befolget werden. Auch nach überstandener derlei 14 tägigen Kur, und aller augenscheinlichen Gefahr hat besonders der Patient, welcher mit der Pest wirklich behaftet war, durch 40 weitere Tage mit Vermeidung jeder Uiberschwerung des Magens, oder sonstiger Veranlassung einer Unpässlichkeit, und durch Reinhaltung seines Körpers, seiner Kleidung, und Wohnung sich wider fernere Gefahr sicher zu stellen.